

1170

17 ml complete

LUDOVICI ANTONII

MURATORII

OPERA OMNIA.

ANTIQUITATES
ITALICAE
MEDIÆ AEVĪ,
SIVE

DISSERTATIONES

De Moribus, Ritibus, Religione, Regimine, Magistratibus, Legibus, Studiis
Literarum, Artibus, Lingua, Militia, Nummis, Principibus, Libertate,
Servitute, Foederibus, aliisque faciem & mores Italici Populi referenti-
bus post declinationem Rom. Imp. ad Annum usque MD.

OMNIA ILLUSTRANTUR ET CONFIRMANTUR

INGENTI COPIA DIPLOMATUM
ET CHARTARUM VETERUM,

Nunc primum ex Archivis Italiae depromtarum,

ADDITIS ETIAM

NUMMIS, CHRONICIS, ALIISQUE MONUMENTIS

NUNQUAM ANTEA EDITIS.

AUCTORE

LUDOVICO ANTONIO MURATORIO

SERENISSIMI DUCIS MUTINAE

BIBLIOTHECAE PRAEFECTO.

*Arretino Semsinario & Collegio Ecclesiasticorum Castilionensi Episcopis
alteram hanc editionem curantibus.*

TOMUS PRIMUS.



ARRETI MDCCLXXIII.

Typis MICHAELIS BELLOTTI Impress. Episcop. sub signo PETRARCAE.

SUPERIORIBUS PERMITTENTIBUS.




Ad calcem Operis totius seriem Diplomatum & Chartarum Ordine Chronologico digestam, necnon Indicem Generalem Rerum, & Nominum in Voluminibus quibusque existentium reperient Lectores Eruditi.



v

SERENISSIMO AC POTENTISSIMO PRINCIPI
F R I D E R I C O
AUGUSTO III.

REGI POLONIARUM, MAGNO DUCI LITHUANIAE, RUSSIAE,
PRUSSIAE, MASSOVIAE, SAMOGITIAE, KIOVIAE, VOLHINIAE,
PODOLIAE, LIVONIAE &c. DUCI SAXONIAE, JULIAE, CLI-
VIAE, MONTIUM ANGRIAE, ET WESTPHALIAE, S. R. IMP.
ARCHIMARESCHALLO, ET ELECTORI, LANDGRAVIO THU-
RINGIAE, MARCHIONI MISNIAE, AC SUPERIORIS PARITER
ET INFERIORIS LUSATIAE, BURGGRAVIO MAGDEBURGI, CO-
MITI PRINCIPALI HENNEBERGICO, COMITI MARCAE &c.



A est maximorum Principum excel-
lentissima conditio, ut non tantum
inter Populos, quibus dominantur,
sed etiam celebritate famae ubique
gentium cultores sibi & admiratores pariant, atque con-
cipient. Idque potissimum contingit, quoties ii Poten-
tiam Virtutibus ornant, & egregiis factis ad remotio-
res etiam fines extendunt sui nominis gloriam. Hujus
autem felicitatis quanta sit tibi portio, Potentissime Rex;
Italia

Italia praesertim universa locupletissima testis est, quae quamvis a te tam dillecta, summo tamen cum honore de te loquitur, teque amantissime suspicit, atque miratur. Scilicet illa quidem cum voluptate semper meminit, quo tempore ad nos profectus, tum Religionis verae pio animi ardore documenta hausisti, tum solidae Pietatis fundamenta jecisti, exemplo sane memorando, quod ii etiam, qui sequi & imitari non audent, mirari tamen & laudare non desinunt. Mihi quoque adhuc obversatur oris tui majestas, singulari cum comitate conjuncta, quam Mutinae Anno MDCCXII. IX. Kalendas Decembris oculis meis excepi. At postquam Regium Poloniae Thronum conscendisti, tuarum laudum longius latiusque fama propagata est. Novimus & nos, quot quantasque Virtutes in amplissimum istud Regnum intuleris. Novimus (hoc enim in omnium oculos incurrit) quam alte radices in te egerit Pietas, & Sanctissimae Religionis amor: quae prima, & supra reliquas necessaria in Principe laus est. Accedit Humanitas & Clementia singularis, quae tamen amicum jandiu foedus iniit cum curâ studioque Justitiae. Atque hac viâ praesertim, animos universorum Procerum, Populorumque tum Poloniae, tum Lithuaniae, tibi ita devinxisti, ut jam quisque immemor praeteritae discordiae, amore erga te & obsequio certet cum Populis, quibus jure hereditario dominaris. Ad haec pulchrum est intueri tantam in altitudine fortunae Modestiam, & praecipue Magnificentiam illam incomparabilem, quam ab inclytae memoriae AUGUSTO Rege, parente tuo, veluti per hereditatem accepisti. Hanc ubique spirat Regalis Aula tua; omnia ibi splendida; omnia admirabili ordine disposita

spofita atque peracta; omnia denique non tam Animi tui magnitudinem, quam Mentis bene compositae elegantiam luculentissime testantia. Sed prae ceteris habet Polonia, quod in te miretur, raram videlicet Sapientiam, qua te ipsum, Populosque tibi a Deo creditos, regis. Cujus quidem virtutis quanquam quotidiana praebeas exempla, mirum tamen in modum illustre specimen dedisti in postremis Comitibus Pacificationis Regni tui. Ibi ardua supra modum negotia agitabantur: ibi luxatis Reipublicae membris opportunum quaerebatur remedium, sed iis difficultatibus identidem sese objicientibus, quae spem omnem redintegrandae salutis atque concordiae eripere viderentur. Actum erat de tam excellenti bono, nisi sublimis tua mens intercessisset. Nullus enim tam grandis obex exoptatae ab omnibus quieti eo tempore occurrit, quem non illico removerit consiliorum foecundissima Prudentia Majestatis tuae: ita ut Sapientiam tuam mirati sint, & adhuc mirentur vel ipsi Senatorum sapientissimi, eique uni acceptam referentes partem tot bonorum affluentiam, te laudibus efferant nunquam interituris.

Ejusmodi ergo invidendae dotes, praeclaraque Animi, simulque Throni tui ornamenta, ea sunt, per quae non illos tantummodo, qui sub te Principe degunt, felices, tuique amatores efficis, sed exterorum quoque venerationem studiumque erga Majestatem tuam allicis. Itaque diu est, quod ego captum me sensi splendore & famâ tuarum Virtutum, diuque etiam circumspexi, quo monumento testari apud praesentes & posteros possem, quanta sit mei erga te sublimissimum Regem obsequii perennitas & promptitudo. Accedebat etiam arcta illa in-

ter

ter Majestatem tuam, ac Serenissimum FRANCISCUM III. Mutinae Ducem, clementissimum herum meum, quem proxime praeterito anno ad te profectum tanto amore & gratiâ excepisti, affinitas atque conjunctio: quum nobilissimus Brunsvicensium Ducum Sanguis ex gemina Sorore, tam in Regiam Conjugem tuam MARIAM JOSEPHAM Archiducissam Austriacam, quam in eundem Mutinae Ducem fluxerit, & in Augustissima AMALIA Romanorum Imperatrice, vivo Mulierum fortium & piarum exemplari, tu amantissimam Socrum, Mutinensis vero Dux benignissimam Materteram, uterque demum alteram veluti Matrem colatis.

Itaque cui aequius, cui fidentius quam Majestati tuae offeram ego *Italicarum Antiquitatum medi aevi* Corpus, quod multis vigilis & laboribus a me compactum, publici nunc tandem juris facere constitui? Immo, si quid ominari licet, neque injucundum, neque inutile Principi, adeo in ipsa Germania potenti & illustri, argumentum istud videatur. Quippe in hoc Opere collecta Eruditio illa fuit tum sacra, tum profana, quae cum Germanica gente communis est, & Literatorum ingenia ac studia apud ipsos Germanos S. R. Imperii cultores praecipue exercere solet. Et sane quamquam Italicorum quidem Populorum mores, regimen, ceteraque barbaricorum Seculorum acta pertractanda susceperim: nihilominus ita cum Germanicis Italica miscentur, ut non minus unam, quam alteram gentem illustrandam mihi proposuisse videar. Heic enim verlati, heic dominati tot Romanorum Imperatores Germanici, heic Populis, aut exercitibus praepositi tot Principes & Proceres ex Germania ipsa profecti. Dicam etiam,


ix

tiam, tuos ipsos vetustissimos Majores Misniae Marchiones, sublimiorum munerum ac Dignitatum splendore conspicuos, iis ipsis antiquis temporibus in Italia invenies. Nam quod est ad Langobardorum Regnum, Francorumque apud nos Imperium: quis nescit, eos ipsos Principes, easque Nationes ex Germania suam duxisse originem? Quare in eam spem adductus sum, nihil obstituram sublimitatem Dignitatis tuae, Inclyte Rex, quin humillimum hoc obsequii mei tributum benigne excipias: quod utinam provolutus ad Thronum Majestatis tuae coram exhibere potuissem. Faxit interea Deus, ut quae Pax amplissimo isti Regno, Te potissimum curante, parta est, diutissime perseveret; & si quando ad arma insurgendum sit, ea solum convertantur in Crucis inimicum, atque Orientis Tyrannum.


SACRATISSIMAE MAJESTATIS TUAE

Dabam Mutinae III. Nonas Septembr.
Anno MDCCXXXVIII.

Humillimus, addictiss. & obsequentiss. famulus
Ludovicus Antonius Muratorius.



IN ANTIQUITATES
ITALICAS
MEDII Aevi
PRAEFATIO
LUDOVICI ANTONII MURATORII.



*S*criptores Italicarum Rerum jam dedi. Tam laborioso opere perfunctus, nunc alterum offero, videlicet Antiquitates Italicas aevi medi. Non desuere, qui me precibus ac rationibus non contemnendis sollicitabant, ut ex quo tot praesidia comparaveram Historiae Italicae barbaricorum temporum, me tandem ad contexendam a Romani Imperii declinatione universalem Historiam Italiae converterem, quasi ego hisce studiis tandiu innutritus, unus possem, & accuratius quam multi alii, & facilius quam ceteri, ejusmodi adornare spartam, ac perenni beneficio cum praesentes, tum posteros mihi devincire. Verum me, jam senescentem, terruit tanti moles aedificii; quod tamen ut quisquam alius suscipiat, vehementer optare non desino: neque enim apud nos desiderantur, qui aequae atque ego, immo feliciter etiam quam ego, ad id operis animum suum intendere possint, dum Libris abundant atque Eruditionis copiam cum veterum monumentis conjungant. Ego interea minime oblitus, quo tempore Antiquitates Estenses publici juris feci, hoc est Anno 1717. me Italicas etiam Antiquitates fuisse pollicitum, et demum fidem meam liberare constitui. Quo utique Opere, etsi ab Historia Italica aevi medi conseribenda alienum me sensi, spes tamen animo meo obversatur, fore, ut plurimum lucis & opis adferri possit cuicumque, Historiam ipsam aggredi volenti, aut etiam

coacervatas Historias legenti. Sed ut mature intelligat Lector, quid ego lucubrationibus hisce meis praestiterim, quidque sibi sperandum sit, ubi accedere ad eas velit, pauca quaedam praefari juvat.

Postquam Literae amoeniores veluti redivivae proxime praeteritis Saeculis dignitatem pristinam recipere, habitumque barbaricum deponere coeperunt (quod certe curâ potissimum atque industriâ Italicae gentis est factum, ex cujus exemplis reliquae postea cultiores in Europa nationes profecerunt), majorum nostrorum ingenia primo summa vi, summoque studio contenderunt, ut Latinam Linguam expolirent, barbarorum commercio nimium deformatam, simulque Graecam inveharent, diutissime antea ignoratam atque neglectam. Ad Oratoriam deinde, ad Poësim, ad Philosophiam, ad Historiam, ad Eruditionem, ad reliquas Scientias atque Artes revocandas, amplificandas, & perficiendas, sese contulere, eo successu, ut inter tot causas, ob quas felicitati temporum nostrorum gratulandum est, postrema non sit bonarum Literarum splendor restitutus atque cultura. Et ad Eruditionem quidem quod attinet, tum Sacra, tum Profana pertractata diligentissime fuit. Sed qui Profanae operam dederunt, ferme in iis duntaxat consistere temporibus, quibus Roma tot Populis in Europâ, Asiâ, & Africâ, dominata est, & Graecia non minus literarum quam armorum gloriâ effulsit. In utriusque gentis illustrandis rebus, in eruderandis monumentis, in exponendis moribus, ritibus, religione, regimine, legibus, aliisque ad veteres Romanos & Graecos spectantibus, Eruditorum studia versabantur. Ibi eorum conatus, ibi deliciae. Eo processit in ejusmodi studio Literariae Reipublicae ardor, ut jam habeamus Vingtiquinque Tomos grandis molis, Antiquitatum Graecarum & Romanarum Thesaurum, sive syllogem, a Gronovio & Graevio instructam complexos, hoc est in unum coactos Auctores varios, qui de iis egerunt. Ex aliis deinde ejusdem argumenti Scriptoribus collectis tres alios Tomos efformavit Sallengre: quorum omnium iterata editio nuper Venetiis suscepta fuit. Neque tamen in hisce conclusum arbitrere aeternarium universae Eruditionis Graecae atque Romanae. Abundant & alii Libri de Romanis praesertim Antiquitatibus agentes. Et quid si cum illis jungas tot volumina, in quibus veteres Inscriptiones, Fasti, Nummi, Gemmae, Amphitheatra, Geographia, Chronologia, aliaeque partes aut fragmenta Eruditionis Romanae pertractantur? Terreat te, paene dixi, tanta rerum codia atque apparatus,

Proinde hic olim beatus foecundusque ager erat, quem unum ingenia praesertim Italica excolebant; & ex quo plurimam sane laudis gloriaeque messem retulere. Interea sordebat quidquid ad tempora spectabat,

Et abbat, post inuestos in Italiam Barbaros subsequuta. Si quid occurre-
 bat aut Librorum ab Auctoribus aetatis illius scriptorum, aut Latinae
 Poesos, aut Legum, aut Inscriptionum, aut Chartarum medii aevi,
 bene cum iis agebatur, si sine contemptu dimittebantur, aut abjiceban-
 tur. Neque enim decrant, qui eadem non secus atque excrementa foe-
 rida aversari exhorrebant, Grammatici praesertim, qui contra Ennii,
 Catonis, Plauti, aliorumque vetustiorum Latinorum vel minimas qui-
 squilias, tanquam gemmas, deosculabantur, atque ad caelum attolle-
 bant. Effusum profecto Grammaticorum amorem erga quaecumque re-
 motioris antiquitatis monumenta probò & ego; eorumque animum a
 barbaricorum Saeculorum Libris aversum subit etiam excusare: quippe
 in hisce aurum Latinum frustra quaeras, Germanicae verò aeruginis
 & scoriae multum reperias. Verùm quod est ad ceteros Literarum bo-
 narum cultores, olim adeo ab Eruditione Medii Aevi alienos, non
 dissimiles appellare illos liceat ab iis, qui sub Italiae caelo nati, feli-
 cissimum hunc terrarum orbis tractum ita amant, ita suspiciunt, ut
 quidquid ultra Alpes & maria situm est, nil curent, fortassis etiam
 flocci faciant. At sua & aliis regionibus sunt merita, sua quoque
 sunt commoda, atque artis ac naturae privilegia non pauca. Venusta-
 tem praeterea invidendam & magnificentiam in compluribus reperias.
 Quanquam quid ajo? quasi Italia, parens nostra, eadem semper non
 fuerit ac sit, tam sub Romanis rerum dominis, quam sub Langobar-
 dis, Francis, atque Germanis. Ut ut Romam non sine moerore reco-
 gites, quae postquam tot gentibus dominari desuit, servire & ipsa a-
 liquando didicit; ut ut florentissimam olim Italiam tibi cum indigna-
 tione objicias, postea ob transmigrationem Barbarorum in squallorem
 prolapsam: non propterea nostra haec regio in Lybiae deserta conversa
 est, non nativis exuta praerogativis fuit. Abundabant & tunc Popu-
 li, eisque sui Praesides erant, ac suae Leges. Felicia ingenia repere
 arduum non erat. Agri excolebantur; commercia, pax, & opes non
 deerant. Et quamvis non ea certe felicitatis facies, morumque elegan-
 tia & Literarum ornatus in Italorum patria spectaretur sub Barbaris,
 quae olim sub Romanis: nihilo tamen secius Regni hujus majestas,
 fortitudo, & opulencia, ne tunc quidem ulli finitimorum Regnorum
 concessit. Et quatenam, rogo, tanta morositas delicatulos hominum ani-
 mos invasit, ut Italiam matrem, tantummodo dum felix & domina
 fuit, intime noscere velint; ipsam verò e folio quidem dejectam, sed
 adhuc veteris suae nobilitatis tenacem, despiciant, aut illius aspectum
 refugiant? Neque Gallia, neque Hispania, neque Britannia melioribus
 fatis olim sunt usae, a Barbaris & ipsae concitatae, atque in ser-
 vitutem

*virtutem conjectae. Nemo tamen hac de causâ Patriam suam per ea tempora averfatur, ac si cum aerumnis & calamitatibus luctantem in-
sueri illam minime sustineat. Ceterum ne ipsis quidem Romanis do-
minantibus bella interna & externa, Urbium everfiones, Imperatores,
monstra potius quàm Principes, & vitiorum colluvies defuere. Cur
ergo tantum obsequii ac sollicitudinis erga tempora illa, nihil erga
subsequentia?*

*Verùm Sigonius Mutinensis, qui de Romanis Antiquitatibus tam
bene meritus fuit, si non primus, certe ceteris, qui ante se de rebus
Italiae medii aevi scripserant, praefendus, ejusmodi quoque studium,
ingenio suo dignum ratus, sibi hanc provinciam proposuit; & elucub-
ratis Libris de Occidentali Imperio, & de Regno Italiae, egregie
in istam Eruditionis partem invasit, viamque stravit posteris, ut la-
rius exinde progredierentur. Itaque sensim magni viri ad illustranda
Barbarica Saecula omnem operam suam conferre coeperunt, sed enixius
& crebrius exteri, quàm Itali. Ut Salmasium omittam, cujus labores
non excessere declinantis Imperii Romani limites, Jacobus Sirmondus,
Philippus Labbeus, Jacobus Gretferius, Johannes Bollandus, ejusque
successores atque eximii alii doctissimique viri e Societate Jesu, extu-
mulatis barbaricis monumentis compluribus, Rempublicam Literariam
ad melius dignoscendas opes contemtae illius aetatis adduxere. Neque
heic, nisi obiter, de Sacra Eruditione mihi sermo est; in hanc enim
certatim incubuere Christianae quaeque nationes, atque Italica in pri-
mis. De Profana potissimum loquor, cui multum lucis attulere Hen-
ricus Canisius, Gerardus Johannes Vossius, Bignonius, Barthius,
Conringius, Du-Chesnius, Goldastus, Meibomius, Hadrianus Vale-
sius, Lindembrogius, Baluzius, Dacherius, Mabilonius, Ruinartus,
Martene, Montfauconius, aliique clarissimi ac eruditissimi Monachi
Benedictini e Congregatione Sancti Mauri, Lambecius, Pagius senior,
Leibnitius, Menkenius, Eccardus, aliique tum Galliae tum Germa-
niae Scriptores celeberrimi; quibus jungendi quoque sunt Hispani &
Britanni, in patriis rebus illustrandis & ipsi multa cum laude versa-
ti. Ex Italis verò sese mihi offerunt Guido Pancirolus Regiensis,
Cardinalis Baronius, Nicolaus Alemannius, Odoricus Raynaldus,
Borghinius, Admiratus Senior, Ughellius, Pignorius, Ostavius Fer-
rarius, Ciampinius, Torrigius, Franciscus Blanchinus, Arringhius,
Bacchini, Bosius, Berettus & viventes Scipio Maffei Marchio,
Guido Grandius Abbas Camaldulensis, Joseph Blanchinius, Joseph
Antonius Saxius & alii ex eruditione clari viri, qui pro viribus par-
tem aliquam hujus agri excoluere. Pete nunc a justis rerum judici-
bus,*

bus, num ejusmodi Scriptorum conatum gloria fuerit subsequuta. Uti-
que non minor, quàm quae olim Romanorum Antiquitatum cultoribus
deferebatur. Sive enim nos ab antiquissimis Italis, aut a Romanis,
sive a Gothis, Langobardis, Francis, & Germanis descendamus, sem-
per gentis nostrae Historiam persequimur, quoties res gestas & mores
investigamus barbarici aevi; & par voluptas est genealogiam conti-
nuatam Majorum nostrorum perspectam habere. Hisce duplicem caus-
sam adde, quae nostri temporis Eruditos, calcarium ad instar, solici-
tare possit, ut ad exdiscanda & illustranda inferioris quoque aevi mo-
numenta alacrius insurgant. Altera est, Romanae rei Eruditionem,
ex quo tot de eâ prodire volumina, vix novi argumenti quidquam
nobis reliquisse, nisi nova antiquitatis fragmenta effodiantur. Et
perfecto si qui sunt, qui de papyro in chartam Romanorum gesta ac
ritus transferunt, non iis multum laudis expectandum est. Contra Bar-
barica Saecula gravissimis adhuc laborant tenebris, atque ager iste
paucos cultores hucusque nactus, spem uberis messis excolenti fecit.
Romanae Eruditionis ager paene universus jam occupatus est; at in
istâ non levis pars adhuc primo occupanti patet. Si gloria ex novitate
praesertim exsurgit, hercle ad eam certior hac viâ est gressus. Acce-
dit & altera causa. Nam tot ritus non solum sacri, sed & domesti-
ci & politici nobis in usu sunt, quorum origo non Romanis tempori-
bus tribuenda est, sed Barbaricis. Ergo non Eruditionis duntaxat am-
plificandae gratiâ, sed spe etiam referendae voluptatis, & famae con-
quirendae, juvabit adhibere, quam possumus, lucem obscuris iis Saeculis,
& quid Majores nostri egerint, accurate expiscari, ut praesen-
tium fontes & causas, uno tempore, & cum delectatione teneamus.

Atque haec ea fuerunt, quae mihi suasere praesentis Operis con-
siliium, & ad illud complendum animos etiam addidere. Cuius quidem
laboris qui sit scopus, paucis aperiam. Scilicet mihi proposui, quibus
possem viribus, faciem Italici Populi delineare, qualis fuit a Saeculo
Christianae Aerae Quinto usque ad Annum Millesimum, & paene
quingentesimum. Quod ut conficerem, varios Italiae ac Italicae gentis
prospectus ante oculos mihi statui, non secus atque faciunt, qui aut
magnam quampiam Urbem, aut splendidissimum Palatium Regis ali-
cujus describendum suscipiunt. Nam primò eÿtypon universi aedificii
exhibent, tum sigillatim ejus partes percurrunt, videlicet aulam, cubi-
cula, arria, scalas, plateam, xystos, pinacothecam, aedem sacram, pi-
cturas, statuas, stabulum, viridarium, peribolium, aliaque immanis
molis membra atque ornamenta, ex quorum singulorum conspectu resul-
tat magnificae illius, ut ita dicam, Urbeculae effigies. Idem praesti-
ti &

ri & ego. Ducturus nempe Lectorem ad dignoscendum, qualis post Barbaros in Italiam illapsos facies hujus Regni per complura Saecula fuerit, potiora argumenta selegi ac pertractavi, ad Italiam medii aevi spectantia, quae simul juncta specimen exhibere poterunt conditionis & status temporum eorundem. Specimen, inquam: sunt enim ex iis argumentis non pauca, quae justis voluminis materiem erudito homini sufficere possent. Plura etiam alia supersunt, quae insalutata prorsus dimisi, aut obiter tantum innui; in quibus illustrandis si quisquam exercere vires suas velit, bene de Republica Literaria, ac de suo nomine mereri possit. Itaque primo de Regibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, aliisque Regni Italici Magistratibus commentatus sum: deinde varios regiminis politici ritus, ac privatorum Civium mores investigavi. Libertatem ac Servitutem hominum, Judicia, Militiam, Leges, Nummos, Artes, Literarum Studia, Linguae Italicae originem, Mercaturam & horum similia sum persequutus. Et quoniam post Annum a Christo nato Millesimum alia coepit esse Italiae facies; quum permulcae Civitates Libertatem & quamdam Autocratiae formam arripuerint, cui regimini alterum subinde successit, Principum videlicet, seu Regulorum: hanc etiam Italicae eruditionis partem nonnullarum Dissertationum auctario expedivi. Demum, quum inter studia & mores cujuscumque Populi Religio primas teneat, Christiana profecto, quae non minus quam antea, & nunc, barbaricis temporibus in Italia viguit, amplissimum mihi exspatiandi campum praebuisset. Verum praeterquam quod ultra consilii mei fines facile ejusmodi materies excurrisset, eaque una in plures Tomos excrescere potuisset, jam illam occuparunt fere universam doctissimi viri, quorum Libros describere, uti nemo non intelligit, nihil mihi laudis, nihil Lectoribus delectationis adtulisset. Quare aliquot duntaxat rei sacrae argumenta delibasse potius, quam exhaustisse contentus, quibus aliquid lucis addere posse mihi visus sum, reliqua intacta dimisi. In his paucis habes, quae ego praestiterim, ut perspectior, quam antea, fieret apud nos status Italiae medii aevi.

Nunc autem, neque sine dolore, prodendum est mihi palmare discrimen, quod inter Antiquitatum Romanarum cultores, & studiosos Antiquitatum Medii Aevi occurrit. Ad colligendos atque illustrandos Romanorum ritus, mores, instituta, & gesta, praesto sunt innumera praesidia, videlicet quamplurimi, ne dicam innumeri, Latinorum, ac omnis generis Libri. Graeci etiam Scriptores non pauci in idem confluere possunt. In Poëtis potissimum, Comicis, Satyricis, Heroicis, copiosissimum habes aerarium morum ac rituum temporis illius. Accedunt


dunt & Marmora sine numero, Anaglypha, Nummi, aliaque veterum Monumenta, ex quibus omnibus admiranda exurgit Eruditionis Romanae supellex. Contra qui Barbarica Saecula Italiae pingenda sibi proponit, regionem ingreditur tenebris & caligine non modicâ circumfusam. Historias de rebus Italicis ab Italis usque ad Annum Christi Millesimum & ultra conscriptas quaeris? Paucissimae occurrunt, eaeque non fusiore stilo elucubratae, quales Romana eruditio offert, sed breves Commentarioli, & exsanguia veluti rerum compendia. Poëtas quidem aliquot sacros, hoc est ad sacrorum notitiam utiles, ea tempora tulere; sed vix ullum invenias, qui profanos & politicos mores describat. Immo totus ferme Librorum apparatus, quos ea aetas peperit, exiguus sane, ubi compareretur cum Libris, per quinque priora Saecula Aerae Christianae scriptis, in rebus Sacris versatur: ex quibus raro exprimas civilia negotia, & aliquid ad Artes ac mores Civiles eorum temporum spectans. Rarae etiam per ea Saecula Inscriptiones, rari & Nummi, iique longe dissimiles a Nummis Romanorum atque Graecorum, in quibus tanta Eruditionis copia comprehenditur. Quamobrem in Syrtes incurrat raris identidem necesse est, quum navigationem instituis per tempora illa, quando tam pauca Literarum subsidia nobis reliquit communis tunc hominum ignorantia, aut doctrinae mediocritas. Quid heic ergo Eruditionis avidi? Duplicem ii tandem inire viam atque rationem, qua penuriae tantae, quantum fieri posset, consuleretur. Scilicet excussis Bibliothecarum pluteis, quaecumque invenere abdita Saeculorum rudium Opuscula non contemnenda, Tractatus, Epistolas, Schediasmata, Fragmenta, e quibus aliquid lucis in Historiam aut Eruditionem indocti illius aevi emanare posse crederetur, ea publici juris fecere: quo beneficio praesentes & posteros sibi devinxere, quum in omnium commodum illorum editio nunc vergat. Ad haec antiqua Cathedralium, Monasteriorum, aliorumque locorum Archiva scrutati sunt, & Diplomata exinde excerpta, Bullas, & Chartas, nunquam antea editas, luce donarunt. Ibi sane multiplex Barbaricae Eruditionis copia; atque hisce monumentis mirum est, quantum subsidii Saeculorum rudium egestati adferri possit, dum tamen selignantur quae novitatis aut eruditionis aliquid exhibeant, neque omnes Archivorum tabulae sine ullo discrimine exerantur. Quae enim nihil nisi vulgare ac tritum praeseferunt, & quisquillas duntaxat privatae gentis continent, qualibet novitate destitutae; tanquam futurae oneri, non eruditioni Literatorum, suis relinquendae sunt tenebris. Quod & dictum velim de ceteris Medii Aevi foetibus, ex quibus permultos reperias ita ineptiis, aut fabulis, aut

rebus e trivio petitis redundantes, ut male de typis, ac de republica mereatur, qui eos educere in lucem velit.

Itaque perspicuus & ego, ea esse vetera Tabularia, ex quibus plus praesidii sperandum sit instituenti iter per Eruditionis hujus non semper amoenae campos: quotquot porui Italicarum Urbium Archiva excussi, illuc uno hocce consilio profectus, & quaecumque se mihi obtrulere, quorum ope aliqua pars hujusmodi Eruditionis meliori in lumine collocari possit, descripsi, iisque ad istud aedificium construendum sum usus. Multa etiam impetravi ab amicis. Praeterea quidquid in MSis Codicibus deprehendi, huic ipsi amplissimo argumento affine aut utile, huc derivavi; spe ductus non levi, fore, ut Lectorum gratiam inirem, quod tot nondum edita Antiquitatis frustra, in eorum quoque usum, e vetustis & lectu difficillimis membranis eduxerim, certaue in posterum effecerim vitae diuturnioris. Denique Opuscula nonnulla haecenus luce carentia adjeci, uti & insignem copiam Nummorum medii aevi. Quae omnia, nisi me meus amor fallit, si non omnino exprimere, saltem adumbrare non leviter possunt Italicae conditionem ac statum, dum mores viguerunt, quos Barbaricos eâ de causâ appellare consuevimus, quod collati cum elegantia & doctrina trium Saeculorum proxime praeteritorum, barbariam praeferre nobis videantur.

Atque haec multae mihi agenda, habendaeque sunt gratiae Nobilibus Viris Sociis Palatinis Mediolanensibus, qui studium erga me suum novis cumularunt beneficiis. Vix enim absolutum hoc a me Opus audire, quum obstetrices mihi manus obtulerunt ad magnificam illius emendatamque editionem, nihil reveriti tot Nummos, Sigilla, aliaque Antiquitatis fragmenta aere incidenda, ac tot Chartas, quarum barbaries longe uberiolem curam exposcit, quam elegantis Linguae Latinae monumenta: quum solícite conservandi in iis sint Barbarismi quilibet ac Soloecismi, nihilque sit immutandum de rubigine rudium illorum Saeculorum. Non postrema haec est causa gratulandi temporibus nostris, quibus Nobiles etiam viri suum Libris edendis patrocinium impertiunt, ita ut optandum tantummodo supersit, ut segnis nunc & quasi dormitans Italia suas vires tandem exerat, majoremque bonorum Librorum copiam procudens, ejusmodi subsidiis oblatis in publicam privatamque laudem utatur.

DE EXTERIS
GENTIBUS
QUAE POST DECLINATIONEM
ROMANI IMPERII
ITALIAM AFFLIXERUNT, AUT SIBI SUBJECERUNT.
DISSERTATIO PRIMA.



DE EXTERIS GENTIBUS,
QUAE POST DECLINATIONEM
ROMANI IMPERII
ITALIAM AFFLIXERUNT, AUT SIBI SUBJECERUNT.
DISSERTATIO PRIMA.



Ominata jam fuerat Italia, seu ejus caput Roma, aliquot Saeculorum spatio, non dicam universo terrarum Orbi, uti olim aut indocti somniarunt, aut assentatores venditarunt, sed quidem compluribus, iisque vastissimis Provinciis, quae nostris temporibus Reges & Monarchas constituunt non paucos, potentia ac dititione splendidissimos. Et profecto Romanorum Republica vigente, ac deinde Imperatoribus clavum tenentibus, longe lateque gloriam suam dominationemque Roma dilatavit, ut potior Europae,

Tom. I.

A pars, simulque amplissimae in Asia & Africa regiones Romanis Magistratibus subessent. Verum ad instar humanorum corporum coepit Italicae seu Romanae gentis Imperium sentire senectutis incommoda, suisque periculis ediscere, neque ingentem magnitudinem, neque summam felicitatem stare diu posse. Nimirum Septentrionales Populi tot insultibus, tot viribus, variisque temporibus in Italicos agros se se exonerarunt, ut Provinciam fortissimam jam rerum dominam sensim debilitarint, atque ex Regina servam miserissimam tandem effecerint. Quamquam tantae calamitatis causam referre potius juvat in mutatos Italicorum mores, eorumque otium & luxum, & horum

A

cor.

confectaria vitia, à quibus victi vincendos se exteris quoque hostibus prae buere. Heic autem loquor de celeberrimis Borealium Populorum migrationibus, quas innuere ac nosse nostrorum etiam temporum magni interest. Scilicet plerumque non causà amplificandae propriae ditionis ex conterminorum spoliis, uti regnandi cupido seu ambitio, cui nihil umquam satis semper fecit, semperque faciet, sed melioris coeli, & uberioris soli conquirendi gratià consuevere Barbaricae illae gentes proprii valedicere regionibus, & sarcinis collectis viri ac mulieres alienas petere, atque armorum vi sibi subicere. Horum animos acutissima duo calcaria ad id consilii impellebant. Scilicet, ut etiam animadvertit Seneca in Libro de Consolatione ad Helviam, Cap. VI. *Alios nimia superfluentis Populi frequentia ad exonerandas vires emisit.... Quosdam fertiles orae, & in majus laudatae fama corripit.* Haec duo praecipue, ipso Paulo diacono teste, tot gentes ex Hyperboreis plagis in Meridionales incitarunt. Iis enim, qui Septentrionali Polo propiores erant, inclementia Coeli, & infelix telluris indoles, molesta nimium erat, quippe frigore quidem geluque abundans, at non ita frugibus ac fructibus terrae. Inclementiam soli sui comparabant gentes illae cum foecunda, miti, ac deliciis affluente Meridionali plaga, ac praesertim Italicà: quare mirum non est, si stimulis perpetuis agitabantur ad invadendas alienas, easque longe positas terras, quas noverant à Naturà non novercà, sed matre, abundantiore donorum ac ornamentorum copià refertas. Accedebat & alterum incitamentum, nempe nimis interdum adaucta illorum populatio. Nam

A ut omittam frigidi Coeli morem, à quo foecunditas humani generis juvari creditur, permulti ex iis Populis plures singulis viris uxores copulabant, quae licentia adhuc inter omnes fere Orientis & Africae gentes usurpatur. Neque secus suadebat aut imperabat eorum Religio, quippe Idolorum cultui plerique addicti vivebant, & Christianae legis instituta vix de nomine norant. Hinc supra modum adauctus Barbarorum numerus. Praeterea si quae erant Tribus unicà uxore contentae, hominum robusta corpora, & ad annos viriles plerumque servata à Veneris usu illaesa, numerosam postea prolem conjugibus parabant. Tanto igitur sobolis augmento angusta interdum videbatur eorum regio, ac propterea gens univèrsa insurgens, peregrinatione sive migratione suscepta, in remotas Provincias se se effundebat, victosque indigenas aliud Coelum quaerere, aut sibi colla subdere cogebat. Interdum etiam sortibus ductis pars eorum antiquos retinebat lares; reliqua vero meliorem sibi in alienis finibus fortunam quaerebat. Hinc antiquis temporibus tot Barbaricarum gentium motus, iique semper versus Meridionales plagas, & ipsam potissimum Italiam, quae quo fertilior ac amoenior, eo plures amassios & vota ferventiora excitabat.

E Non memorabo heic *Celtas* antiquissimam gentem, eorumque gesta & progressus in nostram usque regionem: quum enim de earum sedibus multa sit controversia, eosque Gallia sibi adscribat, nil mirum si finitimi Populi finitimos invasere. *Cimbros* potius, ut alios omittam, ac *Theutones*, *Ambrones* indicare juvat, qui ab extremis Germaniae finibus supra trecentorum millium numerum, si

vete-

veteribus fides, ne foeminis quidem A
 puerisque computatis, usque in Gal-
 lias & Italiam penetrarunt, rapinis
 ac caedibus nusquam parcentes. Con-
 tigit hoc centum fere annis ante Epo-
 cham Christi. Tanta vero hominum
 multitudo non uno proelio attrita
 est à Mario potissimum & Catulo,
 fortissimis Romani Populi ducibus.
 Procedente verò tempore sub Augu- B
 storum imperio ad affligendas Roma-
 norum Provincias eruperunt *Alani*,
Suevi, *Marcomanni*, *Heruli*, *Hunni*,
Gotbi, *Gepides*, *Burgundiones*, *Ala-*
manni, *Vandali*, aliaeque complures
 Nationes, quarum nonnullas Scythia,
 quae nunc Tartaria, alias Suecorum,
 Danorum, ac Russorum regio, & re- C
 liquas intima Germania emisit. Sed
 quamquam gentes Septentrionales à
 natura quidem viribus, ferocitate,
 patientia, aliisque corporis dotibus
 ad arma, ac proelia factae videantur:
 saepissime tamen ostendunt, se
 facile reprimi, ac vinci posse. Et
 revera, donec in Italicorum pectori-
 bus antiquae fortitudinis semina vi-
 guere, & militaris disciplina apud D
 ipsos in honore fuit, gladios quidem
 & flammam in hanc Provinciam Bar-
 bari intulere: at heic pedem figere
 iis datum non est. Inclinate dum-
 taxat ad finem Saeculo Aerae Chri-
 stianae quarto & quinto ineunte.
 tot Populi, atque ex tot Borealibus
 locis, uno eodemque tempore, ve-
 luti conflatis consiliis, adversus Ro- E
 mani Imperii Provincias arma mo-
 verunt, ut ad eorum impetum re-
 tundendum, nullus exinde obex aptus
 fuerit. Anno quidem CCCCV. *Rha-*

dagastus Gothorum Rex, qui supra du-
 centa armatorum hominum millia se-
 cum traxisse fertur, jamque in Ita-
 liae viscera penetrarat, à Stilicone
 famosissimo duce mirabili victoria de-
 letus in Tuscia fuit. Nihilo tamen
 secius vix pauci effluerunt anni,
 quum *Alaricus* alter *Gothorum* Rex,
 ab eodem Stilicone, perfido, ac am-
 bitionis facibus succenso, in Italiam
 invitatus, Romam obsedit, eaque ca-
 ptà ac direptà Anno CCCCIX. mi-
 serabilem Urbi Reginae Urbium suae
 feritatis memoriam, & Historicis va-
 stum functissimae narrationis cam-
 pum reliquit.

Alaricum ipsum commemoratum
 suspicari quisquam possit in quadam
 non vulgari Inscriptione, quam in
 agro Senogalliensi ad Sancti Laurentii
 in Campo animadvertit, & de-
 scriptam ad me misit Lucas Anto-
 nius Gentilis, Antiquitatum studio-
 sus, & singularis amicus meus. In
 antica lapidis facie legebatur altera
 Inscriptio posita L. OCTAVIO L.
 F. CAM. RUFO. &c. quae edita
 jam fuit à Grutero. Haec rarior,
 quia Latina verba Graecis caracte-
 ribus expressa fuere. Quando autem,
 & cur epigraphae haec marmore in-
 scripta fuerit, nemo facile decernat.
 Indicare ipsa videtur Arcem in mari
 prominentem, quam Alaricus Go-
 thorum Rex frustra expugnandam cu-
 ravit, & quae procedente tempore
 ad Civitatis honorem evecta adja-
 centibus etiam Oppidis imperavit.
 En ipsam aliorum quoque examini
 expositam.

TANTI KBEM HK KEPNI AIKBOPIS KIPKBITBM TEZI

doest: TANTI CUEM IC CERNI AECUORIS CIRCUITUM TEXI

pro *Quem hic cernis* *aequoris*

A 2

ΣBA-

ΣΒΑΣΑ

SUASA

ΓΡΑΙΚΟΡΒΜ ΝΑΤΑ ΛΑΒΩΡΒΜ

GRAECORUM NATA LABORUM

ΑΛΑΡΗΚΒΣ ΟΜΠΒΣ ΜΕ ΠΕΡΔΕΡΕ ΚΩΝΑΝΣ

ALARICUS ...PUS ME PERDERE CONANS

ΤΟΤ ΑΔΙΑΚΕΝΤΙΒΜ ΟΠΠΗΔΩΡΒΜ ΜΑΤΡΕΜ

TOT ADIACENTIUM OPPIDORUM MATREM

ΚΡΕΑΒΙΤ

CREAVIT

ΤΩ ΘΕΩ ΔΟΞΑ

hoc est Deo gloria.

Iisdem vero, proximisve temporibus, A in Gallias quoque rabiem suam exonerarunt *Vandali*, *Suevi*, *Burgundiones*, *Alani*, & *Hunni*. Ibi profecto à Romanis non uno in loco res feliciter gestae, multaque Barbarorum millia caesa: immo & ipsi Barbari inter se discordes, dum in alienis spoliis conquirendis quisque intentus sociorum progressibus invidet, variis B se se invicem proeliis attrivere. At haec minime obstiterunt, quominus varias sibi subderent regiones, & usque in Hispanias, atque in ipsam Africam penetrarent, ubi suum tandem *Gothi* & *Vandali* stabilivere imperium. Tanta praedae facilitas instar tubae fuit, ut reor, quae novos identidem Populos ex Aquilonari Climate in Meridionalem regionem invitabat. Quare & *Anglosaxones* Anno CCCCXLIX. è Germania magnam Britanniam ingressi, sui juris fecerunt. Saeculo quoque eodem, & subsequenti sexto, *Franzi*, fortissima Germanorum natio, irrumpentes in Galliam, integram sensim eripuerunt Romanis, eâ etiam parte potiti, ubi C antea *Burgundiones*, & ipsi Germanica gens, fixis laribus dominabatur. Italia vero ipsa, posteaquam ab *Attila* potentissimo *Hunorum* Rege Anno CCCCLII. vastata fuerat, vidit Romam denuo captam, ac praedae datam Anno CCCCLV. à *Genferico* *Vandalorum* Rege, quocum juncti Africae Populi, miseram hanc Provinciam ferme totam incendiis, ac caedibus impleverunt. Dirum sane spectaculum, intueri gentes tam varias, simulque omnes efferas, undique confluere in Romani Imperii ruinam, Urbesque solo aequatas, agros desolatos, & aut caesa, aut in captivitate abducta tot Christianorum millia. Nos facile interdum querimus ac dolemus, quasi nostris temporibus fortuna adversa aerumnas tantum pararit, & antiquis suos dies invidemus. Digito statim labia prememus, meliusque de aetate nostra quisque sentiret, ubi nos Historia doceret, quibus olim calamitatum fluctibus fuerint hae ipsae Urbes, ac Provinciae agitatae, in quibus tam queruli, atque inquieti nunc vivimus.

Ad Italiam tamen quod attinet, commemorata hæcenus mala temporariae potius incurfiones fuerunt; neque enim pedem heic figere exteris gentibus licuit ad Annum ufque CCCCLXXVI. Accidit autem, ut hoc eodem Anno *Odoacer Turcilingorum, Herulorumque* Rex, subsidiariis aliorum Populorum copiis suffultus, hanc ipsam Provinciam invaderet, atque heic Regnum statueret, everfo Momillo Augustulo, in cujus Occafu finem simul habuit Occidentale Romanorum Imperium. Novi Regni caput Ravenna constituta est; sed non diu Odoacris fortuna stetit. Etenim Anno CCCCLXXXIX. Italicos agros altera procella pervasit, videlicet *Theodericus Gothorum* Rex, atque adeo Borealium Populorum novus ductor, tum Zenonis Augusti consensu, tum fiti, ac spe ingentis praedae, in Italiam venit, ut ejus imperium Odoacri conderet. Pro Gothis fortuna belli stetit, à quibus proinde Anno CCCXCIII. institutum fuit in Italia Gothicum Regnum, ab ipso Theoderico, ejusque successoribus Regibus viriliter servatum usque ad Annum DLII. quo Justinianus I. Graecorum Imperator celeberrimus per Belisarium, ac Narsetem, profligatis Barbaris, Romanum Imperium rursus in Italia crexit. Tunc, ut puto, unusquisque sperasset, diuturnam in Italia futuram quietem: attamen ecce *Langobardorum* gens, alter nempe Populus Septemtrionali Germaniae olim adscriptus, sub *Alboino Rege* Anno DLXVIII. sedem sibi inter Italicos quaerere, & potiore ejus parte occupata, nomen Langobardico Regno tribuere, cujus Regia Ticinum fuit. Sub hoc turbine insperato Italica regio faciem plane mutasse censenda est; jam enim praecedentes bellorum

A vices, & recens eaque gravissima Pestilentia & Fames, Paulo Diacono teste Lib. II. Cap. IV. de Gest. Langobardorum, habitatoribus Urbes & agros exhauferat. Accessit ad tot Italicorum calamitates immensa in victore Populo praedae ac divitiarum cupido; neque enim sat iis fuit Urbes ac Oppida occupasse; verum etiam privatorum rura & campos sub variis titulis sibi usurparunt, eorum possessoribus aut trucidatis, aut exilium subire coactis. Ita in hisce partibus attrita non parum fuit Romanorum progenies, & propagata Borealis Populi proles. Neque uni Langobardi heic constitere. Ad primum rumorem properantis Alboini in Italiam, comites se illi addiderunt & aliae Germanicae gentes, ex ipso etiam remotiore glaciali Climate adscitae, ita ut heic sedem sibi delegerint una cum Langobardis *Suevi, Norici, Bulgares, Gotbi*, aliaeque id genus turbae, quibus & sua praedae portio decreta est. Immo animadvertendum est, nonnullis Oppidis ac Vicis Langobardiae impositum fuisse nomen gentis, cui ad habitandum obtigerunt. Do testem nuper laudatum Paullum Warnefridi, sive Diaconum, Langobardum genere, in Libro II. Cap. XXVI. de Gest. Langobardorum. *Certum est, inquit ille, tunc Alboin multos secum ex diversis, quas vel alii Reges, vel ipse ceperat, gentibus ad Italiam adduxisse: unde usque hodie eorum, in quibus habitant, viccos, Gepidos, Bulgares, Sarmatas, Pannonios, Suavos, Noricos, sive aliis hujusmodi nominibus appellamus.* Quae heic scribit Paullus, fortasse nos ducunt ad intelligendum, cur *Ducatus*, aut *Comitatus Burgariae* appellaretur olim regio quaedam ad Occidentem, contermina Mediolanensi agro, & ali-

quot

quot post Saecula in jus ipsius Mediolanensis Reipublicae deducta. Illic verisimile est, *Bulgares* confedisse. Nam & *Burgari* ii appellati sunt. Ita & in Veronensi agro Oppidum *Suave* a *Suevis* denominationem accepisse videtur. Hujus tamen rei evidens, ni fallor, in agro Mutinensi vestigium adhuc cernitur. Nimirum Vicus, quem vulgari nomine *Bazavava* appellamus, tria tantum millia passuum ab Urbe nostra distans, a *Noricis* illa habitantibus, ut par est credere, nomen traxit. *Norici*, ab eodem Paulo Diacono memorati, iidem sunt ac *Bavariae* Populi, qui rudibus Saeculis *Bajoarii* appellati sunt, uti & eorum Provincia *Bajovaria*. At haec etiam nomine (*Bajovariae* inquam)

A insignitus fuit in veterum Chartis Vicus ille Mutinensis, idemque ille est, cujus mentio mihi occurrit in Charta adservata in Tabulario nostrae Cathedralis. Ibi Ingo Episcopus Mutinensis Anno MXXXIV. concedit in emphiteusim duas Curtes *Bonifacio Marchioni & Duci Tusciae* (genitori postea celeberrimae Comitissae *Mathildis*) ejusque priori uxori *Richildae Comitissae*: qui Conjuges vicissim & ipsi, pro more *Precariarum*, duas suas Curtes Episcopatu Mutinensi donant, quarum una est Vicus *Bajovaria*, nuper memoratus, Castrum sive Arcem pro more illorum temporum in se complexus. Dignae sunt ejusmodi tabulae, quae ab omnibus legantur.

Charta permutationis inter *Ingonem Episcopum Mutinensem, & Bonifacium Ducem, & Marchionem Tusciae, atque Richildam* ejus uxorem, in qua Conjuges Episcopo donant Castra & Curtes *Bajovariae & Fossati Regis*; Episcopus vero eis concedit in emphiteusim Castra & Curtes *Clagnani & Saviniani*, Anno 1033.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi. Anno ab Incarnatione ejusdem Millesimo Trigesimo Quarto; *Chunradus* gratia Dei Imperator Augustus, Anno Imperii ejus Deo propicio in Italia Septimo, Duodecimo Kalendas Junii, Indictione Prima, Episcopo Sancti Geminiani Mutinensis Ecclesie, ubi nunc Dominus Ingo Episcopus ordinatus esse videtur. Nos *Bonifacius Marchio & Dux Tusciae, & Richida Jugales*, qui professi sumus ambo ex Natione nostra Lege vivere Longobardorum: ipso namque jugales & *mundualdo* meo mihi consentiente & subter confirmante, & juxta legem una cum noticia & interrogatione de propinquis Parentibus meis & *Richide*, id sunt *Manfredo & Opezo* Nepoti-

bus meis, in eorum presentia & testium, certe facio professionem, quod nullam patior violentiam a quopiam homine, nec ab ipso jugale & *mundualdo* meo, nisi mea bona & spontanea voluntate, offeror & offertrix, donator & donatrix ipsius Episcopii presens presentibus diximus: Quisquis in sanctis & venerabilibus locis aliquid in suis contulerit rebus, juxta Auctoris vocem in hoc seculo centuplum accipisse, insuper, quod melius est, vitam possidebit eternam. Ideoque nos qui supra Jugales pacienter questivimus ad vos qui supra Dominum Ingonem Episcopus, ut tu nobis & ad filios & nepotibus meis, qui supra *Bonifacii Marchio* legitimis masculis quidem filiis masculinis quidem legitima uxore nati vel procreati fuerint, si filii

filiis ac nepotibus legitimis abuero, filie & nepte mee legitime, qui de filio legitimo nate vel procreate fuerint, usque in tertiam generationem, precaria atque enfiteocharia nomine concedere dignemini tantummodo ad abendum. Hoc sunt Cortes duas juris ipsius Episcopio, quibus sunt posite una in loco, ubi dicitur Clagnano, quod est Roca cum Castro inibi abente, & Turrem cum Capella inibi abente, & est consecrata ad honorem Dei & Sancti Michaelis. Aliamque Curte Abana in loco, ubi dicitur Saviniano, similiter cum Castro inibi abente cum muro circumdato, & Capella infra eodem Castro consecrata ad honorem Sancte Dei Genitricis Virginis Marie, una cum rebus, domuicoltile, sive casis massariciis, adque universisque rebus, ubicumque per loca positis ad ipsas Castris seu Capellis, adque Casis massariciis pertinentibus in integrum, sicuti districte fuit per Lansfranco Gastaldio, quibus ipsis casis & rebus esse videntur, que pertinent ad ipsa Corte, que dicitur Roca de Clagnano, & fundas Munte Binello, & in eodem loco Clagnano & in Butazano, Flaviano, Valscollo. Aliis namque Casis & rebus, que pertinent ad eadem Corte Saviniano, sunt positis in locas, ubi dicitur Ulmeta, & in Pedo, qui dicitur Munti, & in Pashano, vel per ceteris locis, ubicumque esse videntur ad ipsas Cortes & Castris, seu Capellis, & Casis massariciis, & rebus, domuicoltiles pertinentibus in integrum, tam Casis cum sediminibus seu reliquis terris, campis, pratis, pasculis, vineis, silvis, insulis, ripis, rupinis, ac paludibus, molendinis ac piscationibus, usibus aquarum, aquarumque ductibus ac fontaneis, coltis & incoltis, divisis & indivisis, omnia in integrum.

Et nos qui supra Jugales pro ipsis Casis & rebus, quae petivimus, parti

ipsius Episcopi damus, tradimus, atque offerimus ad jure & proprietatem ipsius Episcopii Sancti Geminiani: id sunt Cortes due juris nostris, qui supra Jugales, quas habere visi sumus, unam in loco, ubi dicitur Bajoaria, alia in loco, ubi dicitur Fossato Regi, cum Castro ad unamquaque Corte super se abente, & Capellis infra eodem Castris vel Cortis; & sunt consecrate una in loco, qui dicitur Bajoaria, ad onorem Sancti Gervasii & Protasii, alia in loco, ubi dicitur Fossato Regis, & est consecrata ad onorem Sancti Dommini, una cum rebus, domuicoltiles, sive casis massariciis, atque universisque rebus ubicumque per locis positis ad ipsas Cortes & Castris seu Capellis & Casis massariciis, & rebus domuicoltiles pertinentibus in integrum. Quibus ipsis Casis & rebus esse videntur in locas & fondoras, ubi dicitur Casaledo, Perallele, Bajoaria, Mungano, Griciacula, Formigine, Curlo, in Cocanino, Robore Berengerii, in Faldo Avitano, vel per alia loca, ubicumque esse videntur ad ipsam Corte & Castro Bajoaria pertinente. Aliis Casis & rebus, quae pertinet ad Curte & Castro Fossato Regi sunt positae in locis, ubi dicuntur Aquaviula, & in Collegaria, & in loco qui dicitur Vulpariolo, vel per ceteris rebus locis ad ipsa Corte & Castris Fossato Regi pertinentibus in integrum, tam casis cum sediminibus, seu reliquis terris, campis &c. & indivisis omnia & ex omnibus, quicquid ad ipsas Cortes & Castris seu Capellis pertinentibus in ure & proprietate, ipsi Episcopio permaneant in integrum. Quidem & ego Dominus Ingo Episcopus vos, qui supra Jugales abaudiavi, & recte petitiones vestras intellexi ipsis Casis & omnibus rebus, quod vos michi petistis, quamque ex illis, quae vos qui supra Jugales parti ipsius Episcopio offeristis, vobis & ad

filiis

filiis ac nepotibus tuis, qui supra Bonifacius Marchio, qualiter superius legitur, abendum tradidi precaria atque enfiothecaria nomine, ut faciatis in ipsis Casis & omnibus rebus quicquid volueritis una cum accessionibus &c. ita tamen ut quod vos qui supra Jugales, seu filii, ac nepotibus ipsius Bonifacii Marchionis, qualiter superius legitur, nostris & nostris rebus meliorentur, nec non pejorentur, quatenus proficiat, nec non deperat. Et quale de vos, qui supra Jugales unum ante alterum de hoc seculo migraverit, tunc deveniat ejus portio ad illum, qui super advenit; post autem dicefforum omnium vestrorum Jugalibus, seu de filiis, filiabus, ac nepotibus, sicut superius legitur, decessu quocumque Dominus placuerit, jam dictis Castris & Capellis, sive Casis & omnibus rebus, qualiter superius comprehensis legitur, revertit ipsius Episcopo, cujus est proprietas.

Et pro Censum, quod nos nostris Jugalibus per singulos annos de nostris Casis & omnibus rebus dari debemus, parti ipsius Episcopii, damus, tradamus, atque offerimus nos qui supra Jugales ad partem prefati Episcopo ad ejus jure & proprietatem habendum à praesenti die, id sunt Mansos sex in loco, ubi dicitur Fredo, qui regere videtur una per Petro, alia per Martino, tertia per Jeminiano Masariis, sive suis consortibus, qui vocantur Neritei, quod sunt rebus ipsis sicuti per nostris regitur Masariis per mensura justa inter sediminiibus & areis, ubi vitis estant, seu pratis, arabilis, gerbidis, & buscaleis, seu silvois cum areis suarum, jugeras triginta. Et dues Masaricias, quibus sunt posite in loco Curtile, prope Castro, qui dicitur Predosa, quae recte fiunt una per Martino Andreverge, alia per Sigizo cum suis consortis, quae sunt ipses Masaricias, sicuti per nostris regitur Ma-

A sariis per mensura justa inter sediminas & areis, ubi vitis estant seu pratis atque terris arabilis, gerbidis & buscaleis, seu silvois cum areis illorum, jugeras viginti. Et una in loco, ubi dicitur Munte Pafarario, quae regitur per Johannes & Ingilberto & Beliaro germanis filiis quondam Ingelberti, quod est Masaricia ipsa, sicuti per nostris regitur B Masariis per mensura justa inter &c. jugera decem. Et si quod absit, ut fieri non credimus, ut si unquam in tempore nos qui supra Jugales, vel nostri eredes jam dictis Castris & Capellis seu Casis, & omnibus rebus, quae parti ipsius Episcopii dedimus, ab omne contradicente homine non defensaverimus, tunc nostris Castris & Capellis, sive C Casis & omnibus rebus in duplum parti ipsius Episcopii restituamus, sicut per tempus meliorati fuerint, aut valuerint sub extimatione in consimilibus locis. Et si hoc evenerit, quod vos qui supra Dominus Ingo Episcopus, vel vestro successor, seu pars ipsius Episcopii, nobis qui supra Jugalibus, seu ad filiis ac nepotibus meis qui supra Bonifacii Marchio, qualiter superius legitur de praedictis Casis & omnibus rebus, quas nos petivimus, quamque & illis, quae pars ipsius Episcopii offerimus, aliqua subtractione feceritis, sive de fruges & Censum, qui exinde exierit, tuleritis, ultra Libras tres argenti valente, & nos qui supra Jugales, vel filiis ac nepotibus meis, qui supra Bonifacii Marchio, qualiter superius legitur, vobis E scire fecerimus, & vos qui supra Ingo Episcopus, vel vestros successores, seu pars ipsius Episcopii infra trium mensium, postquam vobis scire fecerimus capud, tantum non emendaveritis, si nos recipere volumus, tunc eisdem casis & rebus, quas parti ipsius Episcopii dedimus, in nostra revertat potestate proprietario jure, quia sic inter nos stetit atque

que convenit. Pena quidem inter nos posuimus, & sic obligavimus, quod si quis unus de nosmetipsis aut successores mei, qui supra Ingoni Episcopus, vel filii ac nepotibus, & filii ac nepote mee, qui supra Bonifacius Marchio, qualiter superius legitur se de ac convenientie precarie removere quæserimus, & non permanserimus in ea, & omnia, qualiter superius legitur, tunc componamus pars parti, qui fidem non servaverit ad partem fidem servandi pena numerorum argentum Denarios bonos Papiensis Libras mille. Et post pena soluta et infiteos in sua maneat firmitate, quia sic inter nos fuit adque convenit cum stipulatione subnixta. Unde due Carte precarie & offerfionem uno tenore scripte sunt.

Actum in Castro, qui dicitur Insula Cenise, feliciter.

BONIFACIUS MARCHIO ET DUX SSI.

Manus subscripte Richilde, que ac precaria & offerfionis fieri rogavi, & ipse Bonifacius Marchio vir suus ei consensu, ut supra.

Opizo subscripsi.

Maginfredus subscripsi manu nostris. Opezoni propinco eidem Richilde, qui eam interrogavit, ut supra.

Signum manibus Attoni, & Adami, seu item Attoni, Legem viventis Longobardorum, rogatis testes.

Signum manibus Adami, sive Anradi, Legem viventes Romana, rogatis testes.

In pergamena legitur facta stipulatio hujus Contractus Anno Christi MXXXIV. At concurrentibus in præcedentem Annum MXXXIII. Indictione I. & Anno VII. Conradi, consideranda aliis relinquo, an erraverit, qui olim ex archetypo descripsit, posito Anno MXXXIV. pro MXXXIII. an potius in Insula Cenise, ubi Notarius scribebat, Annus mense Mar-

Tom. I.

atio, hoc est non à Nativitate, sed ab Incarnatione Christi, exordium suum duceret. Certe ad Annum MXXXIII. Charta hæc spectare videtur. Quum vero heic mos occurrat tanta donandi, ut tantumdem aut plus recipere- tur titulo solum ac onere Emphiteu- sis, erit de ejusmodi consuetudine sermo in Dissertatione Trigesima Sexta, ubi de Precariis agam, quarum & heic habemus exemplum.

Anno Christi DCCLXXIV. finem accepit Langobardicæ gentis Regnum in Italia, devicto Desiderio, postremo eorum Rege à Carolo Magno invictissimo Rege Francorum. Franci, ut nemo nescit, Populus Germanicus, & ipsi fuerunt: quare sublatis Regibus Langobardis nobis è Germania datis, altera gens ex ipso Septentrione originem ducens Italiam, sive ut rectius loquar, Langobardicæ gentis ditionem regendam suscepit. Epochæ novi hujus Regni à Carolo constituti certò eruitur ex primis lineis vetustissimæ Chartæ, quam legi in Archivo Archiepiscopi Lucensis, hoc est in amplissimo Tabulario venerandæ antiquitatis, cui parem in Italia difficile invenias. Hæc ibi leguntur: *Regnante Domino nostro Carulo Rex Francorum & Langobardorum, quo cepit Langobardiam, Anno Regni ejus intrante tertio, octavo Kalendas Julias, Indictione quartadecima:* quæ notæ Annum DCCLXXVI. nobis indicant, simulque produnt, assumpta fuisse à gloriosissimo Rege illo Langobardi Regni insignia circiter diem XV. aut XX. Junii, Anno DCCLXXIV. Sed & aliud insigne decus parvis ab illinc annis Regi Carolo accessit: in eo quippe à Leone III. Papa, & à Populo Romano, quibus jam intoleranda videbatur Græcorum Augustorum dominatio, renovatus est ti-

B

tulus

tulus, ac dignitas Imperatoria. Id factum est An. Christi DCCC. Natali die Domini. Et quandoquidem potentia Caroli, ejusque posterorum, in quibus per multos annos perduravit Romani Imperii, & Langobardici Regni possessio, tanta erat, ut exterarum gentium arma, Italiam tentare minime auderent, hinc ultra centum annos invidenda pax & quies fere semper in Italia perduravit, praeterquam in Apulia & Calabria, quam aut Graeci, aut Saraceni identidem armis infestis vexarunt; de quibus multa habes apud Erchempertum, Anonymum Salernitanum, & Annales Bertinianos, atque etiam in Chronico Vulturnensi, & Casinensi. *Franci* ergo novi hospites Italiae, novos incolas, ut moris est dominantium, Regno huic addiderunt, quum huc non solum Praesides, variique Magistratus Urbium confluerent, sed & exerci-

tus non pauci ad Provinciarum custodiam; ac propterea heic ex omnibus Populis Carolo, ejusque sobolis subjectis, *Gallis* nempe, *Noricis*, *Thuringis*, *Saxonibus*, *Alamannis*, *Francis*, aliisque gentibus constitere comitibus Familiae, quarum sanguis in viventibus Italis adhuc circulare putandus est. Quod mirere, regnantibus Langobardis, & Francis, vel ex ipsis longinquis oris in hanc Provinciam delatae sunt nobilissimae foeminae, ut se se Deo sacrent, quarum unam ab oblivione liberandam censeo, quando ejus nomen nobis servavit laudatum nuper Archivum Lucensis Archiepiscopii. Ea est *Adeltruda filia Adelvaldi Regis Anglosaxonum*, quae Monasticam vitam Lucae professa est, uti ex sequenti Charta constabit, quam ex antiquissimo exemplo adservato in eodem Archivio descripsi.

Confirmatio Ecclesiae & Monasterii Sancti Dalmatii Lucensis,
facta à Magniprando Clerico *Adeltrudae filiae Adelvaldi*
Regis Anglosaxonum, Anno 782.

IN Dei nomine. Regnante Domino nostro Carulo Rex Francorum, & Langobardorum, & Domino nostro Pipino idem Rex filio ejus, Anno Regni eorum Nono, & Secundo, mense Augusto, per Indictione quinta. Promitto, & manus meam facio ego Magniprand Clericus filio quondam Magniperti tui Adeltruda Saxa Dei ancilla, filia Adelvaldi, qui fuit Rex Saxonorum, Oltramarini, de Ecclesia Monasterii Sancti Dalmatii, vel casis & omnia res, & hominibus ibidem pertinentibus, ubi te per alia cartula confirmavi, excepto Magnulo, quem liverum dimisi, ut si quacumque homo (excepto de qualivet publico) de ipsa & Clericis, & casis,

& hominibus eidem Ecclesie pertinente, & vel successores tuo, quem tu ibidem ordinaveris, foris expellere potuerit extra omnem meum concludio per jura legem & justitia (excepto, ut dixi, de qualivet publico) ut ego redda vobis Solidos septinientos Lucani, & Pisani, quas mihi dedisti, sic tamen si vos mihi reddetis Monasterio ipso cum omnia case & res & hominis, ubi vos confirmavi una cum ipsa cartula confirmationis, per quem in me ipsi quidem Rachisvido Clericus ipso Monasterio confirmavi, seo & ipso..... exempla de ipso aote & ipsa firmationis cartula, per quem vos in ipso Monasterio confirmavi, simul & ista promissio omnia mihi

mibi reddere diceatis. Et si vos mihi ipso Monasterio, sicut supra legitur, & ipse cartule non reddideritis, ut vobis ego ipsi septinientos Solidos reddere non diceas. Similiter & si quicumque homo vobis in ipso Monasterio & casas, vel rebus & hominibus in qualivet portione introire potuerit (excepto, ut supra dixi da publico) & vos mihi omnia reddideritis, sicut supra dixi, ut ego vobis reddere diceas septinientos Solidos Lucani & Pisani. Nam da parte publica ab omni calomniâ & compositionem absolutos esse diceas, quia taliter inter nos convinet.

Et hanc mea promissio ego Magniprand Clericus scripsi.

Actum Lucâ.

Signum manus Angeli &c.

Ego Magniprandus Clericus post tradita compleri & dedi.

Vides heic, quanta elegantia Saeculo Aerae Christianae Octavo Latinae Linguae foret in Tuscia. Ecce da parte publica, aliaque vestigia vulgaris ejus Idiomatis, quo nunc utimur. Heic autem memoratur praecedens Charta, ad eandem venditionem Monasterii ac Servorum Sancti Dalmatii, sive oppignorationem; tunc enim ejusmodi contractus in usu, & frequentes erant. Legi & hanc alteram Chartam, ubi eadem notae Chronologicae anni ac mensis sese offerebant. Ita vero se habebat. *Manifestus sum ego Magniprando Clericus filio quondam Magniperti, quia per Chartulam confirmavit in me quondam Rachisfredo Clericus filii quondam Friduli Monasterio Ecclesia Sancti Dalmatii, qui à bone memorie Fridulo Genitore jus fundatum est infra hanc Lucana Civitate, ubi cummanere visi fuerunt &c.* Deinde subdit: *Constituere & confirmare videor te Adeltruda Saxa Dei Ancilla filia Adelwaldi, qui fuit Rex Sa-*

xonorum Ultramarino, tam in ipsa Ecclesia Sancti Dalmatii, quamque & in casis, ubi ipsi Rachisfredi Clericus avitavit &c. Eidem verò facultatem concedit regendi, gubernandi ac ordinandi secundum Deum Ecclesiam illam, & Sacerdotem ibidem arvendi, Officium ibidem faciendum, & Pauperes pascendum, secundum qualiter pro ipso

B *dote constitutum est &c.* Quo etiam exemplo discimus, nullum fere Monasterium constitutum olim fuisse, in quo sua Pauperibus portio dotis non assignaretur. At quei in Urbe Luca tunc *Adeltruda filia Adelwaldi Anglo-*

C *saxonum Regis?* Fuit autem Adelwaldus, qui & Athelbaldus, Edilbaldus, & Ethelbaldus, Saeculo Christi Octavo Rex Merciorum, sive Saxonum Orientalium in Britannia, Princeps potentissimus, qui multis vitiis multa etiam pietatis acta conjunxit. Sancti Guthlaci Vitam Felix Monachus Sancti Bedae congregationi adscriptus dicavit *Athelwaldo Regi Orientalium Anglorum.* Hunc eximiae sanctitatis virum viventem Adelwaldus, non-

D dum Rex, consolatorem habuerat, eoque defuncto Monasterium de Croyland ad ejus sepulcrum fundavit, ut auctor est Ingulphus in Historia ejusdem Monasterii, ubi & Privilegium concessum ab ipso exhibet. Legitur adhuc ejus Epistola ad Sanctum Bonifacium Archiepiscopum Moguntinum, quae inter Bonifacianas est

E *LXXVI.* & refertur etiam à Guilielmo Malmesburienſe Lib. I Histor. Illum sane peccantem idem Sanctus Archiepiscopus Anno DCCXLV. ut ad meliorem frugem reduceret, nihil omisit, uti est apud Baronium, celebratâ ad hoc praecipue Synodo in Germania. Johannes Brompton in Chron. Reg. Mercior. varia illius acta refert. Verùm Anno DCCLVI.

sive DCCLVII. in pugna contra Sa-
xones Occidentales, aut, ut alii vo-
lunt, à custodibus sui corporis, A-
delwaldas Rex occisus fuit, atque
ad alios Reges ejus Regnum perve-
nit. Illius interitus filiorum quoque,
aut saltem filiarum fortunam susque
deque vertisse videtur, ut proinde
justae conjecturae sit locus, *Adeltru-*
dam ejus filiam in tanto rerum tu-
multu vertere solum, atque ad alien-
nas terras emigrare coactam fuisse.
Lucensem vero Civitatem sibi eâ for-
tasse de causa elegit, ut ibi dicata
Deo reliquum vitae ageret, quod in
ea Civitate, quae tunc Tulciae ca-
put inter ceteras ejus Provinciae Ur-
bes eminebat, aliquis in honore ef-
set ei consanguinitate conjunctus, aut
è Saxonia oriundus.

Neque heic *Saracenorum*, sive *Ara-*
bum gesta praetereunda sunt; nam &
hic Populus, ex quo Romanum Im-
perium in frustra concisum fuerat, ad
portionem praedae ipse quoque non
segnis convolvit. Saeculo Christi Se-
ptimo ita eorum vires invalere, ut
Africae regiones Romanis olim ob-
temperantes, Graecis tunc ibi impe-
rantibus eripuerint. Tum ineunte Saeculo
Octavo totam fere Hispaniam
lacrymabili excidio sibi subdidere,
quam per complura Saecula jugo ser-
vitutis presserunt, finitimis etiam
Galliis infesti. Neque heic stetit eo-
rum fortuna. Nam circiter Annum
Christi DCCCXXVII. quorundam
proditiōne freti, Siciliam Insulam fe-
licissimam paulatim in suam ditio-
nem redegerunt, tum solum inde pul-
si, quum Robertus Guiscardus, eju-
sque frater Rogerius, celeberrimi ex
Nortmannica gente viri, inclinante
Saeculo Undecimo immundum Popu-
lum inde fugavit. Ad haec Saeculo

A Nono excurrente Asiatici Saraceni
multis Calabriae Civitatibus potiti,
non terrorem tantum sed arma ipsa
usque ad moenia Romanae Urbis tu-
lere. Decimo tandem Saeculo Hispa-
nici Saraceni *Fraxinetum* in Italiae
finibus ingressi, ex eo loco diu con-
termina loca vastarunt, & per longa
terrarum spatia caedes ac incendia
propagarunt. En quo in loco tunc
esset miserae Italiae fortuna. Ceterum
ad Annum usque DCCCLXXXVIII.
Italicum Regnum posteris Caroli Ma-
gni paruit, atque in iis etiam viguit
dignitas Augustalis. At Anno eodem,
sublato è vivis sine prole Carolo Craf-
so Imperatore, inter Italicos Princi-
pes ad Regnum inhiantes oborta est
C funesta concertatio, quae pro more
armis diremta est. Berengarius I. Dux
Forojulii, & Guido Spoletii Dux,
aemuli, variâ fortunâ alter adversus
alterum de Corona contenderunt. Hi-
isce autem temporibus nova e Septem-
trione tempestas in Italiam se effu-
dit: in eam quippe *Hungari*, gens
ipsa feritate ferocior, ac omnium
D Barbarorum immanitatem post se re-
linquens, irruptionem fecerunt. Ef-
feris hisce Populis Scythia, quae nunc
Tartaria, ortum olim dedit, *Ugrique*
& *Hungri* appellati (unde Pannoniae
ab ipsis subactae accessit postea *Hun-*
gariae nomen) iidem a nonnullis fuis-
se censentur atque Hunni sub Attila
Rege famosi. *Avares* quoque, ac *Turci*
E nominati sunt, ut à Porphyrogenne-
ta in Lib. de Administr. Imper. &
à Valesio congesta ad Panegyrim Be-
rengarii Tom. II. Rer. Italicar. pag.
393. * satis evincitur. At Dandulus,
aliique Historici tradunt, *Avares* seu
Hunos antea Pannoniae dominantes,
ab ingruenti *Hungrorum* Populo Scy-
thico profligatos, solumque vertere
fuisse

* *Rerum Italiae Scriptorum Opus, quod heic & alibi citatur, Editionem invenit Meli-
tanensem, quam Societas Palatina appellata curavit ab An. 1723. usque ad Annum 1738.*

fuisse coactos. Non unâ vice sustinuit Italia infandam efferatissimæ hujus gentis crudelitatem: nam huc delati circiter Annum Christi DCCCC. variis subinde annis eam vexavere, atque omnia caedibus ac incendiis misceverunt. Quam trucia patrarit truculentus hic Populus in Italia, Liutprandus Diaconus, Annalista Fulden-

sis, aliique non pauci Historici produnt. Ego rem innuisse contentus, satius duco referre, quid in tanta rerum perturbatione Mutinensis Populus egerit. Adservatur in Tabulario Cathedralis nostræ antiquissimus Codex ante septingentos annos scriptus, ubi leguntur sequentes Versus:

DUM PRIMERET PATRIAM RABIES MISERABILIS ISTAM,
LEUDOINUS SANCTA MOTINENSI PRAESUL IN AULA
HIS TUMULUM PORTIS, ET ERECTIS AGGERE VALLIS
FIRMAVIT POSITIS CIRCUM LATITANTIBUS ARMIS,
NON CONTRA DOMINOS ERECTUS CORDA SERENOS,
SED CIVES PROPRIOS CUIPIENS DEFENDERE TECTOS.

Animadvertite heic Rhythmicæ, & Leoninæ, ut ajunt, Pœseos concentum, quem præferunt hi versus. De iis mihi sermo recurret in Dissertatione Quadragesima de Rhythmica Pœsi. Sunt autem versus ipsi, ni fallor, Inscriptio posita à Mutinensibus ad Portas Civitatis, quas Leodoinus Episcopus ad suorum Civium tutelam vallo ac aggere munierat. Susceptum à Leodoino hoc opus non fuit contra formidatum Hungarorum impetum; nam hic Mutinensium Episcopus (quem Silingardus & Ughellius *Leodoinum* appellant, quum tamen *Leodoinum*, seu *Leodoinum* veteres Chartæ nominent) vivere desiit ante Annum DCCCXCVIII. quo nondum Hungarica rabies Italiam pervaserat. Itaque hæc peracta iis Annis puto, quibus atrocissima bella fervebant inter Berengarium & Guidonem, ejusque filium Lambertum, de Regno Italiae contendentes. Quæ verò sequuntur in eodem Codice, studium certe Mutinensis Populi arguunt, quum eos premeret metus Hungaricæ depopulationis. Ea est deprecatio ad Sanctum Geminianum, Civitatis nostræ Patronum, his Versibus expressa:

*Confessor Christi, pie Dei famule,
O Geminiane, exorando supplica,
Ut hoc flagellum, quod merentur miseri.
Coolorum Regis evadamus gratia.
Nam doctus eras Atiliæ temporibus
Portas pandendo liberare subditas.
Nunc te rogamus, licet servi pessimi,
Ab UNGERORUM nos defendas jaculis.
Patroni summi exorate jugiter
Servis puris implorantes Dominum.*

Itidem leguntur in supra memorato Codice alii Versus, quibus excubiæ Mutinensis Urbis ad vigilandum urgentur, dum timor esset hostiis incursus. Hæc autem ad eandem Hungaricam procellam, ut suspicor, referenda, in præmemorata Dissertatione Quadragesima de Rhythm. Veter. infra accipies. Ceterum quum in impetu efferatissimæ illius gentis celeberrimum Mutinensis agri Nonantulani Monasterium flammis datum fuisset, Leopardus Abbas sacrum mox locum restituit. Cujus rei testes quum Ughellius Tom. II. Ital. Sacr. in Catalogo Episcoporum Placentinorum tantummodo innuat literas Sergii III. Papæ, ego eas ex Nonantulano Archivo depromtas evulgare statui. Si
arche.

archetypa membrana se mihi obtulisset, earum germanam originem ac sinceritatem praestare ego potuiffem. Sed unum dumtaxat apographum su-

A perelt, antiquum sane, sed informe; quippe notis Chronologicis destitutum; ac proinde iudicet quisque de ejus legitimitate, prout sibi videbitur.

Litterae Sergii III. Papae, quibus condolet Leopardo Abbati
Nonantulano de ejus Monasterio ab Hungaris everfo
Circiter Annum Christi 908.

Sergius Episcopus servus servorum Dei Leopardo religioso Nonantulani Monasterii Abbati. Visis humilitatis tuae Literis condolumimus satis de Cenobio Nonantulense tibi commisso, eo quia sub cura tui regiminis commissus tibi Monachorum grex nonnullis afficitur indigentis. Siquidem barbarorum gladio vastante, tuumque Monasterium ab eisdem igne crematum malorum hominum infestatione, te ipsum cum tuis turbatum audimus. Sed misericordiam omnipotentis Dei esto fesus, beatorumque Apostolorum suffragiis adjutus, quia ad hoc prevaluisti, ut post tot flagella, tui laboris certamine, Ecclesiam ipsius tui Monasterii usque ad culmen levavis, quam cum toto tuo Monasterio sub Apostolica nostra tuicione, quemadmodum sub Antecessorum nostrorum tempore fuit, pro amore beati Silvestri Pontificis Romanae Sedis, cui Deo auctore deservimus, decernimus esse. Et ubicumque te adjuvare & protegere debemus, Pontificii nostri dexteram libenter porrigemus, firmantes quaecumque ab evo religiosa & sancta concessa Privilegia tuo fuerunt Monasterio Nonantulano. De cetero si ad consecrandam Ecclesiam tui Monasterii Episcopum questeris hoc tempore, nolumus ut aliquem ad consecrandam ipsam Ecclesiam roges, nisi Johannem Ticinensem Episcopum, aut Widonem Placentinum, vel Aelbungum Parmensem, reverentissimos Episcopos. De his tribus qualem volueris, induc ad consecrandam tuam Ecclesiam.

B Ceterum de illatis Italiae cladibus ab Hungarica feritate erit mihi fusior sermo in eadem Dissertatione Quadragesima de *Rhyth. Veter. Poesi*. Nunc progredi opus est. Post aliquot Augustos, seu Italiae Reges, ad Berengarium II. & Adelbertum ejus filium delatum est Italiae sceptrum. Eorum tamen mores, sive ut **C** rectius loquar, vitiorum phalanx, quibus deturpabantur, adeo Romani Pontificis, simulque Ecclesiasticorum & Saecularium Procerum animos ab eis alienavit, ut advocatum in Italiam Ottonem Magnum Germaniae Regem Anno DCCCCLI. ac deinde Anno DCCCCLXII. illum tandem constituerint non tantum Italiae Regem, sed etiam Romanorum Imperatorem. Ita in Germaniae Principibus tunc aut coeptum, aut renovatum est jus Italici Regni & Imperialis Coronae: quod adhuc in iis perdurat. Quae mutationes in regimine Italiae postea evenerint, Populis Italicis Germanicam dominationem detrectantibus, non est hujus loci indicare. Ad rem praesentem quod **D** attinet, vel ex hac brevi narratione constare jam potest, eo, ut ita dicam, factorum, sive Naturae ordine conformatos esse Populos. ut Meridionales facilius debellari & subigi, aut affligi ab Hyperboreis soleant. Ferociores nempe isti, ac fortiores, & plerumque mortis aspectum intuentes aliis oculis, ac qui meliore **E** Coelo

Coelo ac mente fruuntur, imperterriti belluarum more in tela ac enses hostium ruunt, & dum sibi mortem temnunt, aliis faciliore negotio ingerunt. Meridionalem vero plagam habitantes in effeminatos mores laepe ac saepius labi cernimus, & deliciis fractos averfari duram belli artem & pericula mortis. Ita vastum Graecorum Imperium *Turcae* invalere olim, & nunc premunt, gens, à gelido Septemtrione dimissa. Petrus Diaconus Lib. IV. Cap. XI. Chron. Casinen. ex *Humorum* stirpe *Turcos* censuit. Sic *Scythae*, seu *Tartari*, magnum sibi sub Tamerlane in Asia ac India Imperium quaesivere, quod nunc *Magni Mogolis*, seu *Mogoris* Imperium appellamus. Suo quoque tempore Ammianus Marcellinus Lib. 31. Cap. 2. Histor. *Perses* appellavit *originis Scythae*. *Sinenses* vero, innumerablem & cultissima gens ab eisdem Scythis, seu Tartaris, Saeculo Christi Tertiodecimo oppressa, rursus proxime praeterito Saeculo sub eorum jugum rediit, & adhuc servire cogitur. Quae omnia à me in eum finem dicta velim, ut tandem quisque intelligat, quantum à Populis Borealibus timendum sit, atque cavendum iis, quos ad Meridiem Natura locavit. Profecto jam multa effluxere Saecula, ex quo nulla gentium Septemtrionalium migratio facta est: & porro neque amplius timenda videtur, quum Germanica natio omnium fortissima, praecipue magna agentibus Augustis Romanorum Imperatoribus, non solum Turcarum potentiae, sed & insultibus Borealium omnium obicem firmissimum per tot jam Saecula posuerit, & adhuc sit positura. Attamen quod tandiu defuevit fieri, factum tamen olim est, iterumque accidere posset, nisi in-

A tentis oculis, viribusque semper paratis in quoslibet Barbarorum motus Europa Meridionalis inspiceret.

En ut temporibus nostris potentiam suam auxerit unus celeberrimus Magnus Moscoviae Dux, Petrus Alexiovitzius, bellicosissimus Princeps, qui se Russorum Imperatorem dicere coepit; & nisi ejus consilia immatura mors praeventisset, jam Meridiem avide circumspicebat, & terrestribus copiis, & classibus semper irrequietus minabatur. Sub *Sarmatarum* nomine *Russorum*, sive *Moscovitarum* gentem amplissimam noverunt olim, ac memorarunt Romani, in Asia simul, ac Europa Boreali diffusam. *Russi* deinde, seu *Rhossi*, ac *Rutheni* appellati sunt, ut Photius, Porphyrogenneta, Cedrenus, Johannes Zonaras, aliique Graeci Scriptores testantur, qui etiam memoriae prodiderunt, Anno DCCCLXI. Constantinopolim à *Russis* obsessam fuisse, inani tamen conatu; & paullo post Christianam Religionem, abjurato Idolorum cultu, fuisse ab eis susceptam. Ex iis quoque Auctoribus discimus, regnante Romano Le-capeno Graecorum Imperatore, Anno DCCCXLI. *Russos* eisdem immani classe per Pontum Euxinum ductâ, in magnum discrimen res Graecorum coniecisse, sed tandem victos. Heic autem audiendus Liutprandus noster, qui iisdem temporibus floruit, & suam Historiam scripsit. Narrat ille Lib. V. Cap. VI. Russicam eandem impressionem in Graecos factam, atque his verbis gentem delineat: *Gens quaedam est sub Aquilonis parte constituta, quam à qualitate corporis Graeci vocant Russos, nos vero à positione loci vocamus Nordmannos: Lingua quippe Teutonum Nord Aquilo, Man autem mas, seu vir dicitur: unde & Nord-*

mannos Aquilonares homines dicere possumus. Ita Liutprandus, cujus verba meam increpare negligentiam viderentur, quod nondum ullam *Nortmannorum* mentionem fecerim, nisi eam consulto huc reservassem. Invenendum est igitur, *Nortmannos*, gensem ex Europaco Septentrione profectam, regnante adhuc Carolo Magno, piraticam exercere coepisse, Occanique Germanici & Gallici littora non semel infestasse. Tum sensim frequentibus incurfionibus Britanniam, Frisiam, & praesertim Gallias acrius vexare perrexerunt, clades, in quaecumque loca pergebant, ignem & devastationem portantes. Pervasit usque in Italiam eorum furor Anno DCCCLVII., & Lunae Civitas, cujus nunc vix vestigia cernuntur, ab ipsis dolo capta, ac tandem attrita est, ut auctor est Dudo de Sancto Quintino. Idem Pisas, aliasque Italiae Urbes Anno DCCCLX. vastarunt. Reliqua horrenda ac innumera eorum facinora Historiae veteres Francorum multis describunt. A Rollone autem Duce sub initium Saeculi Decimi, initis cum Carolo Simplice Francorum Rege foederibus pacis, concessa est illi, ejusque Populo Gallica Provincia, quae exinde *Normannia* appellari coepta est, & adhuc appellatur *Normania*. Sed ne iis quidem finibus contenta fuit bellicosissima gens: nam eorum manus Saeculo Undecimo in Apuliam casu delata, ac sensim viris & victoriis aucta, universam *Siciliam*, totamque illam regionem, quam nunc *Regnum Neapolitanum* appellamus, sibi subjecit, & Regnum ibi celeberrimum constituit. Ad haec *Nortmanni* ipsi Gallici sub Guilielmo Notho eorum Duce Anno MLXVI. subacta magna Britannia, alterum ibi Regnum fun-

darunt. Quanta ergo possit Septemtrionalium Populorum vis & feritas, hinc quoque discere possumus. At unde *Nortmanni* eruperint, si quisquam rescire cupiat, Francici Scriptores respondent, ex *Dania*. Et *Danos* quidem eisdem cum *Nortmannis* faciebat Ermoldus Nigellus Lib. IV. de Reb. gest. Ludovici Pii Augusti, sub quo is floruit, ut ejus Poëma testatur a me editum Part. II. Tom. II. *Rer. Italicarum*. Immo is *Francos* etiam ex eadem gente progenitos censet. *Danis* addunt alii *Succos*. Cluverius verò *Norvegiam* iis patriam assignat. *Dacos* tandem alii appellant. Nisi temeritatis quaedam species videri posset hac in re à tot antiquis Scriptoribus dissentire, mea sententia foret, non unam quampiam singularem Nationem *Nortmannos* supra memoratos fuisse, sed quidem congeriem Borealium gentium, quae ex variis Nationibus conflata, & ex Baltico Mari potissimum prodiens, tot calamitatibus Meridionalem Europam implevit, sibi que nova Regna paravit.

Nortmanni (uti didicimus à Liutprando, simulque restantur Ermoldus, Aimoinus, Willelmus Brito, Guilielmus Apuliensis, & alii) nihil aliud significabat, quam *homines Aquilonares*: quae appellatio non certum quempiam Populum, sed omnes Aquilonaris regionis Populos complectitur. Igitur, ut arbitror, è Baltico praesertim in Oceanum piratae Septemtrionales erumpebant, & quo majoris praedae spes erat, illuc vela dabant. Quod vero *Dani*, *Succi*, ac *Norvegi* propiores & notiores Gallis forent, hinc *Nortmanni* omnes ex iis tantum Nationibus conflati credebantur. Dudo de Sancto Quintino, qui jussu Richardi I. *Normanniae Ducis* (erat

(erat hic Rollonis Primi Ducis Ne-
pos) circiter Annum DCCCCXC.
res gestas Nortmannorum literis con-
signavit, *Scanziam, seu Scandinaviam*
Insulam (quam *vaginam Gentium*, &
omnium Barbarorum patriam, sed
perperam, veteres Scriptores fecerunt)
a Danubio ad Scythici usque Ponti con-
finium diffusam, ortum dedisse Nort-
mannis scribit. Est autem ibi (ita ille
subdit) *tractus quamplurimus Alaniae,*
situsque nimium copiosus Daciae, atque
meatus multum profusus Getiae. Illic
ergo is collocat non *Dacos* solum sed
etiam *Getas, qui & Gothi, Sarmatas,*
Amabaxios, Trogloditas, & Alanos.
Praelertim vero ex *Davia*, hoc est
Dania, Nortmannos erupisse refert.
Willelmus etiam Gemmiticensis ead-
em repetit, ac Nortmannos *originem*
ducere à Gothis scribit Lib. I. Cap.
IV. Histor. Normann. quamquam il-
los in *Dacia* tantum, *quae & Dana-*
marcha, statuat. Quibus positis, jam
videas, amplissimam regionem tribui
Nortmannis, Meridionalium postea
Regnorum occupatoribus: ac proinde
verisimile admodum est, *Ruffos* quo-
que, seu *Moscovitas*, ac *Sarmatas*,
ad eandem praedam concurrisse, ut-
pote qui jam tunc ad *Balticum*, si-
ve *Codanum Mare*, & ad *Scythici*
usque Ponti confinium ex Europae par-
te pertingerent, ex Asiae vero usque
ad *Pontum Euxinum*; qualem agro-
rum amplitudinem nostro quoque tem-
pore, paucis mutatis, *Ruffi* possident.
Certe *Ruffos* etiam, ut supra vidi-
mus, *Nordmannos* vocat Liutprandus,

A | Scriptor quidem Italicus, sed perve-
tustus, & in Germania diu atque in
Graecia versatus. Idem Libro quo-
que I. Cap. III. de Constantinopoli
scribit in haec verba *Habet ab Aquil-*
lone Hungaros, Pigenacos, Chazaros,
Ruffios, quos alio nomine nos Nortman-
nos appellamus. At quandoquidem
Normannorum mentionem feci, qui
B | Graecis Apuliam & Calabriam, Si-
ciliam vero Saracenis Saeculo Chri-
sti Undecimo eripuerunt, atque ex
his florentissimum Regnum constitue-
runt, huc inferre statui breve *Chro-*
nicon Anonymi Barenfis, nondum edi-
tum, quod debeo diligentiae Nicolai
Aloysia, viri antiquae Eruditionis
studiosissimi. Illud ipse descripsit è
C | Vaticanae Bibliothecae Codice MSto
Urbinatè, in quo etiam legitur Lu-
pi Protospatae *Chronicon*, à Carac-
ciolo & Peregrinio antea typis tra-
ditum. Auctor illius, ut videtur, Mo-
nachus Monasterii Barenfis Ordinis
Sancti Benedicti. Simile *Chronicon*
evulgavit olim idem Peregrinius, at-
que illud habes pag. 147. Tomi V.
D | *Rerum Italicarum*: & quidem utro-
bique multa occurrunt iisdem fere
verbis enarrata. Attamen non eum-
dem esse utriusque Opusculi Aucto-
rem, facile intelligat quisquis ambo-
rum narrationem conferat: ac proin-
de supervacaneum minime fuerit,
hunc etiam in lucem prodire, reli-
quis addendum, qui de Neapolitani
E | Regni rebus antiquis egerunt. No-
tas quoque adjeci à prae laudato A-
loysia in idem Opusculum scriptas.

A N O N Y M I
BARENSIS MONACHI
C H R O N I C O N

De rebus in Barensi Provincia gestis;

ADDITIS NOTIS

CLARISSIMI VIRI
NICOLAI ALOYSIA.

CHRONICON BARENSE.



Nno DCV. (1) obitus
Sancti Gregorii Papae.
Phocas regnavit Annis
VIII.

Anno DCX I. (2) Domitianus regnavit Annis XV.

- (1) Unius Anni anachronismo peccavit Chronographus noster, quo ceteroquin non caruit Lupus Protospatarius. Ambo enim ad Annum 605. Sancti Gregorii Magni obitum consignant, qui fuit secundus Sabiniani Pontificis in suprema Petri Cathedra successoris: quum Anno 604. Martii XII. Sanctus Gregorius vivendi finem fecerit, ut Pagius pluribus ostendit.
- (2) Certâ, constantique tum veterum tum recentiorum sententiâ Heraclium Annis XXXI. imperasse constat, quamvis non idem fit veterum de eius die emortuali consensus. Clarissimus Pagius Annis XXX. mensibus IV. diebusque VI. imperasse ex Nicephori, aliorumque Chronographorum testimoniis putat. Utrumque sit, sex annorum anachronismus in nostri Anonymi Chronico deprehenditur, qui quindecim tantum Annos ei tribuit. Nos de Heraclio eum heic loquutum fuisse non immerito suspicamur, quem Phocae successisse certum, compertumque est. An & Domitianus adhuc vocaretur, praeter eius auctoritatem, nobis non constat.
- (3) Amanuensis lapsum suspicor, Annum 782. pro Anno 781. scribentis: id ex Francorum Annalistarum, & Reginonis testimoniis liquet. Quare detracta unitate, quae ob numeros Romanis literis incriptos facili negotio ab imperito Scriptuario addi potuit, rema-

Anno DCCLXXXII. (3) Hoc Anno Carolus Rex celebravit sanctum Pascha in Roma, & baptizatus est Pipinus filius ejus ab Adriano Papa.

Anno DCCCCII. Hoc Anno descendit Habraam (4) Rex Saracenorum in Cal-

net Annus 781. quo Carolus Magnus Romae iterum Pascha celebravit, e-
julque filius Pippinus in nocte Sancta baptismate initiatus fuit, sacra peragente Adriano summo Pontifice.

- (4) Habraymus (vel Habraym, Ignatio Praegenti in Vita Sancti Bertharii MStâ in Coenobio Casinensi, & aliis, qui omnes ejus interitum ad Annum 903. consignant) perit prope Cosentiam, sive, ut Auctor ejusdem Vitae Sancti Bertharii scribit, super Civitatem Cosentiam in loco, ubi Ecclesia in Sancti Pancratii Martyris memoriam Deo sacra erat sita. Anonymus noster ad superiorem Annum interitum revocat: at nescio, cui anachronismus adscribam. De loco à nostro Chronographo adnotato fit mentio in alio Chronico Lupi Protospat. ad Cod. Excell. Andriae Ducis castig. in quo fulmine percussus interisse dicitur, ut doctissimus Peregrinius animadvertit in Notis ad Chronicon Lupi Protospat. Habraymum hunc Saracenorum Regem à Petro Diacono in Vita Sancti Placidi Martyris memorari scribit Constantinus Cajetanus in Notis ad Martyr. Sancti Procopii, de Script. Hist. Saracenico-Sicul. Tom. I. part. 2. pag. 272. Rer. Italicarum. Verùm hallucinatus est Vir doctus: enimvero in Vita Sancti Placidi à Petro Diacono interpolata non Habraym sed Abdalla Rex Arabum dicitur, nec ipsum in Sici-

Calabriam, & mortuus est in Cosentia in Ecclesia Sancti Pancratii.

Anno (5) DCCCCXXV. Hoc Anno Orië capti est a gente Saracenorum mense Julio, & obitus Eusebii in Clauso.

Anno (6) DCCCCXXVIII. Hoc Anno comprehendit Itachaël Rex Sclavorum Civitatem Sipontum mense Julio, die Sanctae Felicitatis, secundâ Feriâ, Indictione XV.

Anno (7) DCCCCXXIX. Hoc Anno Tarentum captum est à gente Saracenorum mense Augusti in solemnitate Sanctae Mariae.

Anno DCCCCXXXI. Hoc Anno obiit Ambrosius (8) Mediolanensis Antistes.

Anno DCCCCXLIX. (9) Hoc Anno intraverunt Hungari in Italiam, & ve-

Siciliam adventasse, sed ejus Ducem Manucham, sub quo Martyrium Sanctus Placidus consummavit Anno Aerae Vulg. 541. tradit Petrus. Quare loco Sancti Placidi substituendum reor Sanctum Bertharium Abbatem. Vide quae de Petri Diaconi anachronismo notavit doctissimus Mabillonius pag. 68. Aët. Sanctor. Ordin. Sancti Benedicti.

(5) Ad superiorem Annum revocavit Lupus Saracenorum incursionem, quâ Oriam Hydruntinae Provinciae Urbem ceperunt; atque ad eundem Annum Eusebii obitum in Clusio consignavit. An recte, alii viderint.

(6) Peregrinius in Notis ad Lup. Prot. Chron. ex Cod. Andr. diem adjecit, quem & Noster exhibet. At uterque in Anno statuendo aberrat. Clarissimus Scholiastes, dum Chronographi Chronotaxim sequitur, ad Annum 926. Siponti expugnationem illigat. Et sane cum Anno 926. Indictione XIV. recte concurrat: & fellum Sanctae Felicitatis, quod VI. Idus Julii celebratur, eo Anno in feriam secundam incidit, Literâ Dominicali A. recurrente, ut & in hoc nostro Chronographo legimus. Quare castigandus est hic locus, & Indictione XIV. signatâ, Annum restituemus 926. Qui Lupo Michaël, nostro Itachaël est, Michaël quoque dicitur ab altero Anonymo Barense, qui eundem Annum cum Indictione XIV. rite contulit.

nerunt usque ad Idrontum, & fuit interitus. Et Placiposi (10) obsedit Cuperfanum.

Anno DCCCCLXXIX. Heic inchoatum est Monasterium Barense Sancti Benedicti à Domino Hieronymo venerabili Abbate.

Anno DCCCCLXXXI. Hoc Anno fecerunt bellum Sipontini & Asculenses Vado Somito.

Anno (11) DCCCCXCVI. Hoc Anno obsessa est Materies, tribus mensibus currentibus, ab iniqua gente Saracenorum: & in quarto mense, idest Decembri per vim inde eam comprehenderunt, in qua quaedam femina filium suum comedit.

Anno MIII. Hoc Anno obsessa est Civitas (12) Bari à Saphi Apostata, atque

(7) Non Anno 929. sed 927. Tarenti excidium contigit, ut Marinum Frecciam castigando, ex Lupo notavit Clarissimus Peregrinius loco citato.

(8) Fortassis Amanuensis lapsu Ambrosius pro Hacho irrepsit. Hachus enim exeunte Anno 931. decessit, Hilduinumque successorem habuit. Sed cur locus heic sit Archiepiscopo Mediolanensi, nemo facile divinet.

(9) Recte ad Annum 949. Hungarorum in Italiam irruptionem consignavit Chronographus noster, à quo eos Hydruntum utque pervenisse ediscimus. Eorum sane in Italiam ingressus meminit Flodoardus in Chronico à Clarissimo Pagio ad hunc Annum laudatus. Quare haud recte Anno 947. eos in Italiam irrupisse Lupus scripsit.

(10) Lupus habet *Platopidi*.

(11) Freccia, à Peregrinio in Notis ad Lupum laudatus, ad hunc Annum Materae obsidionem illigat, quam ad Annum 994. revocavit Lupus. Tribus porro mensibus perdurasse testatur: quatuor vero ejus Auctuarius scribit. Lupi Protospatae Epocha amplexanda videtur, Romualdo Salernitano ad stipulante in Chronico ad hunc Annum, Tom. VII. Rer. Italicarum pag. 165.

(12) Lupus ad Annum 1002. Barense Urbis obsidionem refert, quam porro quinque mensibus, & decem & septem diebus perdurasse scribit. Noster ve-

atque Caiti, & perseveravit ipsa obsidio à mense Majo usque ad X. Kalendas Octobris. Et liberata est per Petrum Ducem Venetiarum bonae memoriae.

Anno MXI. Hoc Anno rebellavit Longobardia (13) cum Male ad ipsum curcua mense Majo, IX. die intrante. Et fecerunt bellum in Betece, ubi multi Bareses ceciderunt. Et Ismaël fecit bellum in Monte Pelusio cum ipsis Graecis, & cecidit illic Pasiano.

Anno MII. Hoc Anno obsessa est Bari a Catepino Basilio cognomento Sardonti, undecimo die astante mense Aprilis, & completis diebus sexaginta unum, fecit pacem cum ipsis. Et ipse intravit Castellum Bari, ubi sedes est nunc Graecorum Magnatum.

Anno MXXI. Heic fecit proelium (14) Basilius Vulcano cum Francis, & vicit illos in Civitate Canni.

Anno MXXVII. Hoc Anno descendit (15) Isposchitoniti in Italiam cum exercitu

rd ad Annum insequentem protrahit, tempusque obsidionis contrahit, ad diem XXII. mensis Septembris nempe, quo tempore per Petrum Ducem Venetiarum, & Gregorium Imperialem Catapanum fugatis Saracenis soluta obsidio fuit. Dandulus, qui Gregorium cum Petro in proelio adfuisse nos edocet, ad hunc Annum videtur eam consignare. Pagius ad Annum 1002. Lupi sententiae adhaeret num. XIII. Caytus idem ac Princeps Nonnoso apud Photium, Dux Pagio est.

- (13) Ad Annum 1010. ea Apuliae pars, quae Langobardis olim paruit, Langobardia à nostro Anonymo, & Lupo Protospata dicta, tumultu concitato à Caesare defecit, Meli Ducis operâ, qui corrupto vocabulo ab imperito Amanuense Male dicitur. Noster porro ad insequentem Annum eam protrahit. Nulla apparet ratio, cur alterutri Epochae subscribamus, vel harum alteram statuamus. Corruptum verò locum ita ex Codice Andriensi Lupi restitimus: Anno MXI. Hoc Anno rebellavit Longobardia cum Melo: at ipse

A magno, idest Russorum, Guandalorum; Turcorum, Burgavorum, Vlachorum, Macedonum, aliorumque, ut caperet Siciliam: & Regium restaurata est a Vulcano Catepino. Sed peccatis praepedientibus mortuus in secundo Anno (16) Basilius Imperator: qui omnes frustra reversi sunt.

B Anno MXXXV. Heic in Epiphania Domini obiit Bisantius Episcopus, qui fuit piissimus pater orfanorum, & fundator Sanctae Ecclesiae Barenfis, & sanctae Urbis custos ac defensor, atque terribilis, & sine metu contra omnes Graecos. Et electus est in ipso Episcopatu ab omni Populo Romualdus Protospatarius. Et in mense Aprilis vocavit eum ad se Imperator in exilium; & quinto Idus, intrante Augusto, electus est Nicelaus.

C Anno MXL. Heic nono die intrante Januarii, obiit (17) Nichiforus, qui & Dulchiano Catepanus, in Civitate Ascollo. Et quinto die, intrante mense Maji, occisus

accurrens mense Majo (dies in Codic. Andr. non occurrit) nono die intrante. Et fecerunt bellum in Botunto, ubi multi Bareses ceciderunt. Ex hoc loco intelligimus, ne tempore quidem, quo haec scribebat Chronographus noster, Graecos ex Apulia ejectos fuisse.

- (14) Ad Ann. 1019. Lupus proelium hoc revocavit.

(15) Lege Despotus Nicus &c. Vandalorum: Bulgarorum: Lupus habet Buachorum; rectius crederem in nostro Vlachorum, sive Valacchorum.

(16) Historici lapsus, Constantinum scribere debentis, qui hoc Anno 1027. extremum clausit diem, Romano Argyro in successorem electo, ut ex Cedreno diserte constat.

(17) An Dulchianum à Nicephoro distinxerit, an unum eundemque crediderit, depravata Chronici lectio dubitare nos facit. Si conjecturis uti licet, ita locum hunc restitui posse autumamus. Heic nono die intrante Januarii obiit Nicephorus (undecimo habet Codex Andr. Lupi, in quo Annus 1039. emorualis ejus statuitur) qui & Dulchia-

occisus est Michaël Catt, qui vocatur *Kirosfacti* (18) sub Castello Mutulae ab ipsis conterratis. Et septimo die astante venerunt omnes in Civitate Bari cum Argyrio filio Meli. Tunc ipse Argyro fauciarvit Musundo, qui erat primus inter eos, & ligatis manibus, misit eum in carcere cum Jobanne Stonense. Et omnes conterrati dispersi sunt.

Anno MXLI. Hic venit à Sicilia in Lombardia Michaël Protospatarius, & Catepanus, qui & Dulciano junior. Mense Novembri intravit in Bari, qui & iussit in patibulo furcae appendi quatuor homines supra murum Botontinum. Mense Martio, decimoseptimo intrante, factum est proelium Normannorum & Graecorum juxta fluvium (19) Dulibentis. Et ceciderunt ibi multi Russi & (20) Obsequiani. Ipse vero Dulciano cum reliquo exercitu, qui remanserat ex ipso proelio, fugam petierunt in Montem Pelosum. Deinde collectis mense Maji (21) in unum omnibus Graecis abud Montem Majorem juxta fluenta Asfidi, initiatum est proelium quarto die intrante, ubi perierunt plurimi Natulicki, & Obsequiani, Russi, (22) Trachici, Calabrici, Longobardi, Capitantes (23). Et Angelus Presbyter Episcopus Trojanus, atque Stephanus Acherontinus Episcopus, ibi interfecti sunt. Nam nempe, ut dictum est ab omnibus, qui haec noverunt, aut plures quam (24) duo millia

Normandi fuerunt, Graeci vero decem & octo millia, exceptis servitoribus. Hinc rediens Michaël confusus cum paucis relictis senioribus pro pavore Normannorum servientium, scripsit ad Siciliam, & venerunt ipsi Museri, (25) Macedones, & Paulikani, & Catalabrenses, & collectis insimul cum reliquis in catuna Montis Pilosi. Tunc ascendit Catepanus filius Budiano in Apuliam. Michaël rediit ad Siciliam, jubente Imperatore, unde venerat.

Anno MXLII. Hoc Anno, tertia die intrante mense Septembri, Graecorum exercitus descenderunt ex Monte Piloso: & Normanni ex Castello Siricobo inter duos montes inierunt conflictum maximum, in quo omnes miseri Macedones ceciderunt, & pauci de reliquo remanserunt exercitu. Ibi quippe Ebugiano vivus captus & portatus est per totam Apuliam usque Beneventi patriam. Nam, ut ajunt veraciter, qui in ipso bello inventi sunt, Normanni septingenti, & Graeci decem millia fuerunt. Postmodum peracto bello tertio jam dicto inierunt pactum cum ipsis Franchis Materiensis, & Bavaenses, dum non esset, qui ex ipsorum manibus eos eriperet. Deinde mense Februarii Normanni & Cives Barisani elegerunt Argyro, qui & Meli, Principem & Seniore sibi. Mense Aprilis descendit Manichi in Tarentum, qui & Magister, & coadunavit omnem exer-

chianus Catepanus (lapsum Historici ex Codice Andriensi calligandum observat Peregrinus in Notis ad Lupum) In Civitate Asculo: & quinta die intrante &c. Quare vel in eo mendosus non est, ut hoc Anno Dulchiani adventum statuat.

- (18) Lege *Chirifactora* pro *Kiros facti*.
 (19) Lege *Beneventi* pro *Dulibentis*: forte Sabbatum, quod adjacentes Melphiae, unde Protospatarius ad expugnandos Normannos discesserat, & Beneventi campos irrigat.
 (20) Pro *Obsequiani* legit Peregrinus *Ossariani*. Sed mihi praeferenda videtur le-

Exer-
 Etio Codicis nostri. Vide Du-Cangium in Glossario ad vocem *Obsequium*.

- (21) *Mensis Martii die IV*. habet Codex Andriensis à Caracciolo in Notis laudatus.
 (22) Desunt in Andriensi *Trachic*, idest *Traces*. Pro *Calabrici* idem Codex habet *Apuli*.
 (23) *Capitantes*: fortasse *Capitananfes* ex Capitanata provincia.
 (24) *quatuor millia* in Codice Andr.
 (25) *Paulo & Macedonio* in Codice Andriensi. Qui Calabrorum subsidiariorum Duces fuisse videntur, a quibus Paulikiani & Macedones milites fortasse dicti.

exercitum Graecorum, & fecit (26) Suda in loco, qui dicitur Tara. Tunc scripsit Argyri in Aversam ad ipsos Normandos, & in Melfiam, & omnes venientes, quos septem millia in Mutulam... Tunc ipse iniquus Manichi una cum cuncto agmine hostium pavore nimio exterriti, nocte fugientes reclusi sunt in Tarentum. At ipsi Normanni quum starent ante Portam terraneam, quaerentes pugnam, & minime esset qui eis percurreret, depraedaverunt totam Terram Oriae, & sic reversi sunt ad sua. (27) Mense quidem Julio miseri Juvenatienses, peccato foedere cum ipsis Graecis manentibus in Trane, ipse Princeps Argyro circumdedit eandem miseram Juvenatiam cum Normannis & Barenfibus; & ea stebilis tertiâ die suae obsessionis per vim capta est, & expoliata omni suppellectili. Et Graeci nec non interfecti in eadem sunt. Populum vero ipse Princeps virorum ac mulierum prece liberavit ex Normannorum manibus. Postea vero dum Tranenses non acquiescerent Baresanis malum ingerere, ultimâ hebdomadâ mensis Junii ipse Princeps cum Normannis & Barenfibus obsederunt eam triginta sex diebus. Quam proeliis, vel aliis cala-

Tom. I.

(26) Suda, idest fossam, seu potius Vallum, vel ludes, quibus vallum ipsum & castra muniuntur. Vide Du-Cangium in Glossar. Med. & infim. Latinitat. Tom. 3. pag. 1000.

(27) Haec à Lupo breviter hoc Anno gesta narrantur, fusius à nostro Anonymo descripta, qui & obsidionem Tranensem graphice exponit triginta sex dierum spatio contestam, ut videtur, ab Argyro, quem à Barenfibus Ducem creatum antea adnotarat Mense uno obsidionem perdurasse testatur Lupus; at praeferenda Codicis nostri lectio; nam Anonymus noster per ea tempora Chronicon hoc consarcinasse videtur ex hoc loco, quum ait: *Nam talem Turrem ex strue lignorum ibidem componere fecit, qualis humanis oculis nusquam visa est modernis temporibus.*

A mitatibus angustiavit tandem fortiter. Nam talem Turrem ex strue lignorum ibidem componere fecit, qualis humanis oculis nusquam visa est modernis temporibus. Sed ipse Argyro susceptis Imperialibus literis foederatis, & Patriciatu an Catepanus, vel Vestiti (28) honoribus, jussit argumenta incendi. Et reversi Bari ad laudem de Sancto Imperatori Constantino Monomacho, cum suis concivibus haecenus facti talia Nunc ad (29) Maniachi impietatem reducam articulum. Igitur remotis, ut dixeram, Normannis ab ejus finibus, conglobato in unum exercitu mense Junio, Maniachi sub nocte una ad Materiam Civitatem profectus est: ubi quantos per segetes, & undecumque homines cepit, ante coram Materialiorum oculis plusquam ducentum occidi fecit impius. Similiter secundâ profectio in Monopolim iniquus facere non timuit.

Anno MXLII. Hoc Anno mense Septembri descendit Tubachi Protospatrius, & Pardus Patricius, & Nicolaus Archiepiscopus Idruntum cum Chrysubulo, & Simpatia. Tunc ipse iniquus Maniachi pacificâ fraude eis obviam exiens, statim occidi jussit Pardum (30) gladio, & Tu-

Et antea Normannicum bellum ex eorum relatione se didicisse fatetur, qui veraciter in eo inventi sunt. Contra verò Lupus, qui Chronicon suum ad Annum 1102. protraxit, longe ab his temporibus res gestas scribebat: nihilque de iis habet, quae post Trani obsidionem Argyrus egit, ab altero Anonymo Barenfi recitata.

(28) Vide Du-Cangium in Glossar. Med. & Infim. Latinit. Tom. 2. ad vocem *Vesti*.

(29) Quae de Maniachi feritate habentur haec descripta, in Lupo desiderantur. Ea non praetermisit Anonymus alter, qui primum in Materenses eum laevissime scribit, deinde in Monopolitanos. Materia Urbs est Lucaniae, haec Apuliae.

30) Perperam à Pardo Tubachin occisus dicitur ab Anonymo Barenfi Tomo V. pag.


☉ *Tubachi retrudi in custodia, quem mense Octobris occidi similiter fecit.*

Hicce additum nunc volo fragmentum longe pretiosius Italicae Historiae, non illud quidem luce carens, sed majori luce dignissimum. Clarissimus Vir Johannes Burchardus Menckenius Lipsiae Anno 1728. in Tomo I. Scriptor. Rer. Germanic. Chronicon breve primus evulgavit, cujus Auctor *Andreas Presbyter*, Italus, ubi ab adventu Langobardorum usque ad Annum Christi DCCCLXXVII. brevi compendio Italicae res descri-

V. pag. 151. Rerum Italicarum, sed à Maniacho cum interentum Hydruntii, recte à nostro Chronographo refertur. Haec tamen ad Annum 1043. consignari debebant, Amanuensis cer-

A buntur. Pauca is sane memoriae prodidit; in tanta tamen caritate Italicae Historiae veteris, ac praecipue Saeculi à Christo nato Noni, egregium plane visum est mihi, simulque ceteris videatur, ejusmodi fragmentum, utpote ab Auctore profectum, qui eodem Saeculo Nono floruit, uti is non uno in loco prodidit. Itaque Opusculum idem, paucis haecenus in Italia notum, inferendum huc censui, ut nostrates facilem ad suas manus habeant Scriptorem, cui pares alios optare quidem, sed minime sperare possumus.

te oscitantia ad antecedentem Annum revocata. De Nicolao fortè Barenfi Archiepiscopo ne verbum quidem tum in Lupi, tum in alterius Anonymi Chronicis.



A N D R E A E
P R E S B Y T E R I,
I T A L I S C R I P T O R I S
S A E C U L I N O N I,
C H R O N I C O N B R E V E

H A C T E N U S I N E D I T U M


Ab Anno DLXVIII.

*Seu ab adventu Langobardorum in Italiam usque ad
mortem Ludovici II Imperatoris,*

Hoc est ad Annum DCCCLXXIV. & paullo ultra:

E MUSEO, ET CUM NOTIS
HERMANNI PHILOMUSI.

ANDREAE PRESBYTERI CHRONICON.



*N*arsis Patricius Romanorum bella sustinuit, & eos semper defendit. Invidia Romani contra cum pertulerunt ad Justinianum (a) Imperatorem & accusaverunt; quare & ipse Augustus & Sophia ejus uxor mandarunt ei, quia Eunuchus erat, ut ad se veniret, & lanam in gynaeceo per pensionem divideret. Narsis verò Patricius sic ei mandavit, non tantum se lanam divisurum, sed etiam talem telam orditurum esse, qualem ipsa, dum viveret, deponere non posset. Legatos itaque Narsis ad Langobardos misit, & pomorum genera, vel reliqua dignitatis transmittens, ut animos eorum amabiles faceret, quatenus ii in Italiam venirent, & plene eam absque pugna perciperent. Langobardi mox ut audiunt, gavisusunt gaudio. Pannoniam verò amicis suis Avarorum genti (b) commendaverunt; quam possessam

(a) Justiniano tribuitur, quod Justino tribuendum foret.

(b) Paullus Diaconus in Libro I. de Gest. Langobardorum, Hunnis commendatam Pannoniam scribit. At Paullus Hunni & Avari aut Avars, unus idemque Populus est. Equidem Avars primum Hunnos, postea à Regis proprio nomine Avars appellatos fuisse, ibidem scribit.

(c) Scilicet regendum, primumque Ducem constituit, concessitque nobilissimos de

A habebant per annos quadraginta duos. Ipsi cum uxoribus & natis & omnibus, quae habebant, exierunt de Pannonia mense Aprile, Indictione Prima, altero die post Pascha Domini, qui fuit Calendis Aprilis, quum jam à Domini Incarnatione Anni quingenti Sexaginta Octo essent evoluti. Igitur Langobardi introierunt Italiam per Foro-Julianorum terminum. Alboin nepoti suo Gisolfo Forum-Julii concessit (c) cum reliquis nobilibus Langobardis. His diebus Langobardi Italiam invaserunt; Vincentiam, Veronamque, & reliquas Venetiarum Civitates ceperunt, & per tres annos Ticinum possederunt. Interim Alboin invasit omnia usque ad Tusciam praeter Romam & Ravennam; Ticinenses vero per tres annos se continentes per obsides, quos dederunt, jam videntes sua fortia circa se subjugata, Langobardis se tradiderunt. Pauca vero ex multis dicam. Rex Alboin postquam in Italia tres Annos & sex menses regnavit, insidiis suae Conjugis (d) interemptus est. Langobardi ex commu-

E gente, qui cum ipso illic habitarent, notante Paulo Diacono de Gestis Langobard. Libro. II.

(d) Rosimundae Cunimundi Regis Gepidarum, in proelio ab Alboino victi & occisi filiae, ut videre est in Paulli laudatae Historiae Libro Primo. Qui etiam causam illatae à conjugis mortis recenset fuisse; ut in Agnelli Pontificali Ravennatenfium Libro in Vita Petri Senioris.

communi consilio Clebonem (e) nobilissimum in Urbe Ticinensium sibi Regem constituerunt. Regnavit is Anno uno, mensibus sex. A puero, qui ipsi erat obsequio, gladio jugulatus est. Post ejus mortem Langobardi per Annos decem Regem non habuerunt, sed sub potestate Ducum fuerunt. Post autem Annos decem elegerunt Autari Clefonis filium. Autari verò duxit uxorem Teudelindam nomine, filiam Garibaldi Bajoarorum Regis, sanctam & nobilissimam. Ipsa aedificavit Ecclesiam Sancti Johannis sitam in Moditia. Rex Autari apud Ticinum veneno, ut trahunt, accepto moritur, postquam sex regnaverat Annos. Langobardi ex communi consilio, suae Reginae Teudelindae licentiam tribuerunt, qualem ipsa sibi sociare voluisset conjugio, talem se constituturos Regem. Quid multa? accepit Agilulf Ducem Taurinensium, & regnavit Annos viginti quinque, & mortuus est. Et regnavit pro eo filius ejus Adalovald, Annos decem. De Regno ejectus est. In ejus Regnum successit Arioald, & regnavit annos duodecim, & mortuus est. Regnavit pro eo Rothari, qui Edictum Langobardorum composuit. Reliqua ejus & digna & fortia bella, quae gessit, nonne scripta sunt in Chronica Langobardorum (f), sicut & ea quae supra? Regnavit Rothari annos sexdecim, & mortuus est. Rodoald filio suo Regnum reliquit. Rodoald vero quum uxorem cujusdam stuprasset, ab eodem interfectus est, postquam quinque regnasset annis, septemque diebus. Huic successit in Regno Aripert. Regnavit annis novem, & mortuus est. Reliquit Regnum duobus filiis suis Pertarit, & Gudipert.

(e) Idem nomen est Claeffo aut Claefo, e-
jusque nominis laudatus Paullus scribit
Regem fuisse Langobardorum, quum
adhuc in Rugelanda commoraretur.

(f) Paulli Diaconi Libros de Gestis Lan-
gobardorum inavit, eorumque passim
nomine Chronicae, seu Historiae Lan-

A Verum inter istos fratres mali homines
discordiam fecerunt, in tantum ut alter
alterius Regnum invaderet. Grimoald Bene-
ventanorum Dux, ex mandato veniens,
Gudipert gladio interemit, expleto An-
no post mortem patris, & sex mensibus.
Pertarit fugam arripuit. Grimoald Re-
gnum accepit. Multas quidem ejus Hi-
storiolas continet Chronica, sed pauca in
B hac abbreviatione conscribam. Hic in E-
dicto Langobardorum novem composuit Ca-
pitula. Regnavit annos novem, & mor-
tuus est. Reliquit Garibald filio suo Re-
gnum. Pertarit vero, qui ut jam dixi-
mus, fugâ lapsus erat, egressus de Gal-
lia navem ascendit, ad Britanniam In-
sulam ad Regnum Saxonum transmeatu-
rus. Dum in pelago navigasset, divinus
C Nuntius de ripa clamans ei dixit: Re-
vertere, Pertarit, in terram tuam,
quia tertia dies est hodie, quod Gri-
moald defunctus est. Quid plura? re-
versus est, & gratanter à Langobardis
susceptus, & ad Regni gubernacula con-
stitutus est mense tertio post mortem Gri-
moaldi. Regnavit Pertarit annos decem
& septem, & mortuus est.

D Cuniperto filio suo Regnum reliquit.
Multas quidem ejus historiolas scriptas
invenimus. Contra Alabis Tyrannum fa-
tigatione sustentus est, sed Cunipert trium-
phum victoriae reportavit cum exultatio-
ne. Regnavit post mortem patris annos
duodecim. In campo Coronatae, ubi bel-
lum contra Alabis gessit, in honorem
Beati Georgii (g) Martyris Monasterium
E construxit. Reliquit Regnum Luitpert
filio suo. Surrexit contra eum Aripert,
& vivum comprehendit, & non post
multos dies in balneo vitâ privavit. Re-
gnavit

gobardorum meminit. Vide quae in-
ferius annotavi sub litera (h).

(g) Recte noster Codex cum MSto Paul-
li de Gestis Langobard. Ambrosiano
pervetusto, tametsi plerique Codices
Paulli habeant Gregorii.

gnavit Aripert annos duodecim. In flumine Ticino ab aquis necatus est. Ansprand ejus Regnum arripuit, & regnavit menses tres. Reliquit Regnum Liutprand filio suo. Fuit autem Liutprand multae sapientiae, clemens, pudicus, orator pervigil, elemosynis largus. Legem quoque Langobardorum ampliavit, & in Edicti corpore conscribi iussit. Regnavit annis triginta & uno, septemque mensibus, & mortuus est. Haec autem superscripta summatio, cui incredibilis apparet; is relegat totam Historiam Langobardorum: omnia ibi veraciter inveniet, in quantum haec scripta sunt; & plura multa illic inveniet de nobilitate illorum, vel victoriis, & de bellis, quae gesserunt. Hanc autem abbreviationem superscriptam, in quantum potui, excerpti ego Andreas, licet indignus Presbyter (h) de Historia Langobardorum, & eorum, quae haec subter continentur, historia minime ad nostram pervenit notitiam; sed in quantum per seriem literarum, seu per antiquos homines potui veraciter scire, scribere delectatus sum. Defuncto itaque Liutprand, Ratchis electus à Langobardis Rex est. Regnavit annos quinque, & posuit in

(h) Quae hucusque Andreas noster de rebus Langobardorum protulit, excerptit è Paulli Diaconi Libris de Gestis Langobardorum, servatis plerumque ipsius Paulli verbis, aut leviter saltem immutatis, uti patebit cuilibet utrumque conferenti. Quae verò subsequuntur, aut ex schedulis, aut relatione aliorum collegit, quod nulla earum rerum vulgata esset Historia. Libet haec apponere Agnelli in Vita Sancti Exuperantii locum huic ut ovum ovo similem: Nunc praedictam Pontificalem à tempore beati Apollinaris post ejus decessum paere Annos DCCC. & amplius ego Agnellus, qui & Andreas exiguus Sanctae meae hujus Ravennatis Ecclesiae Presbyter rogatus & coactus à fratribus ipsius Sedis composui, & ubi inveni quid illi certius fecerant, vestris

A Edicto Capitula octo. Hic Aistolf germano suo Regnum reliquit. Eorum facta retinere non possumus, sed quantum audivimus, audaces uterque fuerunt, & eorum tempore Langobardi à nulla gente perterriti fuerunt. Regnavit annis octo, & posuit in Edicto Capitula tredecim, & mortuus est. Desiderio Regnum reliquit, qui quum regnasset annos tres, suum filium Adelchis nomine ex consensu Langobardorum sub se Regem constituit. Sub quorum tempore in aliquantumpax fuit. Quamdã etiam filiam ejus, (Desideratam nonnulli appellant) Carolus Pippini filius Francorum Rex conjugio sibi sociavit. Aliam vero Luipergam nomine sociavit sibi Taxilo Bajuvarorum Rex, & pacem firmissimam ex utraque parte firmaverunt, sed minime conservaverunt. Causa autem discordiae ista fuit. Habebat Carolus germanum majorem se Karlemannum. Is ut erat furibundus & pessimus, contra Carolum iratus surrexit, & eum jurare fecit, ut ipsam ultra non haberet conjugem. Quid multa? Remisit eam Ticinum, unde dudum eam duxerat. Mater vero eorum hanc separationem audiens

D His temporibus (i) Ecclesiam Romanam

Leo

E aspectibus allata sunt, & quod per seniores & longaevos audivi, vestris oculis non defraudavi. Et ubi Historiam non inveni, aut qualiter eorum vita fuisset, nec per annos & vetustos homines, neque per aedificationem, neque per quamlibet auctoritatem, ne intervallum sanctorum Pontificum fieret, secundum ordinem, quomodo usus post alium hanc Sedem obtinuerunt, vestris orationibus me Deo adjuvante illorum Vitam composui &c.

(i) Omnia haec miscet Auctor. Trium hominum res in unum congerit. Stephanus Papa quum ad Pippinum Regem Francorum Caroli Magni patrem in Franciam pro justitia Sancti Petri à Langobardis expetenda venisset, per suos Clericos perfectiorem Cantilenae scientiam invexit, indeque usus ejus longe

Leo Papa vegebat, & oppressiones à Langobardis multas patiebatur. Itaque ex Sede propria exiens in Franciam repedit cum multis sapientissimis literarum, maxime Cantoribus. Francorum gens haec audiens, magno gavisi sunt gaudio. Carolus ipse cum suis obviam ei pedibus venerunt; eumque optimum considerare locum fecit Civitatem, quae dicitur Metis. Qui ibidem per annos tres residentes tantae quidem dignitatis Cantores ibi fecerunt, ut per totam Franciam, Italiamque, multae Civitates ad ornamentum Ecclesiae usque hodie consonant. Papa vero probata gente Francorum, qui erant astuti & nobiles, consilium eis dedit, ut super Langobardos venirent, & Italiam possiderent. Ipse vero ad suam Sedem Romanae Ecclesiae remeavit.

Carolus equidem non venientibus suis, oblitus est tantae benignitatis, quam ei Desiderius Rex tribuit. Congregato multo Francorum exercitu, ex jussu Apostolici sacramenta irrita facta sunt, & in Italiam contra Langobardos veniens, quum divino judicio terror in Langobardos irruisset, absque gravi pugna Italiam invasisit, Anno Desiderii octavo decimo, & Adelchis quintodecimo, Indictione XII. quum jam ducenti quinque Anni essent evoluti, postquam Langobardi Italiam ingressi sunt Desiderius verò eodem tempore mortuus est (k) Adelchis ejus filius navim praeparans ultra mare egressus est (l). Tantaque tribulatio fuit in Ita-

longe lateque invaluit. Is aliquamdiu in Francia haesit. Adrianus Papa Carolum Magnum ad Regnum Italiae invitavit; idque Carolus quum affectasset, Adriano vivente, adeptus est. Leo vero Papa quum à Romanis suis caperetur, excoecaretur, dura quaevis pateretur, evasisit, & ad Carolum confugit, eiusque ope & auxilio in pristinam dignitatem rediit. At fateri oportet, ita haec apud veteres Auctores turbata esse, ut non nisi maximo labore non dicam verum, sed verosimile elicias.

Alia, ut alii gladio interemti, alii fame percussi, alii a bestis occisi, vix pauci remanerent in Vicis vel in Civitatibus Forojulani: tunc temporis Dux Rotcausus (m) praeerat, & in Vincentia Gaidus; qui audita Francorum devastatione & eorum adventu, quod in Forumjuli properarent, congregatis, quos poterant, obviam eis ad pontem, qui dicitur Lipientia (n), exierunt, & ibidem magnam stragem de Francis fecerunt. Carolus vero haec audiens, mandavit eis se eos in fidelitatis fidem suscepturum & honoraturum, si tradere se velent. Rotcausus & Gaidus Duces cum Nobilibus Forojulani consilium interunt, ut viriliter se gererent. Erat quidam ex ipsis, cui jam munera Caroli excoecaverant cor, qui tale dedit consilium. Quid faciemus? quomodo eis resistere possumus? caput non habemus. Rex confortationis nostrae jam devictus est. Eamus in eorum fidelitatem. Bene nobis erit. Quid dicam? ut optabant, fecerunt. Attamen eorum Carolus servavit honorem. Igitur subjugata & ordinata Italia ad Romam perrexit. Ibidem Palatium construxit: deinde Terram pacificatam, & sacramentis daretis, Pippino suo filio regendam Italiam concessit. Ipse vero Carolus post aliquantum tempus in Franciam reversus est, obsides quoque ducens secum, quiqui in Italia majores natu & nobiliores erant. Sed post non multum tempus ab eodem Caro-

(k) Desiderium Regem à Carolo Magno captum, & in Franciam ductum, omnes Auctores perhibent.

(l) Constantinopolim profugisse, omnes testantur.

(m) Alii Rotgaudas.

(n) Pons Lipientiae fluminis, quod à Forojulii quadraginta octo millibus distat, & est in itinere Ticinum pergentibus, notante Paulo Diacono in Lib. V. de Rebus Gest. Langobardorum.

Carolo meruerunt, & honorati sunt ab ipso, & ad suam reversi sunt patriam. Pippinus vero vivente patre defunctus est. Reliquit filium Bernardum nomine, cui Carolus Italiam concessit, quae quum esset penuria & fame occupata, subito ut Bernardus Regnum accepit, dignitatem, ubertatemque recepit; & sic fuit, dum ipse regnavit. Carolus quum quadraginta sex annos in Francia, & postquam Italiam ingressus est, quadraginta & unum annos regnasset, defunctus est in pace, senexque aetate & plenus dierum, atque ut per eum nomen Francorum longe, lateque percurrebat, sic est usque ad hodiernum diem. Reliquit sedem suam in Francia Hludovico filio suo. Iste incoepit vocari Imperator ex Francorum genere. Conjux vero ejusdem Hludovici Hermengarda nomine, inimicitiam contra Bernardum Langobardorum Regem gerens, mandavit ei quasi pacis gratia ad se veniret. Ille ab ipsis nobilibus Legatis sacramenta fidei suscepit, & in Franciam ivit. Hermengarda mox, ut potuit, sicut audivimus, nesciente Imperatore, oculos Bernardi evulsit: isque ipso dolore defunctus est, postquam quinque regnaverat annos, duos sub Carolo, tres sub Hludovico. Erat quidem Hludovicus Imperator multae sapientiae, consilio prudens, misericors, & pacis amator erat; quippe sub eo tranquillitas magna ex omni parte. Diligebat Lectores, Cantores, & cunctos servientes Deo, ministrantes Ecclesiae. Habuit filios tres, idest Lotharium, & Hludovicum de Hermengarda, & Carolum de Juditha, quam post mortem Hermengardae in conjugium suscepit. Equidem praedictus Imperator Hludovicus suum filium Lotharium sub se in sedem Imperialem constituit, vivente se patre. Habuit Lotharius filium Hludovicum nomine, cui Avus suus Hludovicus Ita-

Tom. I.

(o) Lotharius.

A Italiam concessit: Hludovico filio suo Baioariam: Carolo Aquitaniam.

Honor autem major, idest Imperialis; crescebat cotidie Lothario, cui inimici homines consilium dederunt, quatenus Juditham novercam suam genitori suo tollerent, & in Italiam abducerent, sicut fecerunt in Civitate Dertonensi, & in custodiam miserunt. Quis potest dicere furorem, quo pater ejus vehementer iratus agitatus fuit? Sed omnia fortia Lotharius in suas partes habebat. Igitur non post multos dies, dum se recognovisset Lotharius, quod malum egisset consilium, novercam suam remisit genitori suo, & ira inflammatus contra illos, qui tam pravam consilium dederunt, alios occidit, alios in exilium misit. Tunc temporis Ecclesiam Mediolanensem Angelbertus Archiepiscopus regabat. Volebat Imperator (o) dicere, quod ille in ipso consilio fuisset, & misit ad eum Nobiles, qui eum in gratiam immitterent. Sed dum ante Imperatorem ducerent, ille tantum caput inclinavit, & verba saluatoria dixit: ad pedes noluit venire propter reverentiam & honorem Ecclesiarum. Tunc Imperator dixit: Sic geris te, quasi Sanctus Ambrosius sis. Archiepiscopus respondit: nec ego Sanctus Ambrosius, nec tu Dominus Deus. Imperator vero subjunxit: ite ad genitorem meum, cujus odium me fecistis habere. Reducite me ad pristinam gratiam. Ille autem haec audiens perrexit in Franciam; Hludovicus Imperator honorifice eum suscepit. Dum à mensa uterque reficiendi caussa exurgerent: Imperator dixit: bone Archiepiscope, quid debet facere homo de inimico suo? Ille respondit: Dominus dixit in Evangelio: (*) diligite inimicos vestros, & benefacite iis, qui vos oderunt. Imperator dixit: & si haec non fecero?

E

Archie-

(*) Matthaei Cap. 5. vers. 44.

Archiepiscopus respondit, si non feceris, non habebis vitam aeternam, si in ipso odio mortuus fueris. Imperator vero iratus dixit: si me vindicabo de adversario meo, non habebis vitam aeternam; & statim subjunxit: vide, Angelberte, quomodo haec verba defendas; & constituta est defensio in mane. Mane autem facta collegit Imperator Sabientes, pro ut subito poterat, confictum habituros de his verbis contra Archiepiscopum. Archiepiscopus in eorum praesentia dixit: scitis, quod fumus omnes fratres in Christo? Illi autem respondentes dixerunt: scimus, quia unum Patrem vocamus in caelis. Ille autem dixit: ergo si scitis, quod fratres simus, sive liber & servus, sive pater & filius, Apostolus Johannes dixit; (*) qui odit fratrem suum, homicida est, & omnis homicida non habet vitam aeternam in se manentem. Si ergo odiosus, homicida reputabitur, quomodo vitam aeternam possessurus erit? Illi autem convicti ad haec verba consenserunt. Imperator vero manum in terram ponens, veniam petiit, & gratiam filio suo reddidit. Imperavit ipse tam solus, quam simul cum filio annos viginti unum. Indictione tertia (p) sic fuit Sol obscuratus in hoc Mundo, & Stellae in coelo apparuerunt III. Nonas Majas, hora nona in Letania Domini, quasi media hora. Facta est tribulatio magna; quumque hoc Populus intenderet, multi existimabant, quod amplius hoc Saeculum non staret. Sed dum has angustias contemplantur, refulsit Sol, & quasi tremidus umbraculam fugere coepit. Ipsa nocte sequente

- (*) Epistolâ I. Johannis, Cap. 3. vers. 15.
 (p) Id etiam referunt Annalista Bertinianus, & Andreas Presbyter in Pontificali Ravennatensis Ecclesiae, in Vita Georgii.
 (q) Lucae Cap. 21. vers. 31. & Actuum Apostolor. Cap. 2. vers. 20.

A prope Maratinum tempus, facta est lux quasi in die. His signis in coelo apparentibus, Doctores in suis monitionibus dixerunt: estote, fratres, parati, quia adimpletum est, quod Dominus in Evangelio dixit: (*) quum haec signa videritis, scitote quia prope est dies Domini magnus & manifestus. Sequenti autem mense Junio Hludovicus Imperator defunctus est, suosque dies finivit in pace.

Post ejus mortem discordia inter ipsos tres germanos orta est. (q) Surrexit Hludovicus & Carolus ex una parte, Lotharius ex altera. Quumque nulla pars cederet, jungentes se, ubi nuncupatur Funtanense, (r) acies hinc & inde ex utraque parte constructae, & facta est strages magna, maxime nobilium Aquitanorum. Tantique ibi viri fortes per contentiones & improvidentiam debellati sunt, quanti potuissent per bonam concordiam & salubre consilium multa millia sternere Paganorum. Unde sic dissipata est nobilitas Aquitanorum, ut etiam Normanni eorum possideant Terras, nec est qui eorum fortibus resistat. Imperavit Lotharius post mortem patris sui tam solus, quam simul cum Hludovico filio suo annos quindecim, & mortuus est. Reliquit tres filios, idest jam dictum Hludovicum, qui sub eo imperavit in Italia annos sex, Lotharium in Francia, Carolum in Provincia. Sed Carolus non post multos dies defunctus est. Lotharius ex sede propria exiens, in Italiam veniens pacis gratiam videndum germanum suum, ubi cum ipso locutus est in finibus Beneventanis in pago Venusiano, dum iret & reverteretur,

E

- (q) Hoc bellum satis fuse describit Agnellus, sive Andreas Presbyter in Pontificali. Raven. Ecclesiae, in Vita Georgii.
 (r) Dicitur Agnellus vocat hunc locum Fontanensem, Annalista vero Bertinianus Fontanidum: alii aliter.

multas devastans pauperum domos, blasphemiam multam incurrit. Revertens autem in itinere aegrotare coepit: subito in Civitate Placentina defunctus est, & ibi corpus ejus conditum; ejusque hominibus multis simili moao contigit. Pauca quidem sane, quum per gesta filiorum Regum curro, componam, & animus meus ad reliqua facta percurrit. Multam fatigationem Langobardi & oppressionem à Sclavorum gente sustinuerunt, usque dum Imperator Forojulanorum Eberhardum Principem constituit, quo defuncto Unroch filius ejus principatum suscepit. De Burgundia vero surrexit quidam dictus Hupert nomine, qui aliquanto tempore Domino Imperatori Hludovico se fidelissimum esse dicebat; postmodum Burgundionibus adjunctus correbelle disponebat, oblitus tantorum beneficiorum, quae ei Imperator tribuit, & sacramenta, quae dederat, irrita fecit. Dominus Hludovicus haec audiens, Cunrath cum reliquis fidelibus suis direxit, & eum dem Hupert in campo comprehendit & occidit: & multi quoque ejus partis intererunt sunt. Igitur antequam haec rebellatio facta fuisset, tanta quidem nix in Italia cecidit, ut per centum dies in planis locis maneret, & fuit gelu gravissimum; multa semina mortua fuerunt. vites paene omnes in planis locis exsiccatae sunt, & vinum intra vascula glaciavit, ut etiam per foramen spinarum nihil exiret, donec rumpebatur ipsa glacies cum fuste ab ante ipsa spina. Hoc fuit tempus Domini Hludovici Imperatoris, Anno decimo, Indictione octava. His itaque sub brevitate rei transcurtis, adventum primi ordinis, sicut cepimus, exsequamur. At vero Dominus Hludovicus Augustus multam quidem oppressionem à Saracenorum gente in finibus

A Beneventanis sustinuit, & eis semper restitit. (f) Amelmasser eorum Principem cum multis Saracenis ibi consistentibus occidit. Reliqui in Castro, quod dicitur Bari, se fortiter munierunt, ubi Dominus Imperator per quinque annos Terras cum Francis, & Langobardis, & ceteris nationibus suis fidelibus possedit, simul etiam cum sua conjuge, Angelberga nomine, & multis similiter. Circa haec tempora Bulgarorum gens, divina aspiratione accensa est, quatenus Christiani fierent, & Christum Dominum colerent, quia tantus amor caritatis in eorum Regem pervenit, ut per se ipse ad Ecclesiam Beati Petri Romam veniret. Et ibi dona obtulit, & à Domino Papa Nicolao Catholica Fide munitus, Divinitatis scientià instructus, baptizatus, & Fide sancta confirmatus, recepit Doctores ab eodem Domino Apostolico, & in suam reversus est patriam.

Igitur dum Dominus Hludovicus cum suis Bari custodiret, Nuntii venerunt de finibus Calabriae, dicentes: Domine Imperator, vestri esse volumus, & per vestram defensionem salvi fore confidimus. Gens Saracenorum venit, Terram nostram dissipavit, Civitates desolavit, Ecclesias suffudit. Tantum à vobis petimus, ut des nobis caput confortationis, quod nos adjuvet & confortet. Sacramenta vobis damus. Tributa solvimus. Tunc Dominus Imperator misericordià motus, non gaudens cupiditate eorum promissionum, sed de illorum dolens malitia, elegit strenuos & nobilissimos viros Ottonem de finibus Bergomensibus, Oschis, & Gariard Episcopos; & confortavit eos Dominus Imperator, & dixit: Ite in pace, fideles Christi. Angelus bo-

E 2

nus

& sequentibus. Verùm nil ferme eorum, quae nosse heic.

(f) De bello à Ludovico Imperatore cum Saracenis gesto fute agit Anonymus Salernitanus in Chronicis sui Cap. 87.

nus comitetur vos, ut & ego videam vos, & labores, quos vobis immo-
 no, merear. Tunc simul cum ipsis Mis-
 sis pervexerunt, & unde egerunt firmi-
 tatis sacramenta receperunt, & aduna-
 runt secum magis ac magis fideles Po-
 pulos. Quumque venerunt in quamdam
 Vallem, ubi ipsi Saraceni erant fidentes
 absque ullo timore, annonam metentes
 simul cum captivis, quos habebant, tunc
 Christiani irruentes super illos & Sa-
 racenos, quantos ibi invenerunt, occi-
 derunt, & captivos liberaverunt. Ut
 haec audivit eorum Princeps, Cincimo
 nomine, de Civitate Amantea obviam
 eis exiit praeparatus viriliter. Quod
 quum Francis compertum esset, jun-
 gentes se hi ex una parte, & illi ex
 altera, facta est strages magna Sarace-
 norum, qui fugam petierunt. Christiani
 vero post eos sequuti interficientes usque
 ad portam Civitatis. Otto vero & prae-
 dicti Episcopi, & eorum sequutores, trium-
 phatores reversi sunt ad Dominum Im-
 peratorem. Imperator vero magnum gau-
 dius est gaudium, & honorem dignita-
 tis eis tribuit. Cincimo vero de suis de
 patria sua adjutorium colligens multitu-
 dinem Saracenorum, qui iter facientes
 ad Bari, cum ipso ierunt per multa
 dispendia adjutorium Soldani. Erat eis
 nuntiatum, quod Christiani celebrarent
 magnum diem festum, sicut erat, hoc est
 Nativitas Domini nostri Jesu Christi,
 dicentes: Deum suum colunt illa die;
 neque pugnaturi, neque arma leva-
 turi sunt. Eamus super illos. Com-
 prehendamus eos omnes in simplici-
 tate sua. Hoc consilium Domino Im-
 peratori nuntiatum est. Tunc moniti,
 ut gallicinio matutino, & summo di-
 luculo Episcopi & Sacerdotes Missarum
 solennia celebrarent, & Populus Com-
 munionem, vel Benedictionem accipe-
 ret: sicuti & fecerunt. Et exierunt

A quaerentes Saracenos, & illis quaerenti-
 bus, Franci juncti sunt in loco.... Et
 factus est sonitus magnus clangore bucci-
 nae, hinnitu equorum, strepitu Populo-
 rum. Quumque prope se conjungerent,
 fideles Christi oraverunt, dicentes: Do-
 mine Jesu Christe, tu dixisti: (*) qui
 manducat Carnem meam, & bibit
 Sanguinem meum, in me manet, &
 ego in eo. Ergo si tu nobiscum, quis
 contra nos? Statim commissum est proe-
 lium. Quumque forti intentione pugna-
 rent, aura coelestis confortavit Christia-
 nos. Pagani vero terga vertentes fugere
 coeperunt. Christiani autem post eos cae-
 dentes non cessabant, donec multitudinem
 Paganorum interficerent. Soldanus haec
 audiens, metu magno tristari coepit. Se-
 quenti mense Februario, quinto expleto
 Anno, quod Bari possessam habebant,
 Dominus Imperator comprehendit Solda-
 num, & reliquos Saracenos ibi consisten-
 tes interemit Anno Vigesimo primo, In-
 dictione Quarta. Saraceni vero in sua
 terra haec audientes, elegerunt fortissimos
 viros, sicut audivimus, viginti millia
 hominum, dicentes: grandis ignominia
 de occisis nostris consonat. Eamus
 D illuc. Quumque navigium praepararent,
 ascenderunt & navigaverunt, & exie-
 runt in fines Beneventanos. Tunc dixe-
 runt per suae audaciae elationem: Quid
 nos fiduciae habere debemus in navi-
 bus nostris? dissipemus eas, quia Fran-
 ci adversum nos nihil possunt: & si
 praevaluerint adversum nos, sine ul-
 lo metu in Regnum nostrum pergere
 possunt. Dicitis factis Francos quaerere
 E coeperunt. Nuntiatum est id Domino Im-
 peratori, qui statim misit Principes suos
 Unroch, Agefrid, & Boso, cum electa
 manu Francorum & Langobardorum, vel
 ceterarum nationum; jungentes se in lo-
 co ad Sanctum Martinum ad Stradam,
 scilicet prope Capuam ad Vulturum.

Acie

(*) Johannis Cap. 6. vers. 57.

Acie hinc & inde constituta, utraque parte forti intentione pugnante, Dei ad iuvante misericordiâ, Saraceni devicti & debellati sunt, multitudine innumerabiles; quia quos gladius non interemit, in furio Vulturno necati sunt. Sic Dei iudicio complacuit. Qui venerant exaltati, facti sunt humiliati.

Hac victoriâ patrâtâ Dominus Imperator in Beneventi Palatio sedebat. Tunc Adelchis Principatum Beneventanorum regebat, cui Imperator se & omnia credebat, quique dilectione caritatis se diligebant. Antiquus hostis, qui semper contra dilectionem inimicitiam quaerit, exsurrexit per malos homines inter se occulte dicentes: quid gravati sumus sub potestate Francorum? (t) Taliter Beneventani per fraudem uno consilio egerunt, ut redderent malum pro bono; quatenus ubicumque fidelissimos Imperatori invenissent, ibi custodirent, & ad Imperatorem non dimitterent redire. Erant enim Franci separati per Castella, vel Civitates, fidentes absque ullo terrore, credentes fidei Beneventanorum. Fuit autem iste contrarius discessionis dies XXV. die Augusti usque ad XV. Calendas Octobris, Indictione Undecima. Sed Deus, qui Dominum Imperatorem ad regni gubernacula Imperialis ordinaverat, cum ipso erat, sicut legitur: (*) Cor Regis in manu Dei est. Et taliter fideles suos ad se venire fecit. Caelestis timor autem super Beneventanos irruit, vixque integrum illis fuit, ut pacifice potuissent eos dimittere, qui laetabundi ad Dominum Imperatorem reversi sunt. Eodem Anno evoluto multa signa monstrata sunt. Vinum postquam vindemiatum, & intra vascula missum, statim turbulentum fuit. In ipsa Pascha Domini per arbores vel

A folia & reliqua loca parebat, quasi terra pluvisset. Sequentem autem IV. Nonas Maji pruina cecidit: multae vites in planis locis seu in vallibus palmites cum visis siccatae sunt. Similiter & silvae tenerimae cum suis foliis aridae factae sunt. Sequentem autem mensem Augusto multae locustae advenerunt de Vicentinis partibus in finibus Brescianis, deinde in Cremonensibus finibus: inde porrexerunt in Laudenses partes, sive etiam in Mediolanenses. Erant enim unâ pergentes, sicut Salomon dixit: (*) Locustae regem non habent, sed per turmas atcendunt. Devastaverunt enim multam grana minuta milii vel panici. Complectus Annus Centesimus, ex quo Francorum gens Italiam ingressa est, Anno Domini Hludovici Imperatoris Vigesimo tertio, & mense quarto, Indictione VI. finita, ingrediente VII. Indictione, hoc est Anno Incarnationis Domini nostri Jesu Christi Octingentesimo Septuagesimo Tertio transacto, Imperator vero venit de finibus Beneventanis post multam victoriam super Saracenos factam. Igitur post annum, hoc est Indictione VIII. stella Cometis in Coelo comparuit similitudine radians longae caudae per totum mensem Junium mane & vespere. Deinde in mense Julio Saraceni venerunt, & Civitatem (u) cum multo igne cremaverunt. Sequenti autem mense Augusto Hludovicus (x) Imperator defunctus est pridie Idus Augusti in finibus Brescianis. Antonius vero Brescianus Episcopus tulit corpus ejus, & posuit eum in sepulcro in Ecclesia Sanctae Mariae, ubi Corpus Sancti Filastrii requiescit. Anspertus Mediolanensis Archiepiscopus mandavit ei per Archidiaconum suum, ut reddat corpus illud. Ille autem noluit.

(t) Fusius hanc rem narrant laudatus Anonymus Salernitanus in Chronico suo, & Annalista Bertinianus.

(*) Proverbior. Cap. 21. vers. 1.

(*) Proverb. Cap. 30. vers. 27.

(u) Civitatem nempe Beneventanam

(x) Pagius Ludovici mortem Anno Varg. 875. consignat. Muratorius.

luit. Tunc mandavit Garibaldo Bergomensi Episcopo, & Benedicto Cremonensi Episcopo, ut cum suis Sacerdotibus & cuncto Clero irent, sicut ipse Archiepiscopus faciebat. Episcopi vero ita se erunt, & illuc perrexerunt, trahentes eundem à terra; & mirifice condientes die quinto post transitum in pberetrum posuerunt cum omni honore, & hymnos Deo psallentes, in Mediolanum perduxerunt. Veritatem in Christo loquor. Ibi fui, & partem aliquam portavi, & cum portantibus ambulavi à flumine, quod dicitur Oleo usque ad flumen Addua. Adductus igitur in Civitatem cum magno honore & lacrymabili fetu in Ecclesia beati Ambrosii Confessoris sepelirentur die septimanae ejus. Imperavit Annos triginta duo.

Post ejus obitum magna tribulatio in Italia advenit. Colligentes se majores natu in Civitate Ticino simul cum Angelberga sua Regina mense Septembri, Indictione IX. primum egerunt consilium, quatenus ad duos mandarent Regnum (y), idest Carolo in Francia, & Hludovico in Bajoavia, sicut & fecerunt. Tunc Carolus venit nesciens quicquam de Hludovico. Hludovicus nesciebat, quod Carolus venisset, & misit filium suum, Carolum nomine, quem propter distantiam homines coeperunt Carolerum nominare. Carolus Rex venit Papiam. Caroletus in fines Mediolanenses: qui quum de patruo suo comperisset, quod esset in Papiam, coeperunt homines, qui se Caroleto adjunxerunt, multa mala facere: hoc est

(y) Quia semper Italianes (judicium est Luitprandi Ticinensis in Historiarum Libro primo) geminis uti Dominis volunt, quatenus alicrum alterius terrore coëreant.

(z) Hic desit Auctor noster, fortè morte praeventus, quum ulterius Chronicon suum continuare jam coepisset. In Codice authentico nihil profectò (verba sunt Amici mei) eralum est

A Beringerius cum reliqua multitudine statim venerunt in fines Bergomenses, residentes in Monasterio Fara per hebdomadam unam, domus devastantes, adulteria vel incendia facientes. Tunc multi Bergomenses relinquentes domos suas plenas vino & annona, tantum cum uxoribus & parentibus in Civitatem vel in montes perrexerunt. Carolus Rex haec audiens, statim prae ipsis malefactoribus cum multitudine Populorum perrexit in Bajoariam. Tunc Carlomannus germanus ejus obviam veniens Carolo Regi ad fluvium, qui dicitur Brenta, & pacificis verbis se invicem salutarunt, & pactum usque in mensem Majum firmaverunt. Carlomannus ivit in Bajoariam. Carolus Rex perrexit Romam, & Ecclesiae beati Petri dona obtulit, ab Apostolico Johanne unctus. Et honore Imperii coronatus in Papiam reversus est mense Januario, superscripta Indictione IX. Quumque idem Carolus Imperator de Roma reversus in Papiam sederet, audivit, quod Carlomannus Hludovici filius contra eum veniret: quumque exercitum suum adunare vellet, & cum eo bellum gerere, quidam de suis, in quorum fidelitate maxime confidebat, ab eo defecti, cum Carlomanno se conjungebant. Quod ille videns, fugam inivit, & in Galliam repedavit, statimque in ipso itinere mortuus est. Carlomannus vero Regnum Italiae disponens post non multum tempus ad patrem in Bajoariam reversus est. Inter haec (z).....

vel abscissum, mutilatumve. Mirum videbitur, ab ipso Auctore aut plura non fuisse scripta, aut alio Libro relata: enim vero quum haec acta sint ipsius Auctoris aetate, temptationis filium, aut alia negotia, aut quidd eorum, quae literis mandanda fuisse, eventus esset dubius, aut casus aliquis abrupte videtur.

D E R E G N O

I T A L I A E

E J U S Q U E F I N I B U S

DISSERTATIO SECUNDA.▲

DISSERTATIO SECUNDA.



Rimi, qui Regnum Italiae fundavere super Imperii Romani ruinas, fuerunt Heruli sub Odoacre, & postea Gothi sub Theoderico, quibus datum est sub finem Saeculi Aerae Christianae Quinti, nobilem hanc Provinciam cum ipsa Urbe Roma occupare, immo & ultra Italiam dominationem suam protendere. Verum Langobardis in hoc Regno condendo, sive stabiliendo, fortuna se magis secundam obtulit: nam ultra duo Saecula fortiter heic regnarunt, & propagatâ heic longe lateque sobole sua, ejusmodi Leges statuerunt, quibus, vel post sublatos eorum Reges, Italia uti perrexit, eorumque nomen, vel adhuc Cisalpina Gallia sub *Langobardiae* appellatione retinet. De origine hujus gentis aliqua attuli in Antiquitatibus Etsensibus Cap. X., & inter Germaniae Populos recensui: quod ne ipse quidem Paullus Diaconus negat, scribens de Gestis Langobard. Lib. I. Cap. 2. *Langobardorum gens, quae postea in Italia regnavit, è Germanorum Populis originem ducens.* Quo autem Anno Pannoniam sibi subjecerint, & quoto deinde tempore regionem illam tenuerint, unde postea Italiam petierunt, non fati liquet. Auctor est idem Paullus, Langobardos ibi *quadraginta annos* moram traxisse; tum Anno *DLXVIII.* in Italiam irrupisse. Sigebertus vero

Tom. I.

A scribit, eos sub Audoino Rege in Pannoniam ductos Anno *DXXVII.*, & post duos & quadraginta annos Italicum Regnum sibi usurpasse sub Alboino. Longius ab istis ire videas Procopium Lib. III. Cap. 33. de Bello Gothico, dum scribit, Gepides Sirmio, ac Daciae dominantes, dum prospere Gothis bellum in Italia cederet, Romanis regionibus vim, ac vastationem intulisse. Permovit ejusmodi tempestas Justinianum, ut *Noricum, & Pannoniae munitiones, aliaque loca, ac pecuniam insuper maximam Langobardis donaret. Quamobrem illi patriis sedibus relictis, in adversa Istri fluminis ripa confederunt, haud procul à Gepidibus.* Si fides Procopio, acta haec fuere, fervente in Italia Gothico bello, cui initium fecit Justinianus Anno *DXXXV.* Immo, secundum ejus verba, longe serius in Pannoniam inveci videntur Langobardi. Certe Procopius sui temporis gesta literis consignabat, & vix in hisce deceptum suspicari licet. At quoniam in multa nocte jacent Langobardorum, Gothorum, aliarumque id genus Nationum origines, ac primordia, neque Scriptoribus, vel vetustis satis fidere possumus, qui famam potius quam certa rerum documenta hac in re sequebantur: progrediamur tandem ad inquirendum, quousque se protenderet in Italia Langobardicum Regnum. Quo in stadio et si me praecoccupaverit singularis eruditio ac diligentia Clarissimi olim, atque amicissimi Viri Gasparis Be-

F

retti

retti Monachi Benedictini in Dissert. Chorograph. Medii Aevi, edita Tomo X. Collectionis meae Rer. Italicarum, attamen quando haec ante illum proelo paraveram, liceat & mihi in praesentia publici juris facere pauca haec ad argumentum, quod in vasi, apprime necessaria.

Illud constat, & amplitudine & viribus summe spectatum fuisse Langobardorum in Italia Regnum; Ticinumque centrum, ac Regiam illius exstitisse, & universam fere Italiam in ipso comprehensam. Boream versus pertingebat usque ad fines extremos Tridenti, quae Civitas ab uno ex Langobardis Ducibus regebatur, & progressu temporis unam ex Italicis Marchiis constituit. Civitates ergo *Bergomi, Brixiae, Veronae, Vicentiae, Patavii, Tarvisium, Aquileja*, quamvis excisas, atque aliae cum toto *Foro Julii* Langobardorum ditionem à Germanicis regionibus dirimebant. Ad Occidentem juga Alpium finem statuebant inter Regnum Italicum & Gallicum, sive Francorum, nisi quod ad Burgundiae Regnum aliquando spectavit *Augusta Praetoria*, quae tamen Caroli Magni aevio, uti è postremis ejus tabulis constat, Italiae Regi parebat. Ad Meridiem vero complectebatur id Regnum universam regionem, quae est à Varo fluvio, seu à Nicea Civitate, nunc *Nizza*, per maris litus continuata, usque ad fines Romani Ducatus, ac propterea *Litus Italicum*, ac *Tusciae Ducatum*. Quod est ad Orientem, non eadem stabilitas fuit finibus Langobardicae ditionis, Orientis Imperatoribus perpetuum paene bellum gerentibus contra suarum Provinciarum usurpatores, atque iis fortunae vicibus, quae variae aleam Martis commitari solent. De Sirmio capite Pan-

noniae inferioris haec habet Eanodius in Panegyrico Theoderici: *Sirmiensium Civitas olim limes Italiae fuit.* Illam Theodericus idem Gepidis ereptam Regno Italiae adjunxit. Verum non eò usque Langobardorum ditio propagata est. Per Ducatum Forojuliensem Langobardicum Regnum ante Carolum Magnum ad Pannoniae fines protendebatur, atque ex alia parte Histriam contingebat, provinciam nempe ad Graecos spectantem. Ad statuenda illic inter utramque ditionem confinia, nonnisi post multa bella perventum est, ac temporibus duntaxat nuper laudati Regis Liutprandi. Tunc enim Paullucius Venetorum Dux, & Marcellus Magister Militum, versus *Civitatem Novam* stabiliverunt fines, ad quos pertingeret Langobardicum imperium, nempe fluvium *Plavem*, quem nonnulli perperam putant Anasium. Id colligitur ex Diplomate Paetorum, quae Anno DCCCCLXXXIII. inita sunt ab Ottone II. Augusto cum Tribuno Duce Venetiarum. Illud ego publici juris feci Anno 1712. in Appendice Plenioris Expositionis Jurium Caesareorum ac Estensium in Civitatem Comacini, pag. 360. *De finibus* (ita ibi Otto II. Imperator) *Civitatis Novae statuimus, ut terminatio, quae à tempore Liutprandi Regis facta est inter Paulucionem Ducem, & Marcellum Magistrum Militum, deinceps manere debeat, idest de Plavi majori, usque in Plavim siccam.* Repetuntur eadem verba in reliquis Diplomatis Paetorum inter Reges Italiae, aut Imperatores ex una parte, & Duces Venetorum ex altera. Idque nos jamdiu monuerat Andreas Dandulus, & ipse postea Venetorum Dux Anno MCCCXLIII. in Chronico suo, quod à me editum habes Tomo XII. Re-

rum Italicarum. Sunt ejus verba Lib. VII. Cap. 1. *Hic Paulucius Dux amicitiam cum Liuprando Rege contraxit, & pacta inter Venetos & Langobardos fecit, pro quae sibi & Populo suo immunitates plurimas acquisivit, & fines Hrahae (ex cujus ruinis excitata est deinde Civitas Nova) cum Marcello Magistro Militum terminavit, videlicet à Plave majore ad Plavifellam.* Fieri tamen potest, ut haec finium constitutio regionem tantum respiceret ad mare positam, quum aliunde ostendi possit, *Opitergium, nunc Oderzo, & Civitatem Fori Julii, aliaque Oppida ultra Plavim Largo- bardorum imperio paruisse. Du-Cangius in Appendice ad Glossar. Latini- num Plavim interpretatur Plavitium,*

A ac in eam rem laudat ex Danduli Chronico verba Diplomatis nuper memorati. Minime animadvertit accuratissimus alioqui vir, *Plavium* Forojulien- sis regionis flumen esse. *Plavis* autem *sicca*, sive *Plavifella*, alveo antiquo derelicto, ejusdem fluvii nomen fuit. Ipsi- us fluminis *Plavis*, quod & adhuc *la Piave* nuncupatur, mentio est in multis veterum monum- entis, sed potissimum in Diplomate, cujus exemplum in Archivo suo ad- servat Antonius Rambaldus Comes de Collalto, ex antiquissima Nobilitate, & splendido munere in Aula Caesarea, mihi cum veneratione com- memorandus. Illud ego acceptum re- fero Abbati Henrico de Collalto, e- gregio Eruditionis antiquae cultori.

Curtis Luvadinæ donatio facta Rambaldo Comiti Tarvisino
à Berengario & Adelberto Italiae Regibus,
Anno 960.

IN nomine Domini Dei aeterni. Be- rengarius & Adelbertus, divina fa- vente clementia, Reges. Si justis peti- tionibus nostrorum fidelium aures nostrae pietatis inclinamus, ad statum Regni nostri pertinere nequaquam ambigimus. Idcirco omnium fidelium Sancte Dei Ec- clesiae, nostrorumque presentium scilicet & futurorum universitas noverit, qualiter interventu ac petitione Lanconis nostri dilecti fideli, per hujus nostri precepti paginam, sicut juste & legaliter possumus, concedimus & donamus Raimbaldo nostro dilecto fideli Cortem unam, que nuncupatur Luvadina, ja- centem in Comitatu Tarvisino non lon- ge à flumine, quod nuncupatur Plave. Predictam autem Cortem Luvadina jam nominato Raimbaldo nostro dilecto fideli, & jure nostri Regni pertinentem conce- dimus & donamus, & de nostro jure

C & dominio in ejus jus & dominium modis omnibus transfundimus ac delegamus una cum terris, capellis, vineis, pratis, pascuis, silvis, saltibus, sationibus, ripis, rupinis, molendinis, piscationibus, montibus, vallibus, planiciebus, aquis, aquarumque decursibus, forestis, servis & ancillis utriusque sexus, aldionibus & aldianis, & cum pensionibus, atque cum omnibus, que dici vel nominari possunt ad predi- ctam Cortem Luvadina justo & legaliter pertinentibus vel aspicientibus in inte- grum, ut habeat, teneat, firmiterque possideat ipse, sui- que heredes, habeantque potestatem tenendi, donandi, vendendi, alienandi, commutandi, pro anima ju- dicandi, vel quicquid eorum decreverit animus sciendi, omnium hominum con- tradictione remota. Si quis igitur hujus nostri precepti paginam pro aliquo inge-

nio infringere, vel violare tentaverit, sciat se compositurum auri optimi libras centum, medietatem Camere nostre, & medietatem prelibato Raimbaldo nostro dilecto fidei, suisque heredibus. Quod

A ut verius credatur, diligentiusque ab omnibus observetur, manibus nostris roborantes, anuli nostri impressione super insigniri jussimus.

Signa Serenissimorum
& ADELBERTI

BERENGARII
ADELBERTI

BERENGARII,
Regum.

Hubertus Cancellarius ad vicem Widonis Episcopi & Archicancellarii recognovi & scripsi.

Datum VIII. Kalendas Novembris, Anno Incarnationis Domini DCCCCLVIII. Regni vero Domnorum Berengarii atque Adelberti piissimorum Regum VIII. Indictione III.

Actum Papia in Dei nomine feliciter. Amen.

Juvat nunc meminisse & alterius divisionis finium, olim firmatae inter Carolum Magnum Langobardorum Regem & Augustum. & Venetiarum Duces in Fori Julii partibus. Ejus mentio occurrit in Diplomate, quod à Federico I. Romanorum Imperatore Leonardus Episcopus Torcellensis impetravit, ubi haec habentur: cum Fossato, quo statutus est terminus tempore Caroli inter Veneticos & Langobardos, unum caput exiens in fluvio Siclae, & aliud in fluvio Tarso. Ad hunc Leonardum Episcopum legitur apud Ughellium data Anno

B MCLXXXVI. Bulla Urbani III Papae. Non ingratum erit Lectoribus, si integrum hoc Diploma è tenebris eruam, quale reperi in antiquo Chronico MSto de Reb. Venet. adservato in Bibliotheca Estensi, & potissimum quod inde luculentius confirmetur, Torcellanam Dioecesim complecti Altinum, Civitatem olim à Langobardis eversam. Inter testes hujus Privilegii numeratur Alius Patriarcha Aquilegiae. Legendum ibi Ultricus: & fortassis in Annos Regni Friderici aliquis error irrepsit.

Privilegium Friderici I. Imperatoris Episcopo Torcellano omnia ejus bona & jura confirmantis, Anno 1177.

I N nomine sanctae & individuae Trinitatis. Federicus divina favente clementia Romanorum Imperator Augustus. Si rationabiles illustrium personarum petitiones circa augendas Ecclesiarum Dei commoditates clementer exaudimus, credimus nobis ad aeternae salutis meritum

D & temporalis gloriae augmentum proficere, & eos, quos effectu postulationum suarum honoramus, nobis deinceps & Imperio devotiores existere. Omnium igitur sanctae Dei Ecclesiae, nostrorumque fidelium, praesentium scilicet ac futurorum noverit industria, qualiter dilectus no-

ster

per Torcellanae Ecclesiae Leonardus venerabilis Episcopus, celsitudinis nostrae postularit clementiam, quatenus pro Dei amore, animaeque nostrae mercede nostrum inviolabile praeceptum, juxta praedecessorum nostrorum magnorum Imperatorum, Caroli videlicet & Lotharii, & Ottonis, atque Conradi, & Henrici decreta, eidem Torcellanae Ecclesiae de omnibus rebus ad eandem Ecclesiam pertinentibus, tam de Monasteriis, vel de reliquis possessionibus, idest Basilica Sancti Cipriani cum territorio suo, & Sancti Michaelis Ecclesia, cum omnibus praediis suis, & decimis, & Fossato, quo statutus est terminus tempore Caroli inter Veneticos & Longobardos, unum caput exiens in fluvio Siclae, & aliud in fluvio Tarso discurrente Jario usque Altinum, & Plebe Sancti Donati cum praediis suis, & silvis, sive decimis & territoriis, quo tituli ejusdem Ecclesiae fuerunt, idest Ecclesia Sancti Benedicti, & Ecclesia Sancti Zenonis, atque Sanctae Mariae in Plumbo, & Ecclesia Sancti Remedii cum omnibus adjacentiis, & pertinentiis & decimis suis ex utriusque partis Plavis fluminis, & Virgulano in provincia Polesini constituto, cum omnibus ad se pertinentibus, & cum Silva, quae vocatur Torcellis, & saltu, in quo continetur Ecclesia Sanctae Mariae, Silvaque magna, quae est in ipso territorio, nec non & Sancti Stephani Monasterio, quod est Altini, cum omnibus rebus ad id respicientibus, seu & Sancto Laurentio constituta Plebe juxta fluvium Liquentiam, cum omni jure & adjacentiis, & decimis suis cunctisque familiis suis utriusque sexus, & rebus ad eandem Ecclesiam pertinentibus, quae infra ditionem Imperii nostri consistere noscuntur. Et quicquid habere videtur in Civitate Nova Istriae, & in Civitate, quae dicitur Magha, & quidquid habet in


A Campo Alto, & totum allodium de Castatico, & ipsum molendium de eodem Campo Alto cum suo Cavo, qui firmat in ipso Campo, & de quinto & de tertio, scilicet quantum dedit Stephanus Candianus eidem Ecclesiae Torcellanae, cum omnibus suis pratis & silvis, seu pascuis, & salictis, & cum omnibus cartulis & notitiis, ac pertinentiis suis, tam haecenus acquisitis, quamque deinceps acquirendis, fieri juberemus, ut per nostri praecepti confirmationem, nostris, futurisque temporibus eidem Ecclesiae, suisque Rectoribus in perpetuum proficiat augmentum.

B Praecipientes ergo jubemus, ut quidquid ad memoratam Ecclesiam praedictus Leonardus Episcopus nunc possidet, aut de jure possidere debet, & quod ejus Successores in bonis ejusdem Ecclesiae possessuri fore dinoscuntur, tam acquisitum quam acquirendum, per hujus nostrae auctoritatis confirmationem & praeceptum quieto prorsus ordine teneant ac possideant, universasque praescriptas res, & quaecumque ab antecessoribus nostris eidem Ecclesiae confirmata sunt; nec non quidquid in antea acquirere poterit, nostra auctoritate & jussione, tranquilla quietudine habeat, ita ut à nullo unquam nostrorum fidelium controversetur aut inquietetur, nulliusque Ducis aut Marchionis, nec Episcopi aut Comititis, nec Vicecomitis, vel alterius Reipublicae exactoris pertimescat aut sentiat molestationem; omnesque terros & ancillas sub nostrae tuitionis Mundiburdiium accepimus, ut nullam de cetero publicam faciant functionem. Quaecumque autem res jam dicti Episcopi per emphiteosim, aut alio quolibet modo ab aliquibus hominibus possidentur, in praelibati Episcopi sint potestate, suorumque successorum, ut aut legitimum censum inde accipiant, aut si eum coloni solvere noluerint, ipse qui fuerit Episcopus, possessiones illas in usum

usum praenominatae Ecclesiae libere accipiat. Illud etiam inviolata jussione sancimus, ut Decimae, quae annuatim ex frugibus persolvi debent, sive de omnibus bestis per totam Alrinensem Parochiam, ut supra legitur, eidem Ecclesiae sine omni contradictione persolvantur. Similiter autem habitantes in Vicis, qui dicuntur..... Tertius, Montiano, Calobonico, Pula..... Gaudentiaco, & iterum Gaudentiaco Villa, & alia ad partem jam factae Ecclesiae S. Cipriani, sitae in loco, qui dicitur Privatas, perpetua stabilitate persolvant. Si quis autem contra hanc nostram auctoritatem venire, aut eam irritam fa-

Acere praesumerit, sciat se compositurum auri optimi Libras centum, medietatem Camerae nostrae, & medietatem Recloribus praedictae Ecclesiae. Quod ut verius credatur, & ab omnibus observetur, praesentem paginam jussimus insigniri. Hujus rei testes sunt Henricus Patriarcha Venetorum, Alius (*) Patriarcha Aquilegiae, Philippus Colonien-
Bsis Archiepiscopus, Christianus Maguntinus Archiepiscopus, Arnoldus Trevirensis Archiepiscopus, Sebastianus Ziani Dux Venetiarum, Schinella Comes Tarvisii, Aureus Magister Petrus, & alii quamplures.

Signum Domni



Federici Romanorum Imperatoris invictissimi.

Ego Gotifredus Cancellarius vice Philippi Colonien-
 Regni Archicancellarii recognovi.
 Acta sunt haec Anno Dominicae Incarnationis Millesimo Centesimo Septuagesimo
 Septimo: regnante Domino Federico Romanorum Imperatore gloriosissimo, An-
 no Regni ejus XXVII., Imperii vero XXIV.
 Datum apud Venetias Indictione X. tertio Nonas mensis Augusti feliciter. Amen.

A finibus Histriae regrediendo in Occidentem ac Meridiem, si pauca excipias loca ad mare, sive inter paludes sita, universum litus Adriatici usque ad fines agri Ravennatis, comprehenso Comaclo, Langobardis Regibus suberat, à quorum dominatione certum est, exclusam fuisse inclytam Venetiarum Urbem, una cum adjacentibus Insulis. Illuc, nisi fortè aliqua inani impressione, penetrasse Langobardorum Regum arma, nemo scribit. Quod solum novimus, temporibus Caroli Magni magnum belli incendium in iis partibus exarsit,

C tum ob diffidia inter Graecos & Francos occasione Imperii ab illis ad hos translata excitata, tum etiam ob grandes animos Pippini, quem Italiae Regem Anno DCCLXXXI. Carolus ejus pater creaverat, & ad fines Regni dilatandos innata Regibus cunctis ambitio urgebat. Verum ut eo tempore Graeci & Franci armis invicem certabant, ita Scriptores postea unus adversus alterum in illius belli narratione sunt digladiati. Ego quid heic sentiam eo amore veritatis, quem in reliquis etiam honestis hominibus parem puto, fidenter dicam.

(*) Legendum Ulricus.

cam. Primo igitur loco, ut mihi quidem videtur, in controversiam deduci nequit illud, quod à pluribus, iisque aequalibus & nobilibus Historicis scriptum est: nempe, fortitudini ac industriae Francorum contigisse, ut post Annum Christi DCCC. in Histriam & Dalmatiam, & in aliquot saltem Insulas, Venetiarum Urbi finitimas, dominationem suam felici armorum usu extenderint. In antiquis Francorum Annalibus apud Du-Chesnium Tom. 2. pag. 43. haec leguntur ad Annum DCCCVI. *Venerunt Villeri & Beatus Dux Venetiae, nec non & Paulus Dux Jaderae, atque Donatus ejusdem Civitatis Episcopus, Legati Dalmatarum, at praesentiam Imperatoris cum magnis donis. Et facta est ibi ordinatio ab Imperatore de Ducibus & Populis tam Venetiae quam Dalmatiae.* Eodem autem Anno *Classis à Niciforo Imperatore, cui Niceta Patricius praeerat, ad recuperandam Dalmatiam mittitur.* Ergo loca superius memorata in potestatem Caroli devenerant. Anno proxime sequenti DCCCVII. *Niceta, qui cum classe Constantinopolitana sedebat in Venetia, pace facta cum Pippino Rege, & induciis usque ad mensem Augustum constitutis, Constantinopolim regressus est.* Tum Anno DCCCIX. *Classis de Constantinopoli missa, primo Dalmatiam, deinde Venetiam appulit: quumque frustra conatus fuisset Paulus Graecae classis Praefectus Comaculum Francis eripere, de Pace postea cum Pippino egit, sed irrito negotio, quippe clam ejus consilia à Ducibus Venetiarum evertentur.* Itaque Anno sequente DCCCX. *Pippinus Rex perfilià Ducum Veneticorum incitatus, Venetiam bello terraque marique iussit appetere; subjectaque Venetià, ac Ducibus ejus in ditionem acceptis, eandem classem ad Dalmatiae litora va-*

A *standa misit.* Paribus aut ipsis verbis in Annalibus Eginhardi, sive Laurensamensibus, in Bertinianis, aliisque vetustissimis Francorum Annalibus, eadem occurrit narratio. Non me fugit, infiriari Dandulum in Chronico suo hanc Pippini victoriam, & in ejus sententiam concessisse reliquos Venetorum Scriptores. Verum nemo intelligat, quei componenda sit cum fide tot veterum & aequalium Historicorum, auctoritas eorum, qui post tot Saecula narrandam rem ipsissimi nam susceperunt. Fieri quidem potuit, ut victorica Pippini arma in aliquot ex iis Insulis aditum sibi aperuerint, quae provinciam maritimam constituebant, tunc *Venetiam*, seu *Venetias* appellatam, non vero in Civitatem illam, quae celeberrima à multis Saeculis *Venetiae*, seu *Venetiarum* una nomen retinuit, quaeque iis temporibus fortassis unica Rivoalti Insula fuit. At minime hoc obstat, quin Franci in maritimas illas Insulas victores penetrarint. Contra vero certum est, non ideo Venetiarum Urbem Italico Regno additam; nam ut ex ipsis Francorum Annalibus liquet, eodem Anno DCCCX. Carolus Magnus inità cum Graecis pace, *Niciforo Venetiam reddidit.* Ad haec Eginhardus Scriptor aequalis eorum temporum, ipsique Augusto familiaris, in ejusdem Caroli Magni Vita addit, in illius potestate relictam fuisse *Histriam quoque & Liburniam, atque Dalmatiam, exceptis maritimis Civitatibus, quas ob amicitiam & junctum cum eo foedus, Constantinopolitanum Imperatorem habere permisit.* Ab hisce tamen Urbibus maritimis excipienda videtur *Gradus*, quam Eginhardo eodem teste inter *Metropoliticas* sui Regni ac Imperii Civitates, Carolus ipse in postremis suis tabulis recenset. *Polam* quoque Histriae Civitatem

Caro-

Carolo Magno paruisse, elucere videtur ex Epistola XI. Leonis III. Papae, Tomo VII. Concilior. Labbei, in qua is loquitur de Fortunato Gradensi Archiepiscopo, qui propter persecutionem Graecorum, seu Veneticorum Polam sese receperat. Propterea Dandulus supra memoratus in Chronico Lib. 7. Cap. 15. in haec verba scripsit: *Pipinus Rex Italiae, ut quidam scribunt, provinciam Venetiarum Nicephoro Constantinopolitano Imperatori, juxta foedus censuit relinquendam.* Tum Lib. 8. Cap. 1. Sicardum & Godofridum Historicos sequutus, pacem referens à Carolo Magno cum Orientis Imperatoribus constitutam, haec addit: *Per hoc Decretum Carolus approbans, quod cum Nicephoro actum fuerat, novam Venetiam à se abdicavit.* Non ergo in Italici Regni jure Venetiae, ejusque cognatae Insulae relictae sunt. Atque haec omnia extra dubitationis aleam posita tum quisque fatebitur, quum supra memoratum Diploma Ottonis II. Anno DCCCCLXXXIII. datum, & cum praecedentibus omnino concors iterum consulat. Illic enim Augustus apertis verbis Venetorum ditionem discriminat à Regni Italici finibus, inquit: *Hi sunt ex nostro scilicet jure, Papienses, Mediolanenses, &c. & cuncti in nostro Italico Regno. Ex praedicto vero Ducatu Venetiae sunt Rivaldenses (nunc Rialto) Methamaucenses, Clugienses, Caputargelenses, &c.* Ex his vero, quae attulimus, vides, quousque sub Carolo Magno Imperatore productum fuerit Italiae Regnum. Et quidem diu Regum Italicorum potestas in iis partibus subsistit. Nam in Paralipom. Anonymi Salernitani, Part. II. Tomi II. Rerum Italicarum & apud Baronium ad Annum DCCC-LXXI. Ludovicus II. Imperator in Epistola ad Basilium Graecorum Im-

peratorem conqueritur, *Populos Sclavoniae nostrae in captivitatem adductos à Graecis, sive ab eorum Duce Niceta Patricio.* Nescio, an sub *Sclavoniae* nomine *Dalmatia*, quam *Dalmatiam* antiqui Lapides appellare contineverunt, veniat, an *Illyrici* etiam pars designetur, quae Regibus Italicis paruerit. Anno quoque DCCCXX. uti ex Annalibus Bertinianis constat, *Carnienses, & Carentani* deditioem fecere *Baldrico* Marchioni, seu Duci Forojulensi. Duas tamen illas Provincias propterea in Ducatum Forojulensem coaluisse non arbitror.

Oram Adriatici legendo ex altera parte, Langobardi dominati sunt usque ad fines Exarchatus Ravennatis, hoc est usque ad reliquam illam Italiae portionem, quam Graeci adversus impetum Langobardicae gentis diu tutati sunt in Aemilia atque Flaminia. Ab Exarchis autem, ut notum est, supremo Graecorum Magistratu, ea regio nomen accepit, qui Ravennae, in Urbe fortissima, sedentes universam Provinciam moderabantur, ipsique Romae jus interdum, & quidem impotenter, dicebant. Sunt qui Exarchatum, qualem eorum desideria vellent, nunc mirabili facilitate sibi pingunt. Ego in veterum chartis non imaginationes meas, sed veritatem unam sincerissime expiscabor. Usque ad tempora Caroli Magni instabiles fuerunt in hisce partibus fines inter Langobardos & Graecos. Primis Langobardicae irruptionis annis Alboinus Rex *Placentiam, Parmam, Regium, ac Mutinam* Graecis ademisse omnino videtur. Ejus Successor *Foro* etiam *Cornelii*, seu *Imola* potitus est. Verum Anno DXC. Mauritius Imperator foedere isto cum Childeberto Francorum Rege, & vacua expeditione in Langobardos facta

Et *Mutinam*, rursus, *Alinum*, *Mantuanam*, aliasque Urbes recepit. Vos autem credimus de *Montena*, *Altino*, atque *Mantua* Civitatibus, quae Sanctae sunt Reipublicae reformatae: ita ad Francorum Regem scribebat Romanus Ravennae Exarcus in Epistola, quae apud Du-Chesnium legitur Tom. I. Scriptorum Francicorum. At heic pro *Montena* scribendum *Mutina*, aut *Motina*, uti barbaris temporibus loqui amabant nonnulli. In altera Epistola à Mauritio ipso Augusto ad Childebertum Regem eodem Anno data legimus: *Deus pro sua pietate Mutinensem Civitatem nos pugnando ingredi fecit, pariter & Altinonam, & Mantuanam Civitatem.* Per aliquot annos Graecis paruerunt *Mantua*, *Brixillum*, *Mutina*, *Cremona*, aliaque loca; at sub Agilulpho Rege haec omnia in ditionem Langobardicam redierunt, quae gentis fortuna à Graecis pejora timentibus pacem tandem extorsit. Tunc ergo statutus est finis inter Langobardos & Graecos, his *Bononiae*, ac *Ferrariae*, illis *Mutinae*, *Regio Lepidi*, ac *Mantuae* dominantibus. Et diu quidem steteret ejusmodi fines: vix enim aliam in hisce partibus rerum conversionem per multos deinde annos factam novimus, nisi quod sub Rothari Rege ad fluvium Scultennam (nunc *Panaro*) memorabili praelio fusi ac attriti sunt Graeci. Tempore tantum Liutprandi Regis, renovato acriter bello, *Ravennam* ipsam cum aliis Exarchatus Urbibus Langobardi sibi subdiderunt. Superest adhuc *Bononiae* antiqua Inscriptio in marmoreo vase, ubi Liutprandi tunc ibi dominantis mentio habetur, ut apud Malvasiam videre licet in Marmor. Felsin. Section. 4. Cap. 10. Pippinus exinde Francorum Rex ad preces Stephani II. Papae I. Tom. I.

A taliam ingressus, Aystulphum Regem ad restituenda Romano Imperio ablata adegit. Promissis non stetit Aystulphus: quare Pippinus in Italiam regressus vi armorum Langobardos fidem solvere coegit, ipsumque Exarchatum non amplius Graeco Augusto restituit, sed Apostolicae Sedi dono dedit. Quum vero Provinciam illam iterum Desiderius Rex invasisset, non eam solum recuperavit Carolus Magnus, sed Desiderium ex ipso quoque Regno Langobardorum deiecit.

B Haec rerum series. Atque ex his intelligas, quousque regnantibus Langobardis se protenderent fines Exarchatus. Samodia torrens Graecorum agrum à Langobardico discriminabat, nisi quod per aliquot annos *Bononia* & *Forum Cornelii* (nunc *Imola*) paruerent Langobardis. Quum Zaccharias Romanus Pontifex Ravennam progressus, duos ad Liutprandum Regem Legatos mississet, suum ei adventum significaturos, isti *Imolensem* agrum ingressi, ab Anastasio in vita ejusdem Pontificis dicuntur intrasse Langobardorum fines. En ejus verba. *Qui viri ingressi in finibus Langobardorum in Civitatem, quae vocatur Imola, &c.* Contra si quis petat, quales forent fines Exarchatus, sive Provinciae illius, quam Pippinus Ecclesiae Romanae tradidit, Carolus vero Magnus confirmavit, hocce responsum habeat. Hoc mihi certum est, certumque omnibus futurum, *Placentiam* videlicet, *Parmam*, *Regium*, & *Mutinam* minime ea donatione fuisse comprehensas; illasque saltem Urbes in Italico Regno jamdiu inclusas, integras cum agro suo perseverasse in ditione Regum Italiae. Mirum est, quei temporibus nostris reperiantur, qui in tanta luce tenebras adhuc venditare velint. Sed quid non facit contendendi ardor!

Ut reliqua monumenta praeteream, perpende Caroli Magni Testamentum, Anno DCCCVI. conditum, & à Baluzio Tom. I. pag. 439. Capitular. Regum Francorum, atque in Parte II. Tom. I. Rer. Italicarum editum: inde enim evidenter elucere potest, *Regium* ac *Mutinam* Italici Regni portionem, & à Ferris Sancto Petro donatis, prorsus exclusa fuisse. Inclytus ille Imperator Pippino Regi filio suo *Italiam*, quae & *Langobardia* dicitur, possidendam tradit. Tum hujus Regni divisionem facit (si fortè sine liberis decedat) unamque portionem hisce verbis delineat: *Ab ingressu Italiae per Augustam Civitatem, Eboream, Vercellas, Papiam, & deinde per Padum fluvium termino currente usque ad fines Regensum, & ipsum Regium, & Civitatem Novam, atque Mutinam usque ad terminos Sancti Petri.* Ergo imperante Carolo Magno percurrerat Italicum Regnum ultra *Mutinam*, ad cuius agri fines erant termini *Sancti Petri*. Sed quando apertissima haec verba in alium torquere sensum nunc audent aliqui, ut suae causae omnia vel invita accomodent, nihil amplius restat; quod à Criticorum stribligine sibi timere non possit. Alterum hujus veritatis, & illud etiam luculentissimum, documentum attuli in Capitulari Lotharii I. Augusti *de Doctrina*, quod ex MSto antiquissimo Codice Cathedralis Mutinensis jam edidi in eadem Parte II. Tomi I. Rer. Italicarum. Ibi Lotharius ad Literas excolendas *Regni Italici Urbes* excitat, & in hanc rem Scholas publicas statuit. Inter ejusmodi Urbes *Placentiam, Parmam, Regium*, ac *Mutinam* recensitas vide. Et sane cur ex Italico Regno, in quo tandiu fuerant, haec Civitates Carolus avelleret? Neque illae tantum ad idem Regnum à diuturno

A tempore spectabant, sed etiam nihil amplius juris in illas reliquum erat Graecis, postquam pax inter Langobardos & Graecos stabilita legitimam effecerat in eas Urbes Langobardorum Principum ditionem. Itaque eas duntaxat *Aemiliae* ac *Flaminiae* Civitates Pippinus & Carolus Ecclesiae Romanae dono dederunt, quibus Graeci imperaverant usque ad tempora Liutprandi, & quae tunc *Exarchatum* constituebant. Et quamvis idem Liutprandus, Aystulphus, ac Desiderius *Bononiam, Forum Cornelii*, ac alia loca ex eodem Exarchatu ademissent, antiquos tamen fines restitutos Franci Reges voluere, hoc est fluvium *Saenodiam* inter Bononenses, ac *Mutinenses* decurrentem. Quod etiam constat ex Epistola LIV. Codicis Carolini, in qua conqueritur Adrianus Papa, scribens ad Carolum Magnum, quod Archiepiscopus Ravennas invasisset *diversas Civitates Aemiliae*, antea à Pippino, atque ab ipso Carolo Romanae Ecclesiae traditas, scilicet *Faventiam, Forum Populi, Caesinas, Bobium, Comiacum, Ducatum Ferrariae, seu Imulas, atque Bononiam*. Nullam haec mentionem habes *Mutinae, Regii, Parmae, Placentiae*. Cur quaeso? nisi quia ab antiquo tempore ad Italicum Regnum pertinentes, eas in sua ditione retinuerat Carolus, neque eas Ecclesiae Romanae donaverat. *Pentapolim* quoque Stephano III. Papae dono datam à Pippino Rege, tentarat Archiepiscopus, verum Pontifex scribit, eas Civitates in obsequio Romanae Sedis firmas constituisse. Nihil tale de quatuor iis Urbibus memoratum videas. Praeterea quales essent fines & Urbes Exarchatus circiter Annum Christi DCCX. edocere nos possunt Agnelli Ravennatis Historici verba Tom. II. Part. I. Rer. Italicar. pag.

161. Floruit ille (quod reminisci juvat) Saeculo Christi Nono, & quidem ineunte. Narrat ille Ravennarium seditionem contra Justinianum Constantini Pogonati successorem, & in eum insurgentes Exarcatus Urbes. En quae ibi recensentur: *Sarxena, Cervia, Cesena, Forum Popilii, Coloni Portus Candiani*, ubi Classis Civitas, *Forum Livii, Faventia, Forum Cornelia, Bononia*. Hic antiquus Exarchatus, Romanae postea Ecclesiae à Regibus Francis dono datus. Enumerantur etiam ab Anastasio, seu quisquis ille sit vetustissimus Auctor, in Vita eiusdem Stephani II. Civitates Exarchatus, & Pentapoleos à Pippino donatae; neque ullum de quatuor praelaudatis Civitatibus verbum occurrit. Verum an subsequutis temporibus esse perrexerit Exarchatus Ravennae in plena ditione Romanorum Pontificum, an potius cum Italico Regno deinde conjunctus fuerit, quodve jus in eam regionem exercuerint olim Imperatores ac Italiae Reges; haec jam expendi in Pleniori Expositione Jurium Caesareorum, ac Estensium in *Comaclum*. Et praeterquamquod multa sunt, quae persuadeant, excidisse per plura Saecula Romanam Ecclesiam è possessione ac dominatione Exarchatus, ne satis quidem compertum habemus, quibus olim pactis & conventionibus, Pippinus & Carolus Magnus ipsum Exarchatum Romanis Pontificibus concesserint: certe non eo supremo jure, quod nunc Apostolica Sedes exercet, & ut in perpetuum exerceat, optandum est. Obiter heic tantummodo animadvertam, in Diplomate Caroli, ut videtur, Crassi, Anno DCCCLXXXI. iu Chronic. Farfens. Part. II. Tomi II. Rerum Italicarum, pag. 381. confirmari bona Caenobii Farfensis tam in Lango-

A *bardia, quam in ROMANIA, seu in Tuscia, & in Ducatu Spoletano*. Heic vides Romaniam (nunc *la Romagna*) nihil à Tuscia, & Spoletano Ducatu distingui; certumque est spectasse ad Italiae Regnum Tusciam & Spoletum. Ergo cur non & Romania spectarit? Idem legas & in precepto Lotharii I. Augusti, Anno DCCCXL. pag. 389., & in altero Caroli Calvi Imperatoris, Anno DCCCLXXV., quae itidem ibi evulgata reperies.

B Dimisso Exarcatu, transfiliamus ad aliam Italici Regni portionem, hoc est ad *Ducatum Spoleti*, insignem latamque regionem, & ipsam à Langobardis Italiam ingressis mature occupatam. Cis Apenninum olim *Pentapolis* estra Regnum jacuisse, aliquando intra ipsum comprehensa viderur. Tum per litus Hadriaci freti excurrens Regnum *Beneventano Ducatus* versus Orientem conjungebatur. Ad Meridiem vero ultra Apenninum finitimi fuere *Ducatus Tusciae*, portio Italici Regni, & *Ducatus Romanus* inde semper esclusus. In primis Langobardorum progressibus veri videtur simile, unicum *Umbriae* provinciam constituisse *Ducatum Spoletanum*: verum procedente tempore majora in dies incrementa cepit, vicinis Urbibus ad deditionem coactis. *Spoletum, Camerinum, & Firmum*, ejus praecipue Urbes olim fuere. Ex Anastasio Bibliothecario in Vita Zachariae Papae colligimus, *Musficum, Forconam, Balcanum, & Pennam* in eodem Ducatu inclusas. Is enim auctor est, Trasimundum Spoletanum Ducem à Liutprando Rege defecisse, conjunctumque cum Romanis, ad quos se se contulerat, Anno DCCXLII. per duas partes in *Fines Ducatus Spoletini* penetrasse: eidem vero se subdiderunt *Marsicani, & Forconini, atque Balcanenses, seu Pennenses*.

Addit, eundem Papam progressum in locum *Interamnensium Urbis*, ubi in finibus *Spoletinis* ipse residebat Rex. Quibus ex verbis, uti & ex sequentibus intelligimus, ad *Spoleti Ducatum* spectasse olim Civitatem *Interamnem*, nescio num nunc *Terni*, an *Teramo*. Idem de *Sabinensi* regione, & de Civitate *Narnia* dicendum, ubi Papam *Zachariam Liutprandus* excepit. Præterea uti ex eodem Historico habemus, memoratus Rex *Sabinense Patrimonium*, *Narniense etiam*, & *Auximanum*, atque *Anconitanum*, nec non & *Numanatense* (hoc est Civitatis *Numanae*, quam alii *Humanam* appellarunt, Codicibus in alterutrius appellatione corruptis) & *Vallem*, quae vocatur magna, sitam in territorio *Suturno* per donationis titulum ipsi beato *Petro* reconcessit, & pacem cum Ducatu Romano ipse Rex in viginti confirmavit annos. De unis *Patrimoniis*, idest prædiis & agris, aut relictis aut donatis, heic agitur; ac proinde Urbes, ubi sita haec erant, ad donantem, simulque ad *Spoletanum Ducatum* spectabant: quod etiam ostendi potest de *Reate*, *Amiterno*, & *Asculo* Civitatibus. Complectebatur insuper Ducatus iste *Sabinensem Ducatum*, sive Provinciam, si non integram, magnam certe ejus partem: cujus rei testem habemus Diploma *Caroli Magni* datum Anno *DCCCLXXIV*. in *Chronico Farfensi* legendum Part. II. Tomi II. *Rerum Italicarum*. Ibi enim dicitur situm *Coenobium Farfense*, quod vocatur *Acutianus*, in Ducatu *Spoletano*, vel fundato in territorio *Sabinensi*. Placitum quoque vide in eodem *Chronico* pag. 354. memoratum, habitumque *Carolo Magno* imperante, circiter Annum *Christi DCCCL*. coram *Guinigiso Spoletano Duce*. De illius *Coenobii Monachis* conquerebatur Go-

A derisus quidam, inquiens: *Isti Monachi de Monasterio Sanctae Mariae comprehendunt substantiam meam in Spoletio & Interamni, seu fulginea contra legem*. Ergo *Interamna & Fulginea* in illius jure erant, à quo justitia ministrata fuit. Omitto reliqua amplissimi illius Ducatus vestigia, quae quisque petere poterit ex aliis veterum Chartis infra edendis, ac potissimum ex *Dissertatione Chorographica* praeaudati *Clariss. viri Domni Gasparis Beretti*. Palam nunc fiat, provinciam quoque *Pentapolis* eidem Ducatui fuisse aliquando subnexam. Regnante *Desiderio Langobardorum Rege*, ut habet *Anastasius* in *Vita Stephani IV.* (seu potius *Tertii*) vitâ functo *Sergio Archiepiscopo Ravennate*, *Micbaëlius Scriniarius ipsius Ecclesiae, profectus Arimino ad Mauricium Ducem Ariminensem*, ejus brachio foris *Ravennatem Cathedralam* conscendit. Pro *Langobardorum Rege* dominatus videtur *Arimini Mauricius Dux Langobardus*. Verum, ut supra vidimus, *Pippinus Francorum Rex* praeaudato *Stephano III. Papae Pentapolim* contulit, eamque *Apostolicae Sedi* tum ante, tum post dejectum *Desiderium Regem*, *Carolus Magnus* omnino confirmasse videtur. Procedente tamen tempore alia rerum facies se nobis exhibet. Legitur apud *Ughellium* in *Catalogo Episcoporum Firmi* Tom. 2. pag. 736. *Italiae Sacrae*, Charta magni facienda, quam *Theodosius illius Urbis Antistes* conscribendam jussit Anno *DCCCLXXXVII. consensu consilioque omnium venerabilium Episcoporum in DUCATU SPOLETANO degentium*. Quisnam vero faere *Episcopi illi*? Ex ipsorum subscriptione patebit, desideratis tamen *Ariminensi, Foro sempronienti, & aliis. Johannes Exculanus Episcopus: Benolergius Anconitanus: Cel-*

sus Camarinensis : Beneventus (sive Beneventus) Senogalliensis : Americus Spoletanus : Romanus Fanensis : Laurentius Pifauriensis : Robertus Humanensis : Debalduſus Peruſinus : Petrus Auximanus : Ricardus Reatinus : Adelardus Callienſis : Albertus Lodonenſis : (Typographi aut Librarii inſcitiâ corruptum certe nomen) Albertus Urbinenſis : Severinus Nucerenſis : Bartholomaeus Foroliviienſis : Rugerius Teramnensis . Quod eſt ad Foroliviienſem Episcopum , in Charta vitium aliquod latet . Civitas enim haec ad Spoletanum Ducatum numquam pertinuit . Ughellius idem ſtatuit ad eundem Annum DCCCLXXXVII . Rogerium Episcopum Foroliviienſem , non verò Bartholomaeum eidem Chartae Theodofii Firmani ſubſcribentem , Tom. 2. Italiae Sacrae . Quod mirere , Tom. I. in Episcopis Aprutinis , ſive Interamnensibus , Rogerium nobis exhibet Interamnensium Episcopum (di Teramo) eidem Chartae Firmanae ſubſcribentem . Vide etiam Chartam pag. 806. Chronic. Caſarienſ. Anno DCCC. LXXIV. ſcriptam , ubi *diverſa loca in Spoletinis* , id eſt complures Civitates Spoletani Ducatus enumerantur . In hiſce totam ferme delineatam conſpicis imaginem Spoletani Ducatus Saeculo Nono , cui tamen ex aliis monumentis multa ſunt , quae adjiciantur . Atque ita ſe res habebat Anno DCCCLXXIV. & DCCCLXXXVII. Qua autem ratione Saeculo Nono Spoletanus Ducatus , qui Italico Regi adhuc ſuberat , Pentapolim ipſam , donatam antea Eccleſiae Romanae , complecteretur , aliis inquirendum relinquo . Ejuſdem verò Ducatus vel antiquis temporibus facta fuit diviſio , atque inde efformata *Marchia Camerina* , quae tamen una cum Spoletano uni atque eidem Principi conſuevit olim regenda tradi . Apud Liutpran-

A dum Hiſtor. Lib. 2. Cap. 18. memoratur Bonifacius Comes potentiffimus Camerinorum ac Spoletinorum Marchio . Idem de Uberto & Hugone Ducibus legas . Reperitur etiam *Marchia Firmi* , & *Marchia Guarnerii* , ſive *Anconitana* ſerius nata , cujus adhuc appellatio durat , & de qua fermo recurret . Portiones iſtae fuerunt ejuſdem Spoletani Ducatus .

B Sed petat aliquis : nonne in Adriano I. Papae geſtis apud Anaſtaſium haec donata Eccleſiae Romanae à Carolo Magno legimus cum ſuis finibus : *A Lunis cum Inſula Corſica ; deinde in Surtano : deinde in Monte Bardone ; deinde in Verceto : deinde in Parma : deinde in Regio : & exinde in Mantua , atque Monte Silicis ; ſimulque & univerſum Exarchatum Ravennatum , ſicut antiquitus erat , atque provincias Venetizum , & Hiſtriam , nec non & cunctum Ducatum Spoletinum , & Beneventanum ?* Si haec vera ſunt , jam Anno Chriſti DCCLXXIV. Italici Regni pars deſiit eſſe Ducatus Spoletanus . Paucis reſpondeo . Interpolatus ſit locus ille Anaſtaſii oportet , quum donationi tam amplae ac magnifice , quae omnem fere Italiam complexa fuiſſet , adverſentur Hiſtoriae , & monumenta quaeque veteris aevi . Prodiſſe autem commentum iſtud Saeculo tantum Undecimo , juſta ſuſpicandi ratio eſt : tunc enim Normannis conſentientibus , Romani Pontifices juſ ſibi quaefierunt in Beneventanum Ducatum , qui poſtea evaſit Regnum Neapolitanum . Certe ſub Italiae Regibus per longa tempora perrexerunt eſſe Italici Regni Provinciae *Venetia* , *Iſtria* , & *Ducatus Spoletanus* ac *Beneventanus* ; neque in ditio-
C
D
E nem Eccleſiae Romanae tranſierunt . Immo Exarcatus ipſe ac Pentapolis , quae à Carolo Magno Adriano I. tradita

data vera videntur, post aliqua tempora pendere ab Italico Regno deprehenduntur, iisque duntaxat è concessione Rodulphi I. Romanorum Regis sub finem Saeculi Tertii decimi Ecclesia Romana potiri & frui rursus coepit. Sed fusius de his actum est in pleniori Expositione Jurium Comacii. Quod tamen omittendum non est, in Diplomate Ludovici II. Augusti ad Annum DCCCLXXIV. spectante, quod abes in Chronico Casauriensi Part. II. Tomi II. Rerum Italicarum pag. 811. *Spoletinus Ducatus* distingui videtur à *Camerino*. *Firmo*, à *Pentapoli*, aliisque Urbibus. En verba: *Per totam Pentapolim, Tusciam, & Spoletinum Ducatum, atque Camerinum Comitatum, nec non etiam Firminum, Ascolinum, Aprutinum, Peninimum, seu Teatinum territorium*. Verum haec ita concepta sunt, ut ab eodem Ducatu minime exclusa videantur, quum potius Urbes ille enumerarentur singillatim tamquam comprehensae in eodem.

Quum verò multa intercesserint bella inter Reges Langobardos, & Graecos, hinc Exarcatus Ravennatis, inde Romani Ducatus diu possessores: immutati propterea interdum fuere Spoletani Ducatus ultra Apenninum fines, prout armorum favor ferebat. Idemque factum de *Tuscia Langobardorum*, cujus fines in ipsum Romanum Ducatum propagati interdum fuere. Narrat Paullus Diaconus de Gestis Langobardor. Lib. 4. Cap. 8. *Patricium Exarcum recuperasse quaedam è Civitatibus, quae à Langobardis tenebantur, quarum sunt nomina, Sutrium, Polimartium, Hortia, Tudertum, Ameria, Perusia, Luceolis, & alias quasdam Civitates*. Nihil moratus est Agilulphus Rex, lectisque copiis Civitatem *Perusiam* petiit, ibique

A *per dies aliquot Mauricionem Ducem Langobardorum, qui se Romanorum partibus tradiderat, obsedit, & sine mora captum vitæ privavit*. Hinc videas, *Perusiam* iterum Langobardis paruisse. Integro post Saeculo Liutprandus Rex *Sutrium* recepit, quod & rursus Romanis restituit. Subinde ab eodem Rege, ut refert Anastasius Bibliotecarius in Vita Zachariae Papae, *ablate sunt à Romano Ducatu Civitates quatuor, idest Ameria, Hortia, Pelimartium, & Bleava*. Pro Graecis intercessit Gregorius III. Papa, & hac de re scripsit ad omnes Episcopos commorantes in *Tuscia Langobardorum*, ut ex ejus literis constat editis ab Illustrissimo Fontaninio Archiepiscopo Ancyrano in Lib. de Antiquitat. Hortae pag. 385. Eas tamen Urbes recuperavit deinde Zacharias Papa Gregorii successor, ex cujus Vita intelligimus, *Castrum* quoque *Viterbium*, postea Civitatem Episcopalem, in *Tuscia Langobardorum* fuisse comprehensum. Quae unica notio satis est ad indicandum, quousque Langobardi fines suos amplificaverint versus Ducatum Romanum. Huic Urbi miram antiquitatem conciliare quidam nuper conatus est, sed somniis tantum adhibitis. Suspicio ego à Langobardis Castro illi recenti nomen inditum fuisse, quod olim in Germanica Lingua ulitata foret vox *Biderve* ad significandam quamcumque rem fortem, aptam, & bene compositam. *Castrum Biderve*, deinde *Bidervium*, *Bitervium*, *Viterbium* evaserit; istae enim literae facile commutantur. Vide infra Dissert. XXXIII. de orig. vocum Linguae Ital. Atque ex his intelligas, corruptum esse locum Anastasii Bibliotecarii (sive quisquis ille sit Auctor) in Vita Gregorii II. Papae. Ibi legitur Tiberium cognomento Petasum, Graecum hominem, in-

huisse

huisse ad Romanum Imperium, & leviores quosque ab eo ita deceptos in Tuscia Romanorum, ut *Manturianenses*, *Lunenses*, atque *Bledani* ei sacramenta praestiterint. Exarcus vero haec audiens, Romanis junctus, in seditiosum hominem irruens, eum è medio sustulit. Acta haec circiter Annum DCCXXX. Sed quis locus heic *Lunensibus*, quum certo certius sit, Lunensem Civitatem in Liguria sitam Langobardis paruisse? *Bleda* (seu potius *B'era*, nunc *Bieda*) & *Maturanum*, sive *Mutuvianum* (nunc ut creditur, *Barberano*) non autem *Manturianum*, oppida fuere Tusciae Suburbicae, nunc sita in provincia Patrimonii, atque ad Ducatum Romanum pertinebant. Veri omnino simile est, conterminos hisce fuisse qui *Lunenses* supra dicuntur, sed facile pro *Lunenses* quodquam aliud nomen esse illic scribendum. Quod verò attinet ad tempora subsequuta, nihil aliud memorabo, nisi Placitum ad Monasterium Farfense spectans, quod Anno MXIV. habuit Rainerius Dux & Marchio Tusciae in *Turride Cognito*. Sita haec est in Provincia, quam nunc appellant Patrimonium Sancti Petri: quumque ibi jus diceret ille Marchio, hinc perspicuum est, eam regionem ad Marchiam Tusciae olim pertinuisse. Vide idem Placitum in Chronico Farfensi Part. II. Tomi II. Rer. Italicar. pag. 525. Praeterea alterum Placitum vide pag. 575. ejusdem Chronici habitum *infra Civitatem de Cognito* (nunc *Corneto*) ab *Aalberto Milla Domni Bonifacii Ducis & Marchionis*, qui itidem Tusciae Dux & Marchio pro Romano Imperio praeerat.

Postrema portio, sed nobilissima atque amplissima, Regni Italici ad Orientem, fuit *Ducatus Beneventanus*.

A Pertingebat ipse ad Occidentem Ducatum Spoletanum hinc, & inde Romanum. Complectebatur ad Boream totam *Apuliam*, simulque Civitates *Baris*, *Brundusii*, ac *Taranti*, quum Hydruntum, magnamque Calabriae partem, aliasque maritimas Urbes Graeci à Langobardorum impetu illaefas servassent. Civitates quoque *Neapolis*, *Cajetae*, *Surrenti*, aliaeque aut conterminae aut subjunctae ad Meridiem in Graecorum ditione persistiterunt. Reliquum Regionis illius, quae nunc Regnum Neapolitanum conficit, Langobardos dominos agnovit. Ac propterea quae provincia nunc appellatur *Terra Laboris* cum praestantissima Urbe *Capuae*, incipiendo à Castro *Aquini*, *Nolam* usque, ac inde paucis maritimis Urbibus dimissis, pergendo *Salernum*, tum non interrupto itinere per oram maris *Cusentiam* usque, haec omnia vastissimum Beneventi Ducatum constituebant. Hac de re legendus Tractatus de *Ducatu Beneventano*, quem edidit egregius illarum partium scriptor Camillus Peregrinus in Opusculo edito Tom. V. Rerum Italicarum. Sed quae sunt vices humanarum rerum, Anno DCCCLI. ut diuturno bello finis fieret, Ludovicus II. Imperator, teste Erchemperto, Leone Ostiensi, & aliis, totam Provinciam Beneventanam inter *Radelchim & Siconulphum* aequo jure partitus est: unde *Salernitanus Principatus*, à quo Capua cum Meridionali parte divisae regionis pendeat, conflatus est. Divisa subinde fuit & haec portio, atque efformatus *Capuanus Principatus*, cujus Principes Comites appellati illustrem Locum in Historia antiqua invenerunt. Sic *Marchia Terrina* occurrit in veterum monumentis, quae fortasse coaluit ex portionibus Beneventani Ducatus, simulque Spoletani,

letani, ut reliquas minoris momenti sectiones praeteream, ac potissimum factas tempore Nortmannorum, qui post Annum Christi Millesimum novi illic Regni fundamenta jecerunt, numquam amplius convulsa.

Atque haec sit brevis imago Italici olim Regni, quod primo quidem per clades ac incendia à Langobardis, longe lateque suas victorias proferentibus, constitutum est; tum vero mansuescentibus iis Populis, eorumque Regibus, simul etiam reparatis Civitatibus, ac Legibus unita re publicâ, reflorescere iterum coepit. Atque haec res posceret, ut inter alia monumenta illud in primis memorarem, quod Eruditi non pauci, & vel ipsi Carolus Sigonius meus, & Paullus Manutius, ac Janus Gruterus, homines alioquin emuntae naris, laudarunt, & tanquam legitimum foetum in suis celebravere Libris. Hoc est *Edictum Desiderii Regis Langobardorum* ad Grimoaldum Comitem Viterbii, ubi is enumerat quamplures Tusciae Langobardicae Urbes ac Oppida, à se aut restaurata, aut amplificata, aut à fundamentis erecta. praecipiens insuper, ut alia reficiantur, seque ob tot insignia opera ad caelum attollens. Ejus exordium tale est. *Revocamus statuta Regis Aistulfi contra Vetulonos edita &c.* Famosum hoc monumentum marmore inscriptum Viterbii adhuc visitur, immo & nostris temporibus patronum, si Superis placet, invenit Virum quemdam bonum. Verùm nemo amplius ex Eruditis me monitore indiget, ut discat, Edictum ejusmodi plane insulsum jam fuisse amandatum inter imposturas recentiorum Saeculorum. Veri simile olim mihi videbatur,tribuendam illius originem famoso falsario Fratri Anno Viterbiensi, qui primus Tom.

A I. pag. 564. de Antiquit. Ital. illud edidit. Sed sunt, qui antiquius putant. In hoc autem commentum etiam inventus fuit doctissimus vir, mihi saepe laudatus, Dominus Gaspar Berettus Monachus Benedictinus. Ego quoque infra in Dissert. XXVII. de *Moneta*, ubi de Nummis Bononiensibus sermo erit, imposturae huic diem dicam, prodito vero auctore Oppidi Petraesanae. Ignorabat hoc Annii, seu quisquis ille fuit spurii monumenti auctor, & fidentissime *Sergianum* & *Petransanctam* à Desiderio aedificata confinxit. At fabulis hisce dimissis, aliunde jam constat, non paucos ex Regibus ac Principibus ejusdem Nationis reliquisse illustria suae magnificentiae vestigia, cum sacra, tum profana, quantum tulit eorum temporum rudis ac depressa conditio.

Ceterum *Langobardiae* nomine olim etiam Italicum Regnum appellari coeptum est. Continuatur Fredegarii inter Opera Gregorii Turonensis, pag. 689. ad Annum DCCLIV. narrat, exercitum Francorum contendisse ad *partes Langobardiae per Lugdunum*. Carolus quoque Magnus in Testamento supra laudato nominat *Italiam, quae & Langobardia dicitur*. Idem Rex in uno ex suis Capitularibus apud Baluzium Tom. I. pag. 450 haec habet: *Similiter direximus Missos in Aquitaniam, & in Langobardiam*. Hoc idem & alii. Ita *Avariam & Hungariam*, hoc est Avarum, sive Hungrorum patriam Pannoniam appellarunt, & *Burgundiam* Burgundionum in Gallia sedem. Ditmarus vero aperte sub *Langobardiae* appellatione *Tusciam* quoque complectitur, ad Annum MXIV. Lib. 7. Cronicae scribens: *In Langobardia Saraceni navigio venientes, Lunam Civitatem, fugato Episcopo, invadunt*. Atque ita quidem olim factum,

sed

fed non constanti fignificatione vocis; nam & interdum preffius accepta eft appellatio illa, ut exprimeretur tantum regio, quae nunc temporis *Lombardia* dicitur, & inter Alpes ac Appenninum fita protenditur ufque ad fines Mutinenfis, ac Mantuanæ ditionis. In Farfenfis Monafterii Chronico, quod publici juris feci Part. II. Tom. II. Rer. Italicar. pag. 380. legitur Diploma *Caroli Imperatoris*, quo eidem Coenobio confirmantur, quaecumque poffidet *tam in Longobardia, quam in Romania, feu in Tufcia, & in Ducatu Spoletano*. En ut à Langobardia excluditur Tufcia, ac Spoletanorum ditio. Notandum autem heic, Gregorium Monachum Auctorem Chronici Farfenfis in promendo hoc Diplomate deceptum fuiffe, quum illud Carolo Magno tribuat, quod tribuendum Carolo Craffo fuerat. *Inquirini Notarii* nomen, uti & *Liudwardi Archiepifcopi*, fimulque *Indictio XIV.* indicant ibi Annum DCCC. LXXXI., quod etiam manifeflius patebit ex collatione aliorum Diplomatum, quae in eodem Opere ego producam. Jampridem vero Lotharius I. Augufus Farfenfi Coenobio confirmarat jura pofita *infra Italiam, Tufciam, & Romaniam*. Et Carolus Calvus alio Diplomate à publicis oneribus immunita Farfenfis ejuſdem Coenobii bona decrevit, *tam in Longobardia, quam in Normania* (ſcribo & corrogo *in Romania*) *feu in Tufcia, & in Ducatu Spoletano*. Ita ſenſim contracta eſt *Langobardiae* appellatio ad eam tantummodo regionem, quam ſupra innui, ac praecipue ſub Friderico I. hic uſus invaluit ex *Societate, feu Foedere Lombardorum*, de quo erit alius loquendi locus. Sunt tamen, qui *Genueſium* ditionem inter ipſos anguſtae hujus *Langobardiae* fines conclu-

Tom. I.

A dunt. Unum adferam Ottonem Tiberienſem (floruit is circiter Annum Chriſti MCCX.) in Libro, cui titulus *Otia Imperialia*, edito à Leibnitio, Tom. 2. pag. 769. Script. Brunſviceanſium. Ejus ſunt verba: *Lombardia à Meridie Mari noſtro, à Borea mari Adriatico terminatur, cujus initium Verona, finis Janua, mediterraneum Mediolanum &c.* Denique, ne hoc omit- tam, fuit & Graecis in more, Ducatus Beneventani partem, ac praecipue Apuliam, *Langobardiae* minoris vocabulo peculiari deſignare. Memorat Leo Oſtienſis in Chronico Caſinenſi Lib. I. Cap. 49. *Symbaticum Imperialem Protopatariam, ac Strathegum Macedoniae, Thraciae, Cephaloniae, atque Langobardiae*. Proinde hinc factum, ut in Chronographia Tripartita, quam collegit, ac Latio donavit Anaſtaſius Bibliothecarius, haec verba occurrant de Irene Orientis Imperatrice: *Miſit Johannem Sacellarium & Logothetam in Langobardiam unacum Theodoro dudum Rege majoris Langobardiae ad ultionem inferendam, ſe poſſet, in Carolum*. Sed quis iſte *Theoderus*? Nullus unquam fuit hujus nominis *Langobardorum* Rex. Itaque animadvertendum eſt, Graecos *Theodori* nomine donaſſe *Adelgiſum*, ſive *Adelchimum* Deſiderii poſtremi *Langobardorum* Regis filium, qui *Constantinopolim* ſe ſe receperat. Nempe ipſis in more fuit, ut quadam metamorphoſi alienigenas Graecos efficerent. Ita *Bertam* Hugonis Italiae Regis filiam, *mutato nomine Graeci Eudoxiam* dixerunt, uti nos docet *Liutprandus Hiſtor.* Lib. 5. Cap. 9. Et revera idem de *Adelgiſo* factum, quem *Theodorum*, aut *Theodatum* Graeci nuncuparunt. In *Hiſtoria Miſcella*, quam habes Tomo I. Rer. Italicar. pag. 167. ita legimus: *Interea Eirene miſit Jo-*

H

hannem

Hannem Sacellarium & Logothetam in Longobardiam una cum Adelgiso dudum majoris Longobardiae Rege, quem illi Theodatum dicebant (Theodorum, ut vidisti, habet Tripartita) ad ultionem inferendam, si posset, in Carolum. Viden heic Langobardiam à majori Langobardia distinctam? Priore vocabulo designari videtur portio illa Beneventani Ducatus, quam supra innuimus; altero integrum Italicum Regnum.

Denique locum suum heic poscit & alia antiquissima divisio Langobardiae, quia ipsorum Regum Langobardorum aetate facta, hoc est in *Austriam & Neustriam*. Francorum quoque Reges Gallias in duo Regna divisere, quorum uni *Neustriae*, seu *Franciae Occidentalis* nomen, alteri *Austriae*, seu *Franciae Orientalis*, quae deinde *Austrasia*, fuit. Nomina ista ipsius quoque Caroli Magni temporibus adhuc vigeabant: is enim in postremis suis tabulis Carolo filio suo reliquit *Austriam & Neustriam* (lego *Neustriam*) ut constat ex Du-Chesnio. atque Baluzio. Eadem ratione *Austriae*, seu *Marchae Orientalis* appellatio (*Osterrich* appellabant olim Johannes Villanius, aliique ejus aevi Scriptores Italici) imposta est nobili illi provinciae Germanicae, quae Augustissimae Familiae Regnantis Imperatoris CAROLI VI. unde tot nobilissimi Caesares prodierunt, cognomen dedit, eo quod ipsa esset limes Orientalis Germanici Regni. Itaque sequuti hunc morem Langobardi Reges, appellare & ipsi consueverunt *Austriam* Ducatum Fori Julii, ea ratione ducti, quod is ad Ticinensis Regiae situm Orientalis Regni pars esset: *Neustriam* vero, quae Occidentem respiciens contingebat fines Francici Regni. Inter Leges Langobardicas apud Lindenbrogium Lib. 2. Tit.

A 21. de Fidejussoribus Lex 24. Liuprandi his verbis concepta est: *Si in Istria, aut in Austria fuerit, amittat ipsa pignora, & non habeat facundiam requirendi.* Porro heic non *Istria* legendum, neque enim urquam Langobardis datum est Histriae provinciam suae adjungere ditioni, quod solum contigit Carolo Magno, ejusque filio Pippino. Sed quidem legendum in *Neustria*, ut habet Goldasti Editio, & Codex Estensis, quo ego sum usus in nova Langobardicarum Legum Editione Part. II. Tomi I. Rer. Italicarum. Ignorabant olim indocti Librarii, quaenam umquam foret provincia haec *Neustria*, & istud praecedentium Scriptorum sphalma putantes, *Istriam* provinciam satis notam ejus loco posuerunt. Pari errore inter Capitularia Editionis Baluzianae Tom. I. pag. 543. in Lege Pippini Regis Italiae legitur, *tam in Austria, quam in Istria*. Legendum & ibi *Neustriae*. Vide pag. 120 Editionis meae. Ceterum quousque se protenderet *Austria* Langobardica, & qui fines forent *Neustriae*, nemo facile decernat. In hanc rem tantummodo animadvertendus est locus Paulli Diaconi de Gestis Langobardor. Lib. V. Cap. 39. ubi narrans rebellionem Alachis Ducis Tridentini contra Cunibertum Regem, ipsumque è Ticino dilapsum scribens, postea subdit: *Per Placentiam in Austriam rediit, singulasque Civitates partim blanditiis, partim viribus, sibi socias adsevit. Nam Vicentiam veniens &c. Inde exiens Tarvisum pervasit, pari modo & reliquas Civitates &c.* Atque hinc Aquileja olim appellata *Austriae Urbs*; sicuti & *Forum Julii*, nunc *Cividale di Friuli*, nomen interdum tulit *Civitas Austriae*, hoc est *Civitas Orientalis*.

DE IMPERATORUM
ROMANORUM.

A C

REGUM
ITALICORUM
ELECTIONE

DISSERTATIO TERTIA.

1. The first part of the document discusses the importance of maintaining accurate records of all transactions. This is essential for ensuring the integrity of the financial statements and for providing a clear audit trail.

2.


The second part of the document outlines the various methods used to collect and analyze data. These methods include interviews, surveys, and focus groups, each of which has its own strengths and limitations.

3. The third part of the document describes the process of data analysis, which involves identifying patterns, trends, and relationships within the data. This process is often iterative and may require the use of statistical software.

4.

The fourth part of the document discusses the importance of communicating the results of the research. This involves preparing clear and concise reports that are accessible to a wide range of stakeholders, including management, investors, and the public.

DISSERTATIO TERTIA.



Ltra duo Saecula in ditio-
 ne Langobardorum stetit
 Italiae Regnum; tum iis debellatis
 Anno Christi DCCLXXIV. par-
 ruit regio haec incli-
 cyto Principi Carolo Magno Franco-
 rum Regi, qui Anno demum DCCC.
 Romanorum quoque Imperator renun-
 tiatus fuit. Exinde vero omnes fer-
 me Italici Reges Coronam quoque
 Augustalem sortiti sunt. Celebris au-
 tem quaestio inter Eruditos agitata
 est, & adhuc sub Judice pendet, quid
 splendoris, quid auctoritatis Carolo
 Magno, ejusque successoribus olim at-
 tulerit Caesarea dignitas. Nonnullis
 ea sententia fedit, nihil aliud im-
 portasse illam, nisi Titulum, glorio-
 sum quidem, sed nudum, hoc est,
 nullam ei conlatam ditio-
 nem in Romanam, quanquam *Romanorum Impera-
 tor* appellaretur. Sentiunt alii, par-
 tum ea ex dignitate Carolo non so-
 lum jus legitime retinendi Regnum
 illud, quod inique Langobardi Grae-
 cis Imperatoribus usurparant; sed et-
 tiam jus legitime invadendi atque oc-
 cupandi provincias, quae ad Imperium
 Occidentis pertinebant, à Graecis, aut
 ab aliis possessae. Erant vero *Apulia,
 Calabria, Sicilia, Neapolis, Illyricum,
 Candia, Dalmatia, Cyclades Insulae*.
 Ita celebris nostrorum temporum Scri-
 ptor. Ad primum tamen quod atti-
 net, utique Principi tunc omnium
 in Europa potentissimo id nullius mo-

menti fuisset; alterum verò à recti
 linea exorbitasset. Licuerit Leoni III.
 Pontifici, Populoque Romano, ju-
 stas, ut puto, causas habentibus, se
 Graecorum ditio-
 ni subtrahere, novum-
 que sibi Imperatorem statuere: at num-
 quid licuit illis auferre Augusto Graeco
 Catholicam Religionem profiten-
 ti reliquas etiam provincias, justo ti-
 tulo ab eodem possessas, & nulla ra-
 tione ad Romanum Ducatum, aut
 ad Occidentis Imperium spectantes?
 Si male consuta haec imaginatio pon-
 dus haec habere posset, fas etiam Ca-
 rolo novo Augusto fuisset, occupare
 Orientali Monarchae Constantinopo-
 lim, ac ceteras Europae ac Asiae pro-
 vincias eidem subjectas, nam & ea
 omnia Imperio olim Romano pare-
 bant: quod quis concoquere possit?
 Itaque veritatem propius contingat,
 qui praeter titulum Imperatorium,
 conlatam quoque putet Carolo Ma-
 gno supremam dominationem in Ro-
 manam ipsam, ejusque Ducatum, utili
 dominio Summis Pontificibus conces-
 so, qui procedente tempore supremum
 etiam jus inibi sunt adepti. Latius
 argumentum hoc egomet versavi in
*Pleniori Expositione Jurium Caesarum
 ac Estensium in Civitatem Comacini*: qua-
 re innuisse rem contentus, ad alia
 progredior. Quod Romani Imperii
 renovatio sub Carolo Magno nihil
 auctoritatis pepererit Occidentalibus
 Augustis in Regna Galliarum atque
 Germaniae, multa sunt, quae persua-
 dent. Et sane Provinciae illae per
 tot Saecula à Romano Imperio scis-
 sae,

fac, nihil propterea suae libertatis ac juris deperditum voluerunt; atque in iis dominari, succedere, & cuncta agere perrexerunt Reges jure proprio, ac si nullus Romae legem diceret Imperator. Ne ausim quidem dicere, ipsam Italicum, seu Langobardicum Regnum, agnovisse supremam potestatem Romani Caesaris. Et heic jura divisa olim fuisse videntur. Licet enim Pippinus Italiae Rex à patre suo Carolo Magno, & Bernardus item Rex à Ludovico Pio Augusto penderent, eorumque jus supremum agnoscerent, ut ex Diplomatis, Edictis, aliisque ejus aevi monumentis constat: attamen hoc accidisse credendum, quod Regibus iis traditum fuerit à Carolo & Ludovico Italiae Regnum, sed servato sibi supremo jure, quo illud regebant, uti Francorum Reges, non tanquam Imperatores. Et revera undeviginti Annis, antequam Carolus Romanorum Imperator renuntiaretur, Pippinum filium suum Italiae Regem coronavit, sed suprema auctoritate intacta. Quod certum est, nonnulli quidem precedente tempore fuerunt Italiae tantum Reges, non autem Romanorum Imperatores; & contra nemo Augustali Corona donatus fuit, quin simul Italicum Regno fuerit dominatus. Exploratum pariter est, nullum jus Italicis olim Regibus fuisse in Urbem Romam, ejusve Ducatum. Creatus Italiae Rex Ludovicus II. à Lothario Augusto patre suo, Romam profectus est Anno DCCCXLIV. ibique à Sergio II. Papa sacro oleo inunctus, & Regio Diademate redimitus. Anastasio Bibliothecario teste in Vita Sergii II. tunc petierunt Franci, ut omnes Primates Romani fidelitatem ipsi Hludovico Regi per sacramentum promitterent: quod prudentissimus Pontifex

A *feri nequaquam concessit.* Permisit illi duntaxat, ut Romani fidelitatis juramentum praestarent *Lothario Augusto*, non autem ejus filio Ludovico: quum enim hic uni Italico Regno imperaret, nulla ei potestas, nullumque jus obvenerat in Romam, ejusque Ducatum, provinciam nempe Regno Italiae nunquam addictam.

B Inquirendum nunc restat, num electione Principum, an successione sanguinis post Carolum Magnum ad Imperium Romanum, Regnumque Italicum conscenderetur. De Regno Italiae vix ulla controversia intercedere potest. Illud sibi armorum vi conquirit Carolus Magnus; ac proinde ex jure Gentium hereditarium effecerat in stirpe sua. Et in hanc procul dubio ad mortem usque Ludovici II. Augusti per varios Reges descendit, nequaquam expetitis Procerum aut Populorum Italici Regni suffragiis. Quod est ad Imperatoriam Dignitatem, Hermanno Conrigo in Libr. de German. Imp. Rom. Cap. 7. nonnullisque aliis videtur, hanc etiam ex hereditate in filios ac nepotes Caroli Magni transisse. Verum sententia ejusmodi explicatione ac limitatione indiget. Ipsum quoque Francorum Regnum ex profapia Pippini & Caroli primorum Regum assumere sibi Principem consuevit ac debuit; ad hunc tamen Regium Successorem declarandum non sine *electione & consensu Populi Francici* procedebatur. Ita ad Imperialem quoque Thronum quaesitum quidem fuisse videtur jus aliquod Principibus à Caroli sanguine procreatis; sed ut ejusmodi jus comoleretur, necessaria simul fuit electio ac designatio Populorum, hoc est, ut vulgo ajunt, *Statuum*, ac praecipue Romani Pontificis. Quum sibi successorem in Imperio Carolus Magnus

gnus delegisset Ludovicum filium suum, quem Pii cognomento posteriora Saecula donarunt, Anno DCCCXIII. Aquisgranum convocavit Comitibus de Omni Regno, vel Imperio suo. Et convenerunt Episcopi, Abbates, & Comites, & Senatus Francorum ad Imperatorem: sunt verba Chronici Moissiacensis. Ea occasione Carolus habuit consilium cum praefatis Episcopis, & Abbatibus, & Comitibus, & Majoribus natu Francorum, ut constituerent filium suum Ludovicum Regem & Imperatorem. Qui omnes pariter consenserunt. Paria legas apud Theganum Historicum, uti habet Du-Chesnius Tom. 2. Scriptor. Francic. pag. 276. Cum omni exercitu, Episcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus, Locopositis, habuit grande colloquium cum eis Aquisgrano Palatio, interrogans omnes à maximo usque ad minimum, si eis placuisset, ut nomen suum, idest Imperatoris, filio suo Ludovico tradidisset. Neque secus haec narrat nobilis Historicus Eginhardus in Vita Caroli ipsius. An ejusmodi Comitibus interfuerint Legati Romani Pontificis, & Episcopi, ac Principes Italiae, non liquet: nihilominus interfuisse perquam credibile est, quando jam vidimus confluisse illuc Proceres de omni Regno, vel Imperio. Praecipue verò opus erat, ut Romani Pontificis assensu electio illa firmaretur. Et sane Ludovicus idem Augustus Remensi in Urbe consistens, curavit, ut Stephanus IV. Papa in Gallias accitus sibi Coronam imponeret: quod actum Anno Christi DCCCXVI. uti praeclaudatus Eginhardus, aliique Annalistae Franci produnt, multisque describit Ermoldus Nigellus Lib. 2. Poëmaticis de Reb. gest. Ludovici Pii, Part. II. Tom. II. Rer. Italicarum à me evulgati. Parentis exemplum imitatus est postea Ludovicus ipse

A Pius, quum Collegam sibi ac successorem in Imperio decernere voluit Lotharium filium suum. In Vita Wallae Abbatis, publici juris facta ab eximio viro Johanne Mabillonio in Aët. Sanctor. Ordin. Sancti Benedicti, Tom. 4. pag. 512. Lotharius ipse patrem suum his verbis alloquitur: *Me consortem totius Imperii Celsitudo vestra una cum voluntate Populi constituit.* Alibi idem repetit, dicens, se constitutum à Ludovico Successorem totius Monarchiae cum Voluntate & Consensu omnium. Ergo & heic excogitare possumus, suum fuisse locum Romano Pontifici ac Primatibus Italiae, eoque magis, quod non antea Lotharius appellatus est Imperator, quam Coronam è manu Summi Pontificis receperit. Servatum quoque eundem ritum in electione Ludovici II. par est credere.

At Ludovico II. è vivis sine sole sublato, inter Caroli Magni posteros ingens exarsit dissidium, contendentibus singulis, ut sibi quisque Imperium Romanorum affereret. Ejusmodi opportunitatem non segniter captavit Johannes VIII. Papa, & una cum eo Italici Principes, ut exclusis exterorum votis, ipsi Regem & Augustum eligerent. Intercurrente igitur immani donorum, & pecuniae copiâ, pluribus etiam promissis, impetravit Carolus Calvus Francorum Rex à Romano Pontifice, ceterisque Italiae Principibus, in publicis Comitibus Regnum Italicum, simulque Imperatorium nomen, atque Coronam Anno DCCCLXXVI. Extat illustre hujus rei documentum in Concilio Ticini eodem Anno habito, quod habes Part. II. Tomi II. Rer. Italicarum. Ibi complures Episcopi, Principesque saecularis Italici Regni in unum coacti, narratâ prius electione ipsius

ipſius Caroli in Romanorum Imperatorem à Johanne VIII. Pontifice facta, ipſi quoque pro ſuo jure ac munere ipſum eligunt, atque confirmant his verbis: *Nos unanimiter vos Proteſtorem, Dominum, ac Deſenſorem omnium noſtrum eligimus.* Paria praefiterunt Primates Franciae in Concilio Pontigonenſi, ut videre eſt apud Duchefnium in Annalibus Bertinianis, ac in Baronianis ad eundem Annum. Carolo Calvo ſucceſſit in Regno Italiae *Carlomanus*; tum *Carolus Crasſus*, qui & ad Imperialem Thronum ſubinde eſt ſublatus. Exploratum eſt, & iſtos à Romano Pontifice, Principibusque Italicis electos fuiſſe. Quum vero Anſpertus Mediolanenſis Archiepiſcopus contenderet, ſuum praecipue eſſe Reges Italicos eligere; Johannes autem Papa jus illud potiffimum ſibi aſſereret, quum Italicus Rex ad Imperialem Coronam eſſet ſubinde pro more Francorum promovendus: diſſidia inter eos oborta ſunt, quorum veſtigia ſublucunt in Epiftola 155. & 181. aliisque Johannis VIII. Summi Pontificis. Denique pacata ſunt omnia, & qui plura polliciti ſunt, aut plura obtulere, in ſolium Regale atque Imperiale aſcenderunt. Et quidem Carlomanus Anno DCCC. LXXVII. *Optimates Italiae ad ſe venientes ſuſcipiens*, ut auctor eſt Annaſtiſta Fuldenſis, ipſorum vota, ut par eſt credere, ad ſe pertraxit. Et iſ quidem Rex Anno praediſto, non uti Annales Bertiniani habent, *mendaci nuntio audiens, quod Imperator & Papa Johannes ſuper eum cum multitudine maxima bellatorum venirent, & ipſe fugam arripuit per viam, quam venerat; ſed fugato Carolo Calvo Auguſto, quem mors in itinere poſt paucos dies interceptit, placide Ticinenſem Urbem & Regiam ingreſſus eſt,*

A ubi Rex Italiae ſalutatus eſt. Pergamenam vidi archetypam apud Canonicos Regulares incolentes in Urbe Piſtorienſi vetuſtiſſimum Coenobium Sancti Bartholomaei, exaratam, *Regnante Domino Karulumanno Rex in Etalia, poſtquam Papiam Civitate ingreſſus eſt, Anno Secundo, Nono Kalendis Februario, Indiſtione duodecima: id eſt Anno Chriſti DCCCLXXIX.* Ejuſmodi formulam: *Poſtquam Papiam Civitate ingreſſus eſt, Tuſci Notarii familiarum quoque habuerunt ſub Carolo Magno; eamque etſi alia exempla in hoc Opere edita prodant, novo tamen confirmatam accipere neminem pigebit. Scilicet in eodem Piſtorienſis Monafterii Cartophylacio apographum vetuſtum vidi pergamenae hiſce notis ſcriptae: Karolus Sereniſſimus Auguſtus à Deo electus & coronatus, magnus & pacificus Imperator, Romanorum gubernans Imperium, qui & miſericordiam Dei omnipotentis, Rex Francorum & Longobardorum in Etalia, poſtquam Papiam Civitate ingreſſus eſt, Anno Trigeſimo nono, die vigefimo menſe Novembris, Indiſtione ſexta feliciter: id eſt Anno Chriſti DCCCXII.* Ibi Piſtorienſis Epicoſopus *Guillerad*, quem Ughellius corrupto nomine *Wiltretradum* appellat, Hildeperto Abbati Monafterii Sancti Bartholomaei, tres domos vendit, ſpectantes ad Iſeradum Preſbyterum, qui tres ante annos *ad ſolitaria pertransiit vita.* Ad Carolam Crasſum quod attinet, de eo eligendo ſcripſit his verbis Johannes Papa VIII., Epiftola 155 ad Anſpertum Archiepiſcopum Mediolanenſem. *De novi Regis electione, ut omnes pariter conſideremus, vos praediſto tempore aſſeſſe valide oportet; & ideo antea nullum abſque noſtro conſenſu Regem debetis recipere. Nam ipſe, qui à nobis eſt ordinandus in Imperium, à nobis pri-*

mum atque potissimum debet esse vocatus atque electus. Ille autem Rex Italiae electus est Anno DCCCLXXIX.

Post Carolum Crassum Anno DCCC-LXXXVIII. delatum est Italicum Regnum Berengario I. Duci Forojulienti ex Optimatum complurium electione atque consensu, uti in ejusdem Panegyrico Anonymus à Valesio vulgatus satis innuit, & produnt Annales Metenses apud Du-Chesnium Tom. 3. pag. 323. Scriptorum Francicorum, ubi haec leguntur: *Quaedam pars Italici Populi Berengarium filium Eveshardi, qui Ducatum Forojulianorum tenebat, Regem sibi statuunt.* Verum Guido Spoleti Dux, postquam frustratum se vidit obtinendae portionis Francici Regni, qua ductus Franciam intraverat, in Italiam solícite regressus, bellum Berengario atrocissimum intulit; fortunamque secundam expertus, Regnum Langobardicum ferme totum arripuit. Sumseritne ille Sceptrum, titulumque Regalem ex prae-

A cedente Principum Italicorum electione, an ex vi armorum felicium, penuria Historicorum ejus temporis nos haecenus rescire non sivit. At in Archivo insignis Monasterii Sancti Columbani Bobiensis, bene mihi accidit, ut olim reperirem Acta Concilii Ticinensis, ex quibus constat, creditam fuisse necessariam electionem Procerumque consensum. Haec autem jam accepit Lector in Part. II. Tomi II. Rer. Italic. Verum eo lubentius eadem rursus haec proferam, atque Eruditis me rem gratiorem facturum putabo, fragmentum hoc antiquitatis iterum evulgans, quo rariora sunt ejus aevi monumenta, & hinc obvenire lux aliqua potest Historiae illorum temporum & Regum. En ergo Decretum Concilii Ticinensis, ubi electus est Guido, & una cum illo Canones quidam, seu Capitula eà occasione ab Episcopis constituta.

Acta Concilii, seu Comitiorum Ticini habitorum ad eligendum Guidonem Spoleti Ducem in Regem Italiae; simulque Capitula quaedam ad resarciendam tranquillitatem Regni, & immunitatem Ecclesiarum, Anno DCCCLXXXIX.

Post bella horribilia, cladisque nefandissimas, quae meritis facinororum nostrorum acciderunt huic Provinciae, disponente jura Regni hujus, cum tranquillitate sopitis hostibus suis, insigni Rege & Seniore nostro Widone, in Aula Ticinensi nos humiles Episcopi ex diversis partibus Papiae convenientes pro Ecclesiarum nostrarum ereptione, & omnis Christianitatis salvatione, quae pacis jam ad interitum desolationis inclinata erat, annuente nobis eodem Principe, in uno congregati sumus Collegio, ea videlicet ratione, ut his, per quos homicidia, sacrilegia, rapinae, & cetera facinora perpetrata erant, dignam poenitentiam ad capiendam salutem, subtractis eis à male coepto negotio per veram Confessionem, Deo adjuvante, imponeremus, ac ne ulterius tantum nefas excolescere aut sumere valeret, Pastoralis provisione, & auxilio Regio, compescendum decrevimus.

I

In primis oramus, optamus, operamque damus, ut Mater nostra Sancta Romana Ecclesia in statu & honore suo cum omnibus privilegiis & auctoritatibus, sicut ab antiquis & modernis Imperatoribus, atque Regibus sublimata est, habeatur, teneatur, & perenniter custodiatur illaesa. Nefas enim est, ut haec, quae totius corporis Ecclesiae caput est, & confugium atque relectio infirmantium, à quoquam temere propulsari vexarive permittatur, praesertim quum sanitas ipsius nostrorum omnium sit salubritas. Ipse quoque summus Pontifex à cunctis Principibus & Christiani no-

minis cultoribus, digno semper veneretur honore, debitâque praecedat reverentiâ.

II.

Singulorum Episcoporum Ecclesiae cum suis Privilegiis & possessionibus tam interioribus quam exterioribus inconcussae & incorruptae absque aliqua sui deminoratione, vel quorumlibet pravorum hominum injusta vexatione permaneant, sicut praeccepta Regum & Imperatorum sibi collata continent. Rectoresque earum libere Pontificalem exerceant potestatem tam in disponendis Ecclesiasticis negotiis, quam in comprimendis legis Dei transgressoribus universis.

III.

Sancimus etiam, ut neque in Episcopatibus, neque in Abbatibus, vel Sencodochiis, aut ullis Deo sacratis locis ulli violentia, aut novae conditionis gravamina imponantur, sed secundum antiquam consuetudinem omnes in suo statu, suoque Privilegio perpetuo maneant.

IV.

Ut Sacerdotum omnium & Ministrorum Christi unusquisque in suo ordine condigno veneretur honore & reverentia, & cum omnibus rebus Ecclesiasticis ac familiis ad se pertinentibus sub potestate proprii Episcopi quietus & inconcussus permaneat, salvâ Ecclesiasticâ disciplinâ.

V.

Plebei homines & universi Ecclesiae filii libere suis utantur legibus; ex parte publica, ultra quàm legibus sancitum est, ab eis non exigatur, nec violenter opprimantur. Quod si factum fuerit, legaliter per Comitem ipsius loci emendetur,

dir, si suo voluerit deinceps potiri honore. Si vero ipse neglexerit, vel fecerit, aut facienti praebuerit assensum, à loci Episcopo usque ad dignam satisfactionem excommunicatus habeatur.

VI.

Palatini, qui in Regio morantur obsequio, pacifice sine deprædatione Regi deserviant, suis contenti stipendiis.

VII.

Hi vero, qui tempore Placiti diversis ex partibus convenerunt, nullam, pertranseuntes in Villis seu Civitatibus, rapinam exerceant, sibi necessaria antiquâ consuetudine digno pretio ementes.

VIII.

Quicumque ab exteris Provinciis adventantes, deprædationes atque rapinas infra Regnum hocce exercere præsumunt, bi cum quibus morantur, aut ad audiendam eos adducant, aut pro eis emendent. Neque eos ulterius in talibus ausis sua potestate defendere audeant. Quod si fecerint, inter excommunicatos habeantur, quousque resipiscant.

IX.

Præterea quia gloriosus Rex Wido dignatus est nobis promittere, conservaturum se præscripta Capitula necessitate non minimâ confecta, & quæ in eis continentur, curam habens, Deo inspirante, suæ nostræque salutis, sicut apertis iudiciis jam demonstrat: ideo nobis omnibus complacuit Eligere illum in Regem & Seniore atque Defensorem, quatenus amodo & deinceps illo nos secundum Regale ministerium gubernante singuli nostrum in suo ordine obedientes & adjuvatores pro posse existamus illi ad suam Regni que sui salvationem.

DECRETUM ELECTIONIS.

Post obitum recordandæ memoriæ Domini Karoli gloriosi Imperatoris & Senioris nostri, quot quantaque pericula

huic Italico Regno usque in præsens tempus supervenerint, nec lingua potest evolvere, nec calamus explicare. Ipsi denique diebus quasi ad certum signum supervenerunt, quæ pro hoc Regno, ut sibi volentes nolentesque adsentiremur, minis diversis & suasionibus invidiosè furtive ac fraudulenter adtraxerunt. Sed quia illi, superveniente perspicuo Principe Widone, bis jam fugâ lapsi ut famus evanuerunt, nosque in ambiguo reliquerunt: tamquam oves non habentes pastorem, necessarium duximus ad mutuum colloquium Papiæ in Aula Regiæ convenire, ibique de communi salute & statu hujus Regni solícite pertractantes, decrevimus uno animo, eademque sententiâ præfatum magnanimum Principem Widonem ad protegendum & regaliter gubernandum nos in Regem & Seniore nobis eligere, & in Regni fastigium Deo miserante præficere, pro eo quod isdem magnificus Rex, divino, ut credimus, protectus auxilio, de hostibus potenter triumphavit; & hoc non suæ virtuti, sed totum divinæ misericordiæ prudenter adtribuit. Insuper etiam sanctam Romanam Ecclesiam ex corde se diligere & exaltare, & Ecclesiastica jura in omnibus observare, & Leges proprias singulis quibusque sub sua ditione positis concedere, & rapinas de suo Regno penitus extirpare, & pacem reformare, & custodire se velle Deo teste professus est. Pro his ergo & aliis multis ejus bonæ voluntatis iudiciis ipsum, ut prælibavimus, ad Regni hujus gubernacula ascrivimus, eique toto mentis nisu adhaesimus, Seniore piissimum & Regem excellentissimum pari consensu & in posterum decernentes.

Heic Annus non legitur, quo celebrata fuerint Ticinensia illa Comitata: mihi tamen veri videtur similius, contigisse hæc Anno Christi DCCCLXXXIX. quo Marianus Sco-

tus, & Sigonius noster victoriam Guidonis referunt. Multis sane tenebris obsita est Chronologia in statuendo primo Anno non Regni solum, sed & Imperii Guidonis. Valefius sequutus Annales Fuldenfes, ac Metenfes, Reginonem ac alios, scribit, eodem Anno, quo Berengarius Rex Italiae confalutatus est, Guidonem quoque eundem sibi titulum affumfisse, hoc est Anno DCCCLXXXVIII. Marianus autem id factum narrat Anno subsequente. Ipsum verò Imperatorem creatum Anno DCCCXCII. auctor est Cardinalis Baronius. Contra Pagius, Mabillonius, ac alii, Anno DCCCXCI. Augustalem Guidonis coronationem tribuunt. Diem verò coronationis iis ignotum videas, quem tamen Sigonius meus recte indicarat. Ego aliquot tantum veteres tabulas in hanc rem indicabo. In Lucensis Episcopatus Archivo Chartam vidi *Anno III. Guidonis Imperatoris, Pridie Kalendas Decembris, Indictione XII.* scriptam, hoc est Anno DCCCXCII. Eodem Anno exarata est haec altera, nempe *Anno III. Domni nostri Guidonis, gratia Dei Imperatoris Augusti, VI. Kalendas Julii, Indictione XI.* Ad Annum DCCCXCII. spectat tertia conscripta *Anno II. Domni nostri Guidonis Imperatoris, XV. Calendas Septembris, Indictione X.* Quarta referenda est ad Annum DCCCXCI. & haec Chronologicas notas praefert: *Anno Primo Imperii Domini nostri Guidonis, gratia Dei Imperator Augustus, XII. Kalendas Septembris, Indictione IX.* Quare apertissimum est, ante diem XXVI. Maji Anni DCCCXCI. Guidonem fuisse Caesarem renuntiatum. Verum hac de re certiora monumenta infra indicabo in Dissertatione Trigesima Quarta de *Diplomat.* Quod est ad Annos Regni, Sillingardus in Ca-

talogo Episcoporum Mutinensium pag. 19^o exhibet Diploma ejusdem Guidonis, *Datum X. Kalendas Decembris, Indictione X. Anno Incarnationis Dominicae DCCCXCII. Regnante Domino Widone in Italia, Anno Regni ejus Quarto, Imperii Primo.* Sub oculis & ego habui eandem pergamenam existentem in Tabulario Cathedralis Mutinensis, & autographam deprehendi. Ibi vero Episcopus, cui concessum fuit hoc Privilegium, *Leudoinus* appellatur, non autem *Leodoinus*. Monogramma Guidonis cum his notis legitur



Signum Domni Widonis serenissimi Imperatoris. Godfredus Notarius ad vicem Helbunci Archicancellarius recognovi & subscripsi.

Datum X. Kalendas Decembris, Indictione X. Anno Incarnationis Domini DCCC-LXXXI. Regnante Domino Widone in Italia Anno Quarto, Imperii Primo. Deceptus est Sillingardus in excubendo Anno Epochae vulgaris, eo quod non satis animadvertit, in Diplomate litteram lineae superioris excurrere in inferiorem: quam excursionem ipse pro unitate accepit. Illic ergo statueretur Annus DCCCXCI. quod & ab Indictione indicatur: eo siquidem Anno, Mense Septembri, decurrere coepit Indictio Decima. Corrigendum simili ratione est alterum ipsius Guidonis Diploma apud Baluzium Tomo II. Capitular. pag. 1521. ubi haec leguntur: *Helbanca Archicancellarius* (scribendum *Helbuncus*). *Datum III. Kalendas Julii, Indictione IX. Anno Incarnationis Dominicae DCCCXCII. Anno Domini Widonis, Regni ejus IIII. Imperii II.* Vitiata haec videtur Indictio, & restituenda Decima, quae mense Junio Anni DCCCXCII. sola currebat.

bat. Verùm ex collatione praecedentium constat, corrigendum esse potius Annum, & heic quoque reponendum *DCCCXCI*. Imperii autem non *Secundum*, sed *Primum*. Atque hinc discas, Guidonem Regni Italici annos numerare coepisse ab Anno Christi *DCCCLXXXVIII*. & quidem ante Julium mentem inchoatos. Quod mirum videatur, nam Berengarius Regium titulum consequutus tunc dominabatur; neque contigit Guidoni nisi post multum tempus à suo regressu ex Galliis, ut ab Italicis Principibus eligeretur in Regem. Certe ex hoc eodem Decreto evincitur, ante ejus Electionem praecessisse *horribilia bella, caedes, ac rapinas*, ac duobus proeliis fractum Berengarium. Quae omnia non tam cito peracta quisque intelligat. Accedit Erchemperti Historici auctoritas, qui *Rer. Italicar.* Tomo II. pag. 255. in haec verba scripsit: *Hoc etiam Anno DCCC. LXXXVIII. reversus est Guido ad Italiam, quam principare cupit, sed obtinere nequit.* Tum subdit proelia ab eo inita cum Berengario, & quidem dubio Marte. *Post quae pacti sunt tantum ad invicem usque in Epiphania, quae celebratur VIII. Idus Januarii.* Quum ergo Electionis hujus, quod profero, Decretum in Comitibus Ticinensibus prodierit post belli exitum, & Berengarium bis profligatum: consequens mihi videtur, referendum illud in Annum *DCCCLXXXIX*. At ille ab Anno *DCCCLXXXVIII*. numerat Annos Regni, ut supra vidimus. Alterutrum igitur suspicari cogimur: nempe aut Guidonem non expectatam Procerum electione usurpasse Titulum Regium, statim ac Anno *DCCC. LXXXVIII*. se ex Francia Italiae

A restituit, aut suo Regno attribuisse totum ferme illud tempus, quod à morte Caroli Crassi defluerat. Postremis tamen mensibus Anni *DCCC. LXXXVIII*. si victoriam Guidonis ejusque Electionem alligare velis, tunc in Diplomate Baluziano emendanda tantum erit Indictio, & reliqua sustinenda. Videas autem in Decreto nostro Praefules protestari, *se volentes nolentesque* Berengario paruisse: quae verba homines nobis exhibent fortunam Guidonis profus adorantes, uti & quum ajunt, *inimicos bis jam fugà lapsos, ut fumus, evanuisse*: non enim ita rem describunt Historici, qui iisdem temporibus florere. Ceterum dissimulare nolo ejusdem Widonis nondum Imperatoris Diploma, editum ab Ughellio in *Episcop. Faesulan.* Tomo III. Italiae Sacrae, & datum *VII. Kalendas Junii Anno Incarnationis Dominicae DCCCXC. Indictione VIII. Anno Domno Widone in Italia regnante Primo*. Si hisce notis fides habenda, jam sentis, ab Anno *DCCCLXXXIX*. arcessendum esse exordium Regni Widonis. Sed non is est Ughellius, cui tutò semper fidere possimus.

Ludovicus Provinciae Rex Anno *DCCCC*. hoc est jam fato functis Guidone & Lantberto ejus filio Augustis, Italicum Regnum & ipse invasit, potiolemque illius partem quum Berengario eripuisset, Ticini in Regia Langobardica Rex Italiae consalutatus est. At ne hoc quidem factum absque electione Italicorum Principum, locupletissimum testem dabo ejus Diploma concessum Petro Episcopo Arretino, quod olim descripsi ex Tabulario Canonicorum Civitatis Arretii. Ita vero se habet.

Privilegium Ludovici II. Regis Italiae atque Provinciae, concessum
Petro Arretino Antistiti, Anno 900.

IN nomine sanctae & individuae Tri-
nitatis. Hludovicus, divina faven-
te clementia, Rex. Si petitionibus Sa-
cerdotum Dei, & Procerum nostrorum
iustis & rationabilibus annuimus, id
nobis procul dubio ad aeternam beatitu-
dinem capescendam pertinere confidimus,
quia decet Regale fastigium, & Eccle-
siarum Dei Antecessorum nostrorum dona
tam Regum, quam & Imperatorum ad
proprium statum, affectumque etiam eo-
rum redintegrando renovare. Quapropter
omnium fidelium Sanctae Dei Ecclesiae,
nostrorumque praesentium scilicet & fu-
turatorum comperiat industria, quia ve-
nientibus nobis Papiam in sacro Pala-
tio, ibique Aelectione, omnipotentis
Dei dispensatione, in nobis ab omni-
bus Episcopis, Marchionibus, Comi-
tibus, cunctisque item majoris, in-
feriorisque personae ordinibus facta,
pro ut opportuni temporis ratio signifi-
cabatur, adiit Petrus venerabilis Ariti-
vae Ecclesiae Episcopus culmen clemen-
tiae nostrae per Adelbertum illustrem
Tusciae Marchionem, dilectum fide-
lem nostrum, & Sigifredum atque A-
delmum karissimos Comites nostros,
quatenus res Arretinae Ecclesiae à prae-
decessorum nostrorum Regum, videlicet
ac Imperatorum concessione, donatione,
nec non & confirmatione, atque Roma-
ni Privilegii sanctione concessa, nostra
auctoritate conservare & renovare ibi-
dem studuissimus. Ideoque praedictorum,
nostrorum videlicet fidelium deprecatione
benivole moti, ob Dei omnipotentis ac
praefatae Ecclesiae reverentiam, amorem-
que superscriptum fidelium nostrorum, con-
cedentes concedimus, & consentientes con-

A sentimus praetaxatae Arretinae Ecclesiae
omnia dona Regum & Imperatorum,
Antecessorum scilicet nostrorum quoquo mo-
do adquisita, vel Romani Pontificis sax-
tione concessa, iuste & legaliter ad eam
pertinentia tam Regalibus dationibus,
quam & Imperialibus confirmationibus,
nec non & Romanis institutionibus exa-
rata, omnia & in omnibus ipsi Eccle-
siae, sub nostri regiminis tuitione &
B defensione per hanc nostram confirmatio-
nem recipientes. Statuentes etiam, ut in
Sancta Arretina Ecclesia nullus Comes,
nullusque Judex, vel quaelibet Judicia-
ria potestas, neque magnae parvaeque
personae quamlibet invasionem vel super-
stitionem tam in rebus, familiis Plebi-
bus, Monasteriis, colonis, liberis, al-
dionibus, vel servis, Vasallis etiam,
omnibusque hominibus utriusque sexus re-
sidentibus supra res praefatae Ecclesiae
facere praesumat, sed sicuti per anteces-
sorum nostrorum paginas praeceptali or-
dine ei concessae undique possessiones, vel
aliorum hominum iuste & legaliter ve-
dibitiones fuerunt, omni remota intentio-
ne, jam dicta Ecclesia cum suis possi-
deat. Haec vero nostra Regalis institutio,
D & praefatorum fidelium nostrorum
generaliter promulgata & sancita aucto-
ritas in omnibus Comitibus per totius
Italiae fines, in toto Regno Romanorum,
& Langobardorum, & Ducatus Ita-
liae, Spoleti, & Tusciae, Deo favente,
per infinita tempora robur optineat, nul-
lique temerari impune eam contempne-
E re facultas existat. Quam si quis viola-
re praesumpserit, centum Libras auri se
ompositurum agnoscat, medietatem Ec-
clesiae, cui violentiam intulerit, & me-
dicta.

dietatem Palatio nostro. Et ut haec no-
strae praeceptionis auctoritas nostris fu-
turisque temporibus inconuulsam atque in-

A | violabilem obtineat firmitatem, manu
propria subter roborantes, anuli nostri
impressione insigniri iussimus.

Signum Domni

PO
LILS

Ludovici gloriosissimi Regis.

Arnulfus Notarius ad vicem Liutubardi Archicancellarii recognovi & subscripsi.

Locus Sigilli Cerei deperditi.

Data IV. Idus Octobris, Anno Incarnationis Dominicae DCCCC. Anno vero
Domni Ludovici gloriosissimi Regis in Italia Primo.
Actum Papiae in Dei nomine feliciter. Amen.

Qui heic memoratur *Adelbertus II. Marchio Tusciae*, ad cuius preces Privilegium hoc impetravit *Episcopus Arretinus*, idem praecipuus auctor Ludovico fuit, ut in Italiam descenderet, eidemque Italicam primò, tum Augustalem etiam Coronam procuravit, uti *Liutprandus* testatur Lib. 2. Cap. 10. Historiae suae. Autographum dixi Diploma; ejusmodi enim describenti mihi olim visum est. Nunc animadverto, desiderari illic *Indictionem*, quae in aliis ejusdem Principis ac temporis legitur. Ad haec praecipit ille, ut Privilegium hoc in omnibus Comitibus per totius Italiae fines, in toto Regno Romanorum & Langobardorum, & Ducatus Italiae, Spoleti, & Tusciae, Deo favente, per infinita tempora robur obtineat. Admirationem certe moveat, immo falsi suspicionem, intueri, Ludovicum nondum Imperatorem, & Regem duntaxat Italiae, seu Regni Langobardorum, auctoritatem suam proferre & in Regnum Romanorum. Nam quod tres tantum Ducatus enumeret, fortassis id factum, eo quod *Forojulienis* heic

B omiffus Berengario adhuc obtemperabat. Ego rem Eruditis perpendendam relinquo, id unum contendens, non facile falsi inscribendas esse veteres Chartas, quod in iis nonnulla nunc minime intelligamus. Diploma vero illud antiquissimum saltem mihi visum fuit, ita ut non injuriâ adhiberi possit ad ea nunc statuenda, quae olim nemo ementiri voluisse putandus est. Hinc ergo discimus, circiter diem IV. Id. Octobris Anni DCCCC. electum fuisse eundem Ludovicum in Regem Italiae ab Optimatibus Ticini congregatis. Tum pergens Romam ad accipienda Imperialia insignia, constitit Placentiae postremo die Octobris Anni ejusdem, uti ex quodam Diplomate monuit *Sigonius* noster de Regno Italiae Lib. 6. Quumque is Romam regressus, Lucae jus dixerit Februario mense Anni DCCCCI. id testante ejus *Placito*, quod *Florentinus* profert in *Vita Mathildis Comitissae*, Lib. 3. pag. 114. facile intelligimus, Romanam illius Coronationem contigisse sacro die Natali Salvatoris nostri, Anno DCGCC.

DCCCC. Nunc verò sunt repetenda Ludovici ipsius verba ex nuper allato Diplomate: *Venientibus nobis Papiam in sacro Palatio, ibique Aelecticane, omnipotentis Dei dispensatione, in nobis ab omnibus Episcopis, Marchionibus, Comitibus, cunctisque item majori inferiorisque personarum ordinibus facta &c.*

Neque pluribus opus est, ut tandem intelligamus, quorum olim suffragia exigentur ad decernendos Italiae Reges. Eiusmodi autem legi seu ritui conjicere possumus, obnoxios pariter fuisse Rudulsum Burgundionem, atque Hugonem Provinciae Ducem, utrumque postea Italicam coronam donatum. De Hugone haec habet Liutprandus Historicus: *Percitus venit Papiam, cunctisque conniventibus Regnum suscepit Anno DCCCCXXVI. Tum Anno DCCCCXXX. Lotharius ejus filius cunctis conniventibus in consortium Regni adscitus fuit. Successerunt Anno DCCCCL. Berengarius Secundus, quem Quartum supino errore appellarunt complures Historici posteriorum temporum, & Adalbertus illius proles. Ita de iis legimus in brevi Chronico Regum Italiae, quod Tomo II. Anecdotor. (*) & rursus Tomo IV. Rer. Italicarum evulgavi: Die Dominico, XV. die Decembris in Basilica sancti Michaelis, quae dicitur Major (idest Ticini) fuerunt Electi & Coronati Berengarius, & Adalbertus filius ejus in Regibus. Iisdem verbis utitur Anonymus Auctor Chronici Novaliciensis apud Du-Chesne Tom. III. Scriptor Francic. pag. 636. de ambobus hisce Principibus scribens: *Electi sunt Reges, ut praecessent Italiae.* Accedat nunc Landolphus Senior Mediolanensis Historicus in Chronico suo, quod in eodem Tomo IV. Rer. Italicarum publici juris feci, nosque e-*

A doceat, qua ratione Otto Magnus Germaniae Rex Italicum quoque Regnum suae ditioni adjecerit. *Walpertus* (scribit ille Lib. II.) *Mediolanensis Archiepiscopus, convocatis Episcopis, Ducibus, Marchionibus, omnibusque Italiae Primatibus, de superbia Alberti* (hoc est Adelberti Regis) *conquestus est. Igitur spretam Alberti, ac suae gentis totius superbiam, qui Italiam quasi ancillam dominabantur, Otto ab Omnibus in Regem magnis cum triumphis Electus & sublimatus est. An & Otto II. Magni filius per ejusmodi Electionem Langobardici Regni fasces fuerit consequutus, Historia non refert. Eandem tamen intercessisse, evincere videtur non una Regnorum ejus Epochae. Testibus Continuatore Reginonis, ac Sigeberto Electus idem fuit Germaniae Rex sacro Pentecostes die, idest VII. Calendas Junias Anni DCCCCLXI. En eorum verba: *Consensu, & unanimitate Regni Procerum, totiusque Populi, filius ejus Otto Rex Eligitur.* Hinc illi fluere coepit Epochae Germanici Regni. Perpendantur nunc notae Chronologicae Chartarum aliquot, quas aut laudavi aut protuli Cap. XVI. Antiquit. Estens. & palam fiet, Epocham Italicum Regni serius exordium sumsisse, videlicet aut postremis diebus Anni DCCCCLXI. aut prioribus subsequenti DCCCCLXII. Non ergo sat fuit Ottoni II. Germanicorum Principum Electio, ut Regno Italiae potiretur; sed necessaria simul fuere Italicorum vota; nondum enim cum Germanico junctum fuerat Italicum Regnum.*

E Post Ottonem II. Imperatorem, Regium Thronum conscendit ejus filius Otto III. Anno DCCCCLXXXIII. Par est credere, ad ejus Electionem suam tesseram contulisse Italicos quoque

(*) In P. III. Tom. XI. hujus Editionis nostrae.

que Proceres; nam piissima ejus A-
 via Adelaïs Augusta Ticini tunc con-
 sistens, negotia illius procurabat; &
 Veronae Anno 983. Italici Regni
 Comitia habuit. Praeterea Johan-
 nes Archiepiscopus Ravennas, unus
 ex Italicis Principibus, una cum
 Willigiso Archiepiscopo Moguntino,
 ipsum Aquisgrani in Regem inun-
 xit, & coronavit, uti fidem facit
 Chronicon Hildesheimense. Postre-
 mum diem obiit Otto III. sine pro-
 le Anno MII. sub quo apud Eru-
 ditos jam firmatum est, minime in-
 stitutum fuisse Collegium Septemvi-
 rale Electorum Imperii, ut proxime
 praeteritis Saeculis vulgo reputa-
 tum est. Ottone ergo fatis functo,
 inter Italicos Principes eodem Anno
 MII. ingens animorum contentio ac
 divisio emerfit de Successore eligen-
 do. Pars una sibi *Arduinum Epore-
 diae Marchionem* praefecit, altera *Hen-
 ricum II. Germaniae Regem*, qui Cae-
 litum postea albo inscriptus est. Il-
 lud exploratum habemus, utrumque
 non nisi per Electionem Italicorum
 Principum, Regni hujus titulo ac
 ditione auctum fuisse. Audi Arnul-
 phum Mediolanensem ejusdem Saecu-
 li Historicum in Chronico, quod ha-
 bes Tomo IV. Rer. Italicar. Lib. I.
 Cap. 12. *Tunc Ardoinus quidam, no-
 bilis Hipporegiae Marchio, à Langobar-
 dis Papiae Eligitur, & vocatus Caesar*
 (vide insuetam nominis usurpationem
 in Italicis tantum Regibus) *ab omni-
 bus, Regnum perambulat univrsum.* Ad-
 dit subinde Cap. 14. *Henricum Ger-
 maniae Regem, profligato Arduino,*
Italiam ingressum, ubi Rex statim E-
lectus, suoque post tempore Romanus Im-
perator effectus est. Landulphus Senior,
 Historicus supra memoratus, & ipse
 Mediolanensis, & Arnulphi aequalis,
 Lib. II. Historiae scripsit, Arduinum

Tom. I.

A *paucis consentientibus Italiae Primatibus*
 occupasse Regnum Italiae. Deinde
 verò Arnulphus Mediolanensis Archie-
 piscopus in *Ronchalia cum omnibus I-*
taliae Primatibus colloquium statuit, u-
bi quum diversa de Regni negotiis tra-
ctassent, Arduini spreto dominio, quod
malis artibus usurpaverat, Henricum Theu-
tonicum scientia illustrem, armis fortissi-
imum, militumque copiis abundantem,
ac divitiis affluentem, Elegit. Omnium
 tamen hanc in rem praestantissimus
 Scriptor accedat Ditmarus Episcopus
 Merseburgensis, qui post enarratum
 Libro IV. Chronici ingressum Hen-
 ricum in Italiam, haec de illo subdit:
Post haec Papiam visitans Urbem, ab
Archianteistite (hoc est à Mediolanen-
si Archiepiscopo) & à Primis illius
regionis susceptus, cum admirabili laude
ad Ecclesiam ducitur, & communi E-
lectione sublimatus, in solum Regale
collocatur. Eadem legas in Chronico
 brevi Regum Italiae à me edito his
 verbis: *In die Dominico, qui fuit die*
XI. mensis Madii, inter Basilicam San-
cti Michaëli, quae dicitur Majore, fuit
 C *Electus Henricus, & coronatus in se-*
 cundo die. *Chorum claudat Diploma,*
 quod Cap. XIII. Antiquitat. Estensium
 protuli, è Ticinensis Episcopii Ta-
 bulario depromptum, ubi idem Hen-
 ricus Augustus Anno MXIV. *Mar-*
chionem Obertum Atestinae Familiae
 propagatorem perduellionis damnasse
 una cum ejus Filiis ac Nepote *Al-*
 D *berto* legitur, quod ipsi pro Arduino
 rursus bella gesserint, postquam (ita
 is ait,) *nos in regem & Imperatorem*
 E *Elegerunt.*

Atque haec tenus palam fecimus, ad
 ea usque tempora firmum persistisse
 in Italicis Principibus jus eligendi
 sibi Regem, legitimumque illud a-
 gnitum fuisse ab Henrico etiam Pri-
 mo inter Augustos. Quod tamen eo

K

in

in Diplomate negotium facessere possit, dicuntur Principes illi confluisse ad eligendum Henricum non solum in *Regem*, sed & in *Imperatorem*. Jam liquet, à Regibus Italiae non antea assumptum Augustale nomen, quam Caesarea insignia Romae induissent; eorum autem Electio ad Imperiale fastigium à Romano Pontifice pendebat, fortassis etiam à Senatu amplissimae Urbis. Haec quidem & ego novi: nihilominus repeto, non facile ferendam illorum audaciam, qui ad apocrypha statim, aut interpolata amandant veteres Chartas non alio titulo, quam quod cum quibusdam vulgaribus opinionibus conciliare nesciunt monumenta antiquitatis. Nostris diebus, eoque magis temporibus iis, quibus inter tot turbines Ambitionis atque Avaritiae Italia fluctuabat, immutatos vidimus Regnorum Dominos, & regiminis formam, & Principum jura. Fortasse jam tum invalescere mos coepit, ut qui à Primatibus Germaniae ac Italiae Rex eligeretur, is continuo ex ea electione jus quoque acquireret sibi ad Imperiale Diadema. Exhibent nobis Historiae in Ottone III. & Henrico, de quo nunc agimus, atque in aliis tantummodo Regibus, vestigia quaedam auctoritatis prolatae in ipsam Urbem. Omnium autem ore feruntur celeberrimi ii versus Guntheri Lib. I. Ligurinae, ubi de temporibus Friderici I. Augusti in hunc modum scribit:

*Ex quo Romanum nostra virtute redemptum,
Hostibus expulsis, ad nos justissimus ordo
Transtulit Imperium: Romani gloria Regni
Nos penes est. Quemcumque sibi Germania
Regem*

*Præficit: hunc dives submisso vertice Roma
Suscipit, & verso Tiberim regit ordine
Rhenus,*

A Quum haec literis mandabat Guntherus, fortassis in uno Principum Germanicorum Collegio jam conclusum erat jus eligendi Regem, cui electo tacite quoque jus nascebatur ad Imperatoriam Coronam. Ego tamen ne hoc quidem unis Germaniae Optimatibus Friderici I. aevo attributum reor, ut infra ostendam, nam
B & tunc suis Italicis Principibus ad Electionem Regis locus fuit, eà solum in ejusmodi negotio mutatione facta, quod Italis in Germaniam accedere opus erat, si suis suffragiis Regiae Electioni interesse cupiebant. Animadvertamus interea, qui peracta fuerit Electio *Conradi Salici*, quem
C Henricus Sanctus successorem in Regno habuit Anno MXXIV. Rem perspicue narrat Wippo Historicus illius temporis in Vita ejusdem Conradi, referens convenisse ad electionem Regis Principes cum Ecclesiasticos, tum Saeculares Alamanniae, Bavariae, Lotharingiae &c. tum Praesules Saxoniae; post quae de Italicis haec habet: *Italiam transeo, cujus Principes in brevi convenire ad Regiam Electionem nequiverunt. Qui postmodum in Urbe Constantiensi cum Archiepiscopo Mediolanensi & reliquis Principibus occurrentes Regi, sui effecti sunt, & ei fidelitatem libenti animo juraverunt.* Ergo ad eligendos Reges tunc advocabantur Italiae quoque Primates. Atque inter eos, qui non segnes illuc advolarunt, invenio Ambrosium Abbatem Monasterii Lucensis Sancti Pontiani, olim Benedictinorum, nunc Monachorum Montis Oliveti, cui Conradus Diploma dedit, mihi visum in Tabulario ejusdem sacri loci. Inde haec pauca decerpsi.

Conradi I. Italiae Regis Diploma, quo confirmat jura Monasterio
Lucensi Sancti Pontiani, Anno 1025.

IN nomine sancte & individue Tri-
nitatis, Chuonradus divina favente
clementia Rex &c. qualiter Dominus
Ambrosius venerabilis Abbas nostram
supplex adiit Celsitudinem deprecans, ut
pro Dei amore, suaque supplicatione,
Monasterium, quod restauravit quaedam
Matrona Willa vocata, mater vero Hu-

Algonis incliti Marchionis, pro sua anima
& pro animabus omnium Christianorum
fidelium, Deo favente, foris murum Lu-
censis Urbis, in honore Sanctorum Apo-
stolorum Philippi & Jacobi, & Sancti
Pontiani Martyris Christi, cuius glorio-
sum Corpus ibidem requiescit &c.

Signum Domni Chuonradi



Regis invictissimi.

Hugo Cancellarius vice Aribonis Archicancellarii recognovi.

Hiatus Sigilli cerei deperditi

Data in VIII. Kalendas Mai, Indictione VIII. Anno Dominicae Incarnationis
MXXV. Anno autem Domni Kuonradi Secundi Regnantis Primo.
Actum est in Augusta Civitate.

Manibus quidem pedibusque niti
Christophorus Gewoldus potest in Com-
mentario de Electoratu Cap. 7. ut sta-
tuat institutum multo antea (hoc est
Ottonis III. temporibus) Collegium
Septemvirale Electorum. Nos ei ob-
jicimus Wipponis auctoritatem, a-
pertam satis atque perspicuam, &
praesertim accepto simul toto illius
Scriptoris contextu. Quid? quod Wip-
poni socium adjungere possumus Ita-
licum quoque Scriptorem, Arnulphum
videlicet Mediolanensem ejusdem Sae-
culi Historicum. Affermat ille Lib.
2. Cap. 2. Eribertum Archiepiscopum
Mediolanensem, contra nitentibus re-
liquis ferme Italiae Principibus, in
Germaniam properasse ad eligendum
Regem. Suorum, inquit, comparium

declinans consortium, incitis illis ac re-
pugnantibus, adiit Germaniam solus ipse,
Regem Electurus Teutonicum. Deinde
subdit, regressum Eribertum in Ita-
liam nihil non egisse, ut Primatum
animos conciliaret Conrado, eoque
agente tandem suum Electum fere omnes
laudavere suscipiendum.

Atque haec tenus congesta sat lucis
ministrare nobis queant ad intelli-
gendum, quare in supra memorato
Diplomate Obertus II. Marchio dicatur
& ipse convenisse ad eligendum Hen-
ricum apud Germanos Secundum in
Regem & Imperatorem. Jam patet, I-
talicis quoque Principibus ad Comi-
tia & Electionem Regis suum olim
fuisse jus & locum, non secus atque
Germanicis. Qui vero Germaniae,

ac Italiae Rex decernebatur, is simul designabatur & futurus erat Romanorum Imperator, eo fere pacto, quo nostris temporibus quicumque Rex Romanorum proclamatur, certum jus consequitur ad Imperialis etiam Dignitatis titulum & culmen: nisi quod olim ut nomen & usus Augustalis Dignitatis rite assumeretur, opus erat Coronatione Romana. Atque haec omnia à Summis Pontificibus, ad quos praecipue pertinebat Imperatorum Electio, censendum est fuisse concessa aut tacito consensu, aut expressis pactis, aut ita suadente metu, quum nulla plerumque obstandi ratio foret armato Regi Italiam intranti, & Italici Regni potentiam & Coronam adepto. Ceterum mihi veri videtur simile, non tam citò excidisse jus Italicorum Principum in Electione Regum. Otto Frisingensis Episcopus, nobilis Historicus, referens acta Friderici I. Augusti Nepotis sui, Lib. 2. Cap. 1. de Gest. ejusdem, auctor est, non defuisse hujus Principis Electioni quosdam Italiae Optimates. *In Oppido, inquit ille, Francofurt de tam immensa Transalpini Regni latitudine, universum (mirum dictu!) Principum robur, non sine quibusdam ex Italia Baronibus, tanquam in unum corpus coadunari potuit. Ubi quum de eligendo Principe Primates consultarent: nam id juris Romani Imperii apex, videlicet non per sanguinis propaginem descendere, sed per Principum Electionem Reges creare, sibi tanquam ex singulari praerogativa &c.* Juvat insuper adferre quae habet Amandus à Secretis ipsius Friderici I. in Libro de primis Actis à Friderico in Imperio peractis, quem laudatum vidi à nuper memorato Gewoldo Jurisconsulto Germanico in eodem Tractatu Cap. 6. Anno MCLII. (ita

A ille scribit) *multi illustres Heroes ex Lombardia, Tuscia, Januensi, & aliis Italiae dominiis, ac major & potentior pars Principum in Transalpino Regno convenerunt in Urbe Francofurtensi.* Tum subdit, omnes concordibus votis in Electionem Friderici I. consensisse. Quare jam videas, non unis Germaniae Primaribus, eoque minus unis Septemviris Electoribus olim datum creare posse Regem, ac futurum Imperatorem, sed Italicis quoque jus idem fuisse, ac propterea nimium nutare, quae Hermannus Conringius, vir alioqui singularis eruditionis, habet in Libro de Finib. Imper. German. Lib. 2. Cap. 19. §. 28. *Huc facit (sunt ejus verba) quod Italia omnem paene potestatem Caesaris aut Regis constituendi, adeoque ejus, qui & Italis omnibus imperandi jus habeat, uni Germaniae citra omnem controversiam numquam non concesserit, ex quo ab Otone fuit devicta.* Alios mores progressu temporis Germania, alios Italia hoc in negotio cepit. Nam apud Italos crescente potentia Urbium, quae jam Reipublicae formam assumerant, omnes fere Episcopi, & plerique saeculares Principes suis ditioribus, hoc est dominatione Civitatum & Castrorum spoliati sunt, atque in ea perturbatione rerum jus etiam amiserunt conveniendi ad Regum & Caesarum Electionem. In Germania vero, ut faciliori via eadem Electio perageretur, sensim suffragiorum jus redactum est ad Septem praecipuos amplissimi illius Regni, sive Reipublicae Proceres, qui nunc Electores dicuntur; & proxime praeterito Saeculo duobus additis ad novenarium numerum affurrexerunt. Ceterum vetustioribus Saeculis non in Germania, sed Ticini in magnifico Italicorum Principum conventu, perage-

ragebatur Italici Regis Electio. Confluebant illuc Episcopi, Duces, Marchiones, & Comites; & in quem coibant plurium suffragia, ille Rex consalutari consuevit. Ea de causâ mos fuit, ut quisque ex iis domum propriam sibi conquireret in Urbe Ticinensi, qua uterentur, quoties ad Regni Comitata, aut ad Aulam Regiam, aliis negotiis poscentibus, accedendum erat. Et quidem hac in re sibi, suisque Successoribus consuluit Warinus Mutinensis Episcopus Anno MXVIII. Dedit enim operam, ut

A Rainardus quidam cum Roza conjugē sibi venderent Casas duas solaratas, & Turrim unam cum Capella una infra ipsam Turrim aedificata in honore Sancti Nicolai, quae dicitur de Sala, una cum area sua & Curte, prope Porta, quae dicitur de Viridario. Meminit & hujus rei Sillingardus Episcopus Mutinensis in Catalogo Episcop. Mutinensium. Sed praestat Chartam ipsam producere, quae autographa, rudique stilo scripta, adservatur in Tabulario Canonorum Mutinensium.

Charta venditionis duarum domuum, Turris, & Capellae in Urbe Ticinensi facta VVarino Episcopo Mutinensi à Rainardo & Roza conjugibus, Anno 1018.

Die Veneris, quod est IV. Kalendis September, Civitate Pavia, praesentia bonorum hominum, eorum nomina supertus leguntur, comendaverunt Dominus Warinus Episcopus Episcopo Sancte Motinensis Ecclesie una cum Tredulfus Avocato suo & ipsius Episcopii, & Rainardus filius quondam Attoni, Siloni Notario filius quondam Almaini, qui & Amigo, Cartula una offerstionis, quam ipse Rainardus cum Roza conjus sua emissam abebat in predicto Episcopo, de Casas duas solaratas, & de Turre una cum Capella una infra ipsa Turre, edificata in onore Sancti Nicolagi, qui dicitur de Sala, una cum area suarum, cum Curte, omnia insimul tenente prope Porta, quod dicitur de Viridario, & tantum de argentum valente usque ad Libras duodecim, eo tinore, ut supert legerit, ita ut in Missa Sancti Michaelis ista profima veniente det ipse Dominus Warinus Episcopus per se aut Misso ipsorum Rainardi & Silonic Civitate Pavia inter aurum & argentum, adque palleos valente usque argentum denarios bonos Papienses Libras

C centum viginti quinque, & in Purificatione Sancte Marie, que venit secundo die mensis Februarii ista profima veniente, det ipse Episcopus per se aut suo Misso ipsorum Rainardi & Silonic Civitate similiter inter aurum & argentum adque palleos, valente Libras centum viginti quinque argenti. Et cum ec omnia atinpletum fuerit, statim siad capsata & taliata predicta Carta offerstionis, & ipse Silus de predicta res emittat Cartam venditionis in ipse Rainardus sine sua defemstione & restauratione, excepto si de suum datum aut factum aparuerit; & ipse Rainardus emittat alia Carta offerstionis sub dubla defemstione cum conjus sua, si abuerit per Lex facta in predicto Episcopo de jam dictas res. Et ipse Dominus Warinus Episcopus eadem Carta offerstionis, aut suus Avocatus in alio die profimo in iudicio ostendat, & ipse Rainardus cum conjus sua eam laudet, ut bona & vera sit, & atinplendum, ut supra legitur; tunc ipse Silus Notarius eadem Carta offerstionis, quam comendata est ipsi Rainardi taliata redat, & predictum

Etum argentum, quod sunt Libras duodecim valente; adque illud precium, quod plus inde receptum abuerint ipsi Silus & Rainardus communiter à proprio abeant, faciendum exinde quicquid voluerint. Et si ipse Rainardus distulerint et omnia adimplere, qualiter superius declaratum est, tunc ipse Dominus Warinus Episcopus per se aut suo Misso predictum precium, quod est inter aurum & argentum, adque pallios, valente Libras duocentum quinquaginta, ipsi Siloni donet, & ipse Silus emittat Cartam offerfione sub dubla defensione per Lex facta de predictas res in predicto Episcopo Sancte Motinensis Ecclesie; & eadem alia Carta offerfionis, quam comenata est, & ceteras Cartas, quas de ipsas res ipse Silus abet, ipsi Domini Warini Episcopi, aut à suo Misso, donec cessante ullo concludio. Et taliter se exinde ipse Silus oblicavit & adimplendum; unde due Breves uno timore scripti sunt.

Factum est oc Hanno Imperii Domini Eirici Imperatoris, Deo propicio, Quinto, supra scripto die Veneris, Indictione Prima.

Signum manibus *** Leginulfi qui & Berenglerii, & Aginoni, adque Rodulfi, qui interfuerunt testes.

Signum ** manibus Azoni, & Gerardi, testes, qui interfuerunt. Ego Rosaldus Notarius sacri Palatii interfui, & unc Breuem scripsi.

Pater Romualdus à Sancta Maria in sua Flavia Papia, Part. I. pag. 60. scribit, concessum à Johanne VIII. Papa Privilegium Ticinensi Episcopo, ut quotiescumque Episcopus ille vocaret ad Synodum Archiepiscopus Mediolanensem & Ravennatem cum Suffraganeis, venire omnino deberent. Verba haec Baronii sunt, idque revera scriptum in Epistola 139. ejusdem Johannis

A Octavi Tomo IX. Concilior. Labbe; Neque Johanni tantum Episcopo Ticinensi id Privilegii indultum, sed & post eum suis Successoribus. Non immeritò addidit Cardinalis Baronius: Quod non crederem, nisi legissem. Quis enim sibi persuadeat, adversante omnium Saeculorum disciplinâ, Johannem VIII. tam enormiter dejicere voluisse dignitatem adeo insigniam in Italia Metropolitanarum, usque adeo ut nullo sane gravi scelere praecedente, subicere illos voluerit uni Episcopo Ticinensi? Quod in aliqua ardua Regni necessitate id Romanus Pontifex ab ipsis exigere se posse putarit, à vero minime abhorret. Verùm pro futuris perpetuis temporibus, uti Pater Romualdus contendit, sibi in ea re obedientiam polliceri poterit, facile non adducar, ut credam. Potius eò opinione concedam, ut suspicer interpolatam Epistolam illam, aut aliter quàm creditur, esse explicandam. At ipse Romualdus addit, effectum in imperio successe. Nam Episcopi Italici sibi domum Ticinensem in Urbe conquieserunt, ut dum ad Synodos convenirent, domi suae habitarent. Quam in rem inter alia is addert Aulicum Ticinensem, cujus Opusculum dedi Tomo XI. Rer. Italicarum. Is enim, si hoc in loco Romualdo fides, in haec verba scribit: Papiæ sunt inter reliqua Ecclesia Sancti Eusebii de Curte Vercellina, quia Episcopus Vercellensis ad Synodum veniens ibi residebat. Verùm absunt verba ista, quia Episcopus &c ab Aulici Ticinensis antiquo textu, quo ego sum usus ad evulgandum illius Opusculum de Laudib. Papiæ. Contra, ne quid dissimulem, is certe haec alia habet: Temporibus Longobardorum, sicut fertur, illic (idest Ticini) omnium partium illarum Episcopi

congregabantur ad Synodum: unde & adhuc sunt ibi Capellae quamplures vocatae multarum Civitatum Langobardiae nominibus. Nam quo ad hujusmodi convocationem Concilii jus quasi Metropolitanum habebat &c. Attamen repono, egregium quidem testem rerum suo tempore existentium fuisse Aulicum Ticinensem; is autem haec scribebat Anno Christi MCCCXXX. nihil vero nos adigere ad ea credenda, quae is narrat contigisse temporibus Longobardorum, à quibus is nimium aberat. Id quidem veri similis, Ticinenses illas Capellas multarum Civitatum nominibus adhuc Aulici aevo notas in usum Episcoporum tantummodo constitutas fuisse, quoties ii ad Comitia Regni conveniebant. Memorat ipse Aulicus Ecclesiam Sancti Nicolai de Verzario. Puto corrigendum locum, & scribendum de Verzario, eandemque esse cum Ecclesia Sancti Nicolai, sitam ad Portam, quae dicitur de Viridario, spectante ad Episcopum Mutinensem, ut supra vidimus. Nam Viridarium & Verzarium idem significarunt, & ex primo alterum Saecula barbarica efformarunt. Porro quum ex eodem Aulico Ticinensi habeamus, Ticini extitisse Ecclesiam Sancti Geminiani Mutinensium Patroni: haec revera fuisse videtur Ecclesia, qua Mutinenses Episcopi utebantur, quum Ticinum pergebant.

Electioem Regum Italicorum con-
 sequatur veluti necessarium comple-
 mentum, eorum Consecratio & Co-
 ronatio, quae ingenti solemnitate,
 mirabilique Populorum concursu, ex-
 sultatione, & plausu peragi apud In-
 subres consuevit. Posceret heic rerum
 ordo, ut illustre hoc argumentum
 pertractarem, nisi illud idem jam an-
 tea praestitissimè in Tractatu de Coro-

A na Ferrea, quem Tomo II. Anecdoto-
 rum meorum Latinorum inserui (*),
 & recusum deinde Lipsiae, & postre-
 mo Lugduni Batavorum in Thesau-
 ro Antiquitatum Italicarum Respu-
 blica Literaria accepit: quare illuc
 Lectores amandare mihi liceat. Ne-
 cessè quoque fuit, ut quicumque post
 Carolum Magnum Romanorum Im-
 perator dicendus erat, prius auream
 Coronam Romae de manu Pontificis
 Maximi reciperet. Unus excipiendus
 videtur Ludovicus Pius, cui Anno
 Christi DCCCXIII. idem Carolus Ma-
 gnus Diadema Imperii imposuit, &
 Imperatoris nomen contulit Aquisgra-
 ni, minime expectatà coronatione
 Romana. Sed par est credere, ad eum
 sublimandum confluisse etiam con-
 sensum Romani Pontificis. Et quod
 certissimum est, ut supra innui, An-
 no DCCCXVI. idem Ludovicus à
 Stephano IV. Papa in Gallias profe-
 cto se coronandum curavit. Glaber
 Radulphus Lib. I. Cap. V. Histor.
 Nimirum (scribebat circiter Annum
 Ch. 1045.) condecens ac perhonestum
 videtur, atque ad pacis tutelam optimum
 decretum, scilicet ut ne quisquam auda-
 cter Romani Imperii sceptrum praepro-
 perus gestare Princeps apperat, seu Im-
 perator dici, aut esse valeat, nisi quem
 Papa Sedis Romanae morum probitate
 elegerit aptum Reipublicae, eique com-
 miserit insigne Imperiale. Verùm splen-
 didissimus ille ritus, ita ferente re-
 rum vicissitudine, jamdiu in desue-
 tudinem, ut omnes norunt, abiit,
 quum à paucis Saeculis Electione &
 Coronatione Germanica peractà, con-
 tinuo Electus incipiat non solum ti-
 tulo Caetaris uti, sed & integram
 exercere Imperatoriam auctoritatem
 non secus in Germania, atque in I-
 talia, parum curans, immo ne ne-
 cessarias

(*) Reperitur in P. III. Tom. XI. hujus editionis nostrae.

cessarias quidem purans reliquas duas Coronationes ad amplissimi honoris integritatem. Quare tum Romanam, tum Italicam Coronam ad umbratilem potius pompam nostris temporibus redactam non injuriâ dicas. Quod plus etiam mirere, à nonnullis Saeculis vel ipsum nomen Italici Regni evanuisse videtur, quasi unus praestantissimus Titulus *Imperatoris*, & *Imperii Romani*, Regnum Italicum, addo & Germanicum, absorberit. Ludovicus quidem Pius is praecipue fuit, qui in suis Diplomatis inscribere se unice coepit *Romanorum Imperatorem*, praetermissio Titulo *Regis Francorum & Langobardorum*, ac si persuadere vellet, ex vastissima ejus Monarchia, quae Italiam, Franciam, ac potiore Germaniae partem completebatur, unam ditionem efformatam fuisse, quae *Romanum Imperium* appellaretur. Attamen tum ipse, tum ejus Successores, ipsique Germanici Caesares per longa tempora diserte

A Annos Regni ab Annis Imperii distinxere, ut ostenderent, se ea tenere titulis diversis. Tandem verò nihil ferme aliud audiri coeptum est, quàm *Romanum Imperium*, ita ut jus illud, quod ab Augustis exercetur, non amplius appelletur auctoritas Regis Germaniae, aut Regis Italiae, sed quidem Romanorum Imperatoris. B Statuendum tamen videtur, uti Regna Italiae ac Germaniae inter se diversa sunt, ita haec Regna diverso titulo ac jure subesse Romanorum Imperatori Augusto. Coronationis autem Romanae Ritus expressit eruditissimus Pater Martene Monachus Benedictinus Congregationis Sancti Mauri, Tomo III. Lib. 2. Cap. 9. de Antiqu. Eccles. Ritibus. Adferam & ego, quae delibavi è vetusto Pontificali Libro MSto, existente Lucae apud olim Nobilem virum Fridericum Luchesium, & ante annos ferme quadringentos exarato. Ibi legebatur

O R D O I.

Ad benedicendum & coronandum Imperatorem.

CUM Rex in Imperatorem electus pervenerit ad Portam Collinam, quae est juxta Castellum Crescentii, recipiatur honorifice à Clero Urbis cum Crucibus & thuribulis & processionaliter deducatur usque ad gradus Basilicae Sancti Petri, cantantibus universis Responsorium: Ecce ego mitto Angelum meum &c. Camerariis ejus missilia spargentibus ante ipsum, & Praefecto Urbis gladium praeferente. Cum autem pervenerit ante Basilicam in platea, quae Cortina vocatur, desfrandus est à Senatoribus usque ad gradus praedictos, ubi eo descendente tradendus est equus, cui Rex insederat, illis. Interim Summus Pontifex cum omnibus Ordinibus suis praeparet se in Secretario, tamquam celebraturus divina: & processionaliter exiens usque ad suggestum Archae, quae est in Capite graduum, super faldistorium ibi sedeat, ascendentibus super primum gradum à parte dextera Episcopis, & Presbyteris, & à sinistra Diaconis Cardinalibus, & in proximiori gradu Subdiaconis & Acolitis, Primicerio & Cantoribus circa illos, cum Magnatibus & Nobilibus, Officialibus & Ministerialibus Aulae Papalis. Tunc Rex cum Archiepiscopis & Episcopis, Principibus & Magnatibus suis ascendens ad Summum Pontificem, reverenter osculatur ei pedem, & offerens ei aurum, quantum ei placuerit, benigne recipiatur ab eo ad osculum &

A amplexum. Quo demum surgente, Rex ipse à parte dextera, & Prior Diaconorum Cardinalium à sinistra, deducat eum usque ad Ecclesiam Sanctae Mariae in Turribus, ubi ante Altare, Subdiacono Evangelii textum tenente, Rex super eum praestat corporaliter hujusmodi juramentum. Ego Ill. Rex Romanorum, annuente Deo futurus Imperator, promitto, spondeo, polliceor, atque juro coram Deo, & Beato Petro, me de cetero protectorem ac defensorem fore Summi Pontificis, & sanctae Romanae Ecclesiae, in omnibus necessitatibus & utilitatibus suis custodiendis, & conservando possessiones, honores, & jura ejus, quantum divino fultus adjutorio fuero, secundum scire & posse meum, recta & pura fide. Sic me Deus adjuvet, & haec sancta Dei Evangelia.

B Plura ego non descripsi, quod reliqua mihi visa sunt iis conformia, quae apud Odoricum Raynaldum & alios leguntur. Quicumque tamen argumento huic majorem lucem desiderat, nunc à me accipiat, quae de Coronatione Augustorum memoriae prodidit Cencius Camerarius in Codice MSto Censuum Romanae Ecclesiae. Ibi duo Ordines habentur ad benedicendum Imperatorem, quorum alter brevis, alter fusior. Primum profero.

O R D O I I.

Coronationis Romanorum Imperatoris, atque Imperatricis.

Incipit Ordo Romanus ad benedicendum Imperatorem, quando Coronam accipit. Promissio Imperatoris: In nomine Christi promitto, spondeo, atque polliceor ego N. Imperator coram Deo & beato Petro, me protectorem ac defensorem esse hujus sanctae Romanae Ecclesiae in omnibus utilitatibus, in quantum divino fultus fuero adjutorio secundum scire meam & posse. De hinc Orationem primam det Albanensis Episcopus ante portam Argenteam Basilicae Sancti Petri. Deus, in cujus manu corda sunt Regum, inclina ad preces humilitatis nostrae aures misericordiae tuae, & Imperatori nostro N. famulo tuo tegimen tuae appone sapientiae, ut hauris de tuo fonte consilii & tibi placeat, & super omnia Regna praecelset. Orationem vero secundam det Episcopus Portuensis intra Ecclesiam beati Petri in medio Rotae: Deus, inenarrabilis auctor Mundi, conditor generis humani, gubernator Imperii, confirmator Regni, qui ex utero fidelis amici tui Patriarchae nostri Abrahamae praelegisti Regem seculis profuturum, tu praesentem Regem hunc cum exercitu suo per intercessionem omnium Sanctorum uberi benedictione locupleta, & in solium Regni firmam stabilitate connecte. Visita eum, sicut Moysen in rubo, Jesum Nave in proelio, Gedeon in agro, Samuellem in Templo, & illa eum benedictione siderea, ac sapientiae tuae rore perfunde, qua beatus David in Psalterio, Salomon filius ejus te remunerante percepit è caelo. Sis ei

A contra acies inimicorum lorica, in arduis galea, in prosperis patientia, in protectione clypeus sempiternus. Praesta, ut gentes illi teneant fidem, Proceres tui habeant pacem, diligant caritatem, abstineant se à cupiditate, loquantur justitiam, custodiant veritatem; & ita Populus ille pululet coalitus benedictione aeternitatis, ut semper maneant tripudiantes in pace victores. Quod ipse praestare dignetur &c. Deinde vadant ante Confessionem beati Petri Apostoli, & prosternat se primum in terra. Et Archidiaconus faciat Letaniam. Quae finita, Episcopus Ostiensis unget ei ex oleo exorcizato brachium dextrum & inter scapulas, & dicat hanc Orationem: Domine Deus omnipotens, cujus est omnis potestas & dignitas, te supplici devotione, atque humillima prece deposcimus, ut huic famulo tuo propter Imperium Imperatoriae Dignitatis concedas effectum, ut in tua dispositione constituto ad regendam Ecclesiam tuam Sanctam nihil ei praesentia officiant futuraque non obstant, sed inspirante Sancti Spiritus tui dono, Populum sibi subditum aequo justitiae libramine regere valeat, & in omnibus operibus suis te semper timeat, tibi jugiter placere contendat. Per &c. Sequitur haec Oratio: Deus Dei Filius Jesus Christus Dominus noster, qui à Patre oleo exultationis unctus est praecipue participibus suis, ipse per praesentem sacri unguinis effusionem, Spiritus Paracliti super caput tuum infundat benedictionem, eandemque usque ad interiora cordis tui penetrare fa.

re faciat, quatenus hoc visibili & tractabili dono invisibilia percipere, & temporali Regno justis miserationibus exsequuto, aeternaliter conregnare merearis; qui solus sine peccato vivit, & gloriatur cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti, per &c. Demum vero Pontifex Romanus sursum ante Altare imponit ei Diadema in capite, dicens: Accipe signum gloriae, in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, ut spreto antiquo hoste, spre-

Atisque contagiis vitiorum omnium; sic iudicium & iustitiam diligas, & ita misericorditer vivas, ut ab ipso Domino nostro Jesu Christo in confortio Sanctorum aeterni Regni coronam percipias. Qui cum Patre & Spiritu Sancto vivit &c.

Sed haec nimis jejune. En ergo alterum Ordinem, in quo omnes ritus magnificae illius solemnitatis describuntur, quales frustra fortassis a libi requiras.

O R D O I I I.

Coronationis Romanorum Imperatoris.

Incipit Ordo Romanus ad benedicendum Imperatorem, quando Coronam accipit à Domino Papa in Basilica Beati Petri Apostoli ad Altare Sancti Mauricii. Die Dominico descendit Electus cum Coniuge sua ad Sanctam Mariam Transpadinam, quae est juxta Terebinthum: ibique recipitur honorifice à Praefecto Urbis, & Senate Palatii Lateranensis, & Uxor ejus à Dativo Judice & Arcario. Et deducitur per Porticum, Clericis Urbis omnibus inauris captis, planetis, dalmaticis, & tunicis, cum thuribus, cantantibus: Ecce mitto Angelum meum, usque ad suggestum aereae superioris, quae est in capite graduum ante portas aereae Sanctae Mariae in Turri. Ibi sedet Dominus Papa in Sede sua, circum stantibus Episcopis & Cardinalibus, Diaconis, & ceteris Ecclesiae Ordinibus. Tunc Electus Imperator cum Coniuge sua & omnibus Baronibus suis, Clericis, & Laicis, osculantur pedes Domini Papae: & Regina in partem cum suprascriptis ductoribus suis recedente, Electus jurat fidelitatem Domino Papae in hunc modum: In nomine Domini nostri Jesu Christi. E-

Cgo N. Rex, & futurus Imperator Romanorum, promitto, spondeo, polliceor, atque per haec Evangelia juro coram Deo, & beato Petro Apostolo, tibi N. beati Petri Apostoli Vicario fidelitatem, tuisque Successoribus canonice intrantibus; meque a modo Protectorem ac Defensorem fore hujus Sanctae Romanae Ecclesiae, & vestrae personae, vestrorumque Successorum in omnibus utilitatibus, in quantum divino fultus fuero adjutorio, secundum scire meum ac posse, sine fraude & malo ingenio. Sic me Deus adjuvet, & haec sancta Evangelia. Ibiq; Camerarius Domini Papae, Electi Pallam accipit sibi habendam. Deinde quaerit ab eo Dominus Papa, si vult habere pacem cum Ecclesia. Eoque ter respondente: Volo, Dominus Papa dicit: Et ego do tibi pacem, sicut Dominus dedit Discipulis suis. Osculaturque frontem ejus & mentum (rasis enim esse debet) & ambas genas, postremo os. Tunc surgens Dominus Papa ter quaerit ab eo, si velit esse filius Ecclesiae. Et illo ter respondente: Volo, Dominus Papa dicit: Et ego te reci-

pio ut filium Ecclesiae. Et mittit eum sub Manto, & ille osculatur pedus Domini Papae; & accipit eum per dexteram manum, & Cancellarius ejus sustentat eum à sinistra. Electus verò ducitur per dexteram ad Archidiaconum Domini Papae; & sic intrat per portam aeream, Clericis beati Petri cantantibus: Benedictus Dominus Deus Israël, usque ad portam argentariam. Ibi dimittit eum Dominus Papa orantem, quem lento subsequitur gradu Regina cum supradictis ductoribus suis usque ad supra dictam portam argenteam. Electus verò completa Oratione surgit, & Episcopus Albanensis dat super eum hanc primam Orationem: Deus, in cujus manu corda sunt Regum, inclina ad preces humilitatis nostrae aures misericordiae tuae, & Principi nostro famulo tuo N. regimen tuae appone sapientiae, ut haultis de tuo fonte consiliis, tibi placeat, & super omnia Regna praecellat. Per &c.

Post Dominus Papa ingreditur Ecclesiam beati Petri, Clericis ejusdem Ecclesiae cantantibus responsorium: Petre amas me? Quo completo, Dominus Papa benedicit. Deinde sedet in Sede sibi praeparata in dextera parte ejusdem rotæ. Completa Oratione Albanensis Episcopi ingreditur Electus, & sedet in praedicta Sede, Archipresbytero Cardinalium & Archidiacono hinc inde eum ducentibus, & juxta eum sedentibus, ut doceant qualiter debeat Domino Papae in scrutinio respondere. Dominus Papa facit scrutinium in hunc modum. Septem Episcopis sedentibus ad dexteram ejus, secundum ordinem suum, Episcopi Theutonici sedeant ad dexteram Electi, Cardinales & ceteri Ordines Ecclesiae sedeant. Dominus Papa dicit: Antiqua Sanctorum Patrum institutio docet & praecipit, ut quisquis eligitur, ut praesse debeat, antea diligentissime

A examinetur cum omni caritate de fide Sanctae Trinitatis: & interrogetur de diversis causis vel moribus, qui suo regimini congruunt, secundum Apostolicum dictum: *Manum citò nemini imposueris*. Et ut etiam is, qui ordinandus est, antea erudiatur, qualiter eum in ea praelatione constitutum oporteat conversari, ut excusabiles sint, qui ei manus imponunt. Eadem itaque auctoritate & praecepto interrogamus te, dilectissime fili, caritate sincera, si omnem prudentiam tuam, quantum tua capax est natura, divino servitio mancipare volueris? *Respondet ita*: Toto corde volo in omnibus obedire & consentire. *Interrogatur*: Vis mores tuos ab omni malo temperare, & quantum poteris, Domino adjuvante, ad omne bonum commutare? *Respondet*: In quantum possum, volo. *Interrogatur*: Vis sobrietatem cum Dei auxilio custodire? *Respondet*: In quantum possum, volo. *Interrogatur*: Vis semper divinis mancipari negotiis, & à lucris turpibus esse alienus, quantum te humana permittit fragilitas? *Respondet*: In quantum possum, volo. *Interrogatur*: Vis humilitatem & patientiam in temetipso custodire, & alios ad hoc inclinare? *Respondet*: In quantum possum, volo. *Interrogatur*: Pauperibus & peregrinis, omnibusque indigentibus vis esse propter nomen Domini affabilis, & misericors? *Respondet*: Volo. *Et dicat Dominus Papa*: Haec omnia, & cetera bona tribuat tibi Dominus, & custodiat te atque corroboret in omni bono. *Et respondent omnes*: Amen. *Interrogatur*: Credis secundum intelligentiam tuam & capacitatem sensus tui Sanctam Trinitatem, Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, unum Deum omnipotentem, totamque in Tri-

Trinitate Deitatem, coëssentialem & consubstantialem, coaeternum & coomnipotentem, uniusque voluntatis, potestatis, & maiestatis, Creatorem omnium creaturarum, a quo omnia, & in quo omnia, quae sunt in Caelo & in Terra, visibilia & invisibilia? *Respondet:* Assentio, & ita credo. *Interrogatur:* Credis singulam quamque in Sancta Trinitate Personam, unum Deum verum, plenum & perfectum? *Respondet:* Credo. *Interrogatur:* Credis ipsum Dei Filium Verbum Dei aeternaliter natum de Patre, consubstantialem, coomnipotentem, & coaequalem per omnia Patri divinitate, temporaliter natum de Spiritu Sancto ex Maria semper Virgine cum anima rationali, duas habentem natiuitates, unam ex Patre aeternam, alteram ex Maria temporalem, Deum verum, & Hominem verum, proprium in utraque natura atque perfectum, non adoptivum, neque phantasticum, unicum & unum Deum, Filium Dei in duabus naturis, sed in unius personae singularitate impassibilem & immortalem divinitate, sed in humanitate pro nobis, & pro nostra salute passum veram carnis passionem, & sepultum, ac resurgentem à mortuis die tertia veram carnis resurrectionem; die quadragesimo post resurrectionem cum carne, qua resurrexit, & anima ascendisse in Caelum, & sedere ad dexteram Dei Patris, unde venturus est iudicare vivos & mortuos, & reddere unicuique secundum opera sua, sive bona fuerint, sive mala? *Respondet:* Assentio, & per omnia credo. *Interrogatur:* Credis etiam Spiritum Sanctum, plenum & perfectum, verumque Deum ex Patre & Filio procedentem, coaequalem & coessentialem & coomnipotentem & coaeter-

A num per omnia Patri & Filio? *Respondet:* Credo. *Interrogatur:* Credis hanc Sanctam Trinitatem, non tres Deos, sed unum Deum omnipotentem, aeternum, invisibilem, & incommutabilem? *Respondet:* Credo. *Interrogatur:* Credis Sanctam Catholicam & Apostolicam unam esse veram Ecclesiam, in qua unum datur Baptisma, & vera omnium remissio peccatorum? *Respondet:* Credo. *Interrogatur:* Anathematizas etiam omnem haeresim extollentem se adversus Sanctam Ecclesiam Catholicam? *Respondet:* Anathematizo. *Interrogatur:* Credis etiam veram resurrectionem carnis eiusdem, quam nunc gestas, & Vitam aeternam? *Respondet:* Credo. *Interrogatur:* Credis etiam novi & veteris Testamenti, Legis & Prophetarum & Apostolorum unum esse Auctorem Deum, & Dominum omnipotentem? *Respondet:* Credo. *Et dicitur ei:* Haec Fides augeatur à Domino ad veram & aeternam Beatitudinem, dilectissime in Christo fili. *Et respondent omnes:* Amen.

Tunc vadit Dominus Papa ad Secretarium, & induit se Pontificalibus indumentis usque ad Dalmaticam, quibus indutus sedet. Interim Episcopus Portuensis in medio rotae medianae dat hanc Orationem super Electum: Deus inenarrabilis Auctor Mundi &c. sicut in unctione Regis. *Finite Oratione vadit Electus ad Chorum Sancti Gregorii cum praedicto Cardinalium Archiepiscopo, & Archidiacono: quibus quasi magistris uti debet in toto officio unctionis. Et induunt eum Amictu, & Alaba, & Cingulo. Et sic deducunt eum ad Dominum Papam in Secretarium. Ibi faciat eum Clericum. Et concedit ei Tunicam & Dalmaticam & Pluvialem & Mitram, Caligas & Sandalia, quibus utatur in Corona sua. Et sic indutus stat*

stat ante Dominum Papam. Verum completo scrutinio exit Ostiensis Episcopus ad portam Argenteam, ubi Regina cum Judicibus & Baronibus suis praestolatur, & dat ei hanc Orationem: Omnipotens aeternae Deus, fons & origo bonitatis, qui semen & sexus fragilitatem nequaquam reprobando advertaris, sed dignanter comprobando potius eligis, & qui infima Mundi eligendo quaeque fortia confundere decrevist, quique aeternae gloriae, virtutisque tuae triumphum in manu Judith feminae Judaicae plebi de hoste saevissimo resignare voluisti, respice, quaesumus, ad preces humilitatis nostrae, & super hanc famulam tuam N. quam supplici devotione in Reginam eligimus, benedictionum tuarum dona multiplica, eamque dexterae tuae potentiae semper & ubique circumda, ut verbo muniminis tui undique firmiter protecta, visibilis seu invisibilis hostis nequitias triumphanter expugnare valeat, & una cum Sarra atque Rebecca, Lia & Rachel, beatis reverendisque feminis, fructu uteri sui foecundari, seu gratulari mereatur ad decorem totius Regni, statumque sanctae Dei Ecclesiae regendum, nec non protegendum, per Christum Dominum nostrum, qui ex intemerato Beatae Mariae Virginis utero nasci, visitare ac renovare hunc dignatus est Mundum. Qui tecum vivit & regnat Deus in unitate Spiritus Sancti, per immortalia secula seculorum. Amen. *Qua Oratione completa, unus de Cardinalibus Presbyteris, cui Prior praeceperit, & de Diaconibus similiter unus, cui Archidiaconus jussurrit, Reginam deducant usque ad Altare Sancti Gregorii; ibique expectet, donec Dominus Papa cum sua processione exeat. Completis igitur omnibus supra-*

A *dictis, Ministri induant Dominum Papam Planetam & Pallium; & imposta Mithra procedat, Ordinibus de more procedentibus. Post quem vadat Electus cum suprascriptis ductoribus suis, quem sequatur Uxor ejus usque ad Arcam beati Petri. Tunc Primicerius cantat introitum cum Schola, & Kyrie Eleison & silet. Dominus Papa ascendit ad Altare, & post confessionem dat pacem Diaconibus, & incensat. Post incensum ascendit ad Sedem. Electus vero inter haec & Uxor ejus prosternuntur ante Arcam beati Petri, & Archidiaconus facit Letaniam. Qua finita exiit solo Pluviali dimisso. Episcopus Ostiensis urgat brachium dextrum de oleo exorcizato, & inter scapulam, & dicit: D*
 C *omine Deus omnipotens, cujus est omnis potestas & dignitas, te supplici devotione atque humillima prece deprecemur, ut huic famulo tuo prosperum Imperatoriae dignitatis concedas effectum, ut in tua dispositione constituto, ad regendam Ecclesiam tuam nihil ei praefinita (*) officiant, futuraque non obstant; sed inspirante Sancti Spiritus tui dono, Populum sibi subditum, aequo justitiae libramine regere valeat, & in omnibus operibus suis te semper timeat, tibi que jugiter placere contendat. Per Dominum &c. Sequitur Oratio: Deus Dei Filius Jesus Christus Dominus noster, qui à Patre oleo exultationis unctus est prae participibus suis, ipse per praesentem sacri unguinis infusionem, Spiritus Paracliti super caput tuum fundat benedictionem, eademque usque ad interiora cordis tui penetrare faciat: quatenus hoc visibili & tractabili dono invisibilia percipere, & temporali Regno justis moderaminibus exsequuto, aeternaliter cum eo regnare merearis. Qui*
 E *solus*

(*) In Ordine II. supra descripto habetur. *praesentis.*

folus sine peccato Rex Regum vivit & gloriatur cum Deo Patre in unitate ejusdem Spiritus Sancti, &c.

Post Regis unctionem sequitur Benedictio Reginae ante Altare. Deus, qui solus habes immortalitatem, lucemque habitas inaccessibleem, cujus Providentia in sui dispositione non fallitur; qui fecisti quae futura sunt, & vocas ea, quae non sunt, tamquam ea, quae sunt: qui superbos aequo moderamine de Principatu ejicis, atque humiles dignanter in sublime provehis: ineffabilem misericordiam tuam supplices exoramus, ut sicut Esther Reginam Israël, causâ salutis, de captivitatis suae compede solutam ad Regis assumi thalamum, Regnique sui consortium transire fecisti, ita hanc famulam tuam N. humilitatis nostrae benedictione, Christianae plebis gratiâ salutis, ad dignam sublimemque Regis nostri copulam, Regnique sui participium misericorditer transire concedas. Et ut Regali foedere conjugii semper manens pudica, proximam dignitatis palmam continere queat, ubi Deo vivo & vero in cinnibus & super omnia jugiter placere desideret & te inspirante, quae tibi placita sunt, toto corde perficiat. Per Dominum nostrum Jesum Christum. *Sequitur:* Sacri unctio olei in pectore Reginae Spiritus Sancti gratia humilitatis nostrae officio copiosa descendat, ut sicut manibus nostris indignis oleo materiali oblita pinguescit exterius, ita ejus invisibili unguimine delibuta impinguari merearis interiorius, cæque spiritali unctione perfectissime semper imbuta, & illicita declinare tota mente & spernere dicas seu va-

leas, & utilia animae tuae jugiter cogitare, optare, atque operari queas, auxiliante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre & eodem Spiritu Sancto vivit & regnat Deus in secula seculorum. Amen. *Post haec Dominus Papa descendit à Sede, & vadit ad Altare Sancti Mauriti, sequente Electro & Regina. Et Domino Papa stante super limen in introitu Altaris, Electus stet ante eum in medio rotæ; ad cujus dexteram stet Regina cum sex Episcopis Palatii Lateranensis in rotis, quae sibi positae sunt, circumstantibus (*), septimo in officio Altaris Domino Papae serviente. Tunc Oblationarius Prior & Secundus sumant Coronas Electi & Reginae de Altari Sancti Petri, & ponant super Altare Sancti Mauriti. Tunc Dominus Papa det Annulum Electro, & dicat: Accipe Annulum, signaculum, videlicet sanctae Fidei, soliditatem Regni, augmentum potentiae; per quem scias triumphali potentia hostes repellere, haereses destruere, subditos coadunare; & Catholicae Fidei perseverabilitati connecti. Per &c. Oratio post Annulum datum: Deus, cujus est omnis potestas & dignitas, da famulo tuo prosperum suae dignitatis effectum, in qua te remunerante permaneat, semperque teneat, tibi que jugiter placere contendat. Per Christum &c. Hinc cingit eum Gladio, & dicit: Accipe hunc Gladium cum Dei benedictione tibi collatum, in quo per virtutem Spiritus Sancti resistere & ejicere omnes inimicos tuos valeas, & cunctos sanctae Dei Ecclesiae adversarios, Regnumque tibi commissum tutari, atque protegere castra Dei, per auxilium invictissimi triumphatoris Domini*

(*) In margine adnotatur: secundum antiquam consuetudinem loquitur.

Domini nostri Jesu Christi, qui cum Patre in unitate Spiritus Sancti vivit & regnat in secula seculorum. Amen. *Oratio post Gladium:* Deus, qui providentiâ tuâ caelestia simul & terrena moderaris, propitiare Christianissimo Regi nostro, ut omnis hostium suorum fortitudo virtute Gladii spiritualiter frangatur, atque pro illo pugnante penitus conteratur. Per Christum &c.

Hinc coronetur. Tunc Archidiaconus accipiat Coronam de Altari Sancti Mauritii, & porrigat Domino Papae. Quam quum Dominus Papa posuerit super caput Electi, dicat hanc Orationem: Accipe signum gloriae in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti; ut spreto antiquo hoste, spretisque contagiis omnium vitiorum, sic iudicium & iustitiam diligas, & ita misericorditer vivas, ut ab ipso Domino nostro Jesu Christo in consortio Sanctorum aeterni Regni coronam percipias. Qui cum Patre &c. *Impositio Coronae super caput Reginae. Quam quum imponit Dominus Papa super caput ejus, imponant manus septem Episcopi; & dicat Dominus Papa alta voce: septem Episcopi taceant;* Accipe Coronam Regalis excellentiae, quae licet ab indignis, Episcoporum tamen manibus capiti tuo imponitur. Unde velut haec exterius auro est & gemmis redimita, ita tu interius auro sapientiae, virtutumque gemmis decorari contendas, quatenus post occasum huius Seculi cum prudentibus Virginibus sponso perenni Domino nostro Jesu Christo digne & laudabiliter occurras, januamque caelestis Regni cum eodem ingredi merearis. Qui cum Deo Patre & Spiritu Sancto vivit & regnat Deus per infinita secula seculorum. Amen. *Haec det Dominus Papa Sceptrum Imperatori, & dicat:*

A Accipe Sceptrum Regiae potestatis insigne, virgam scilicet rectam Regni, virgam virtutis, qua te ipsum bene regas, sanctam Ecclesiam, Populumque Christianum tibi à Deo commissum Regia virtute ab improbis defendas, pravos corrigas, rectos pacifices, & ut viam rectam tenere possint, tuo juvamine dirigas; quatenus de temporali Regno ad aeternum pervenis, ipso adjuvante, cuius Regnum & Imperium sine fine permaneat in secula seculorum. Amen. *Oratio post datum Sceptrum:* Omnium Domine fons bonorum, cunctorumque Deus institutor profectuum, tribue, quaesumus, famulo tuo N. adeptam bene regere dignitatem, & à te sibi praeslitum honorem corroborare dignare. Honorifica eum praecunctis Regibus terrae. Verbi eum benedictione locupleta, & in folio Regni firmâ stabilitate consolida. Visita eum in sobole. Praesta ei prolixitatem vitae. In diebus ejus semper oriatur iustitia, ut cum jocunditate & laetitia aeterno gloriatur in Regno; per Dominum &c. *Post haec Dominus Papa cum suis Ministris ad Altare beati Petri revertitur. Tunc Praefectus Urbis & Primicerius Judicum deducant Imperatorem; Imperatricem vero Praefectus Navalis, & Secundicerius Judicum.*

E *Quibus in locis suis jam stantibus, Dominus Papa incipit: Gloria in excelsis Deo &c. Et Schola respondet. Deinde dicit hanc Orationem:* Deus Regnorum omnium &c. *Qua finita, Archidiaconus cum ceteris Palatii Diaconibus & Primicerio & Subdiaconis inter Crucem & Altare incipiunt has laudes: Exaudi Christe. Schola cum Notariis in Choro respondet: Domino nostro C. à Deo decreto summo Pontifici & universali Papae, vita. Et hoc ter.*

Iterum dicit Archidiaconus cum adstantibus sibi: Exaudi Christe. Et Schola cum Notariis respondet: Domino nostro N à Deo coronato, magno & pacifico Imperatori, vita & victoria: tribus vicibus. Exaudi Christe. Respondet Schola: Dominae nostrae N. ejus conjugii, excellentissimae Imperatrici, vita: tribus vicibus. Item: Exaudi Christe. Respondet: Exercitui Romano & Theutonico vita & victoria: tribus vicibus. Item: Salvator Mundi: Respondent: tu illos adjuva: tribus vicibus. Item: Sancte Michael. Respondent: tu illos adjuva; ter. Sancte Gabriel. Respondent: tu illos adjuva; ter. Sancte Petre. Respondent: tu illos adjuva; ter. Sancte Paule. Respondent: tu illos adjuva; ter. Sancte Johannes. Respondent: tu illos adjuva; ter. Sancte Gregori. Respondent: tu illos adjuva; ter. Sancte Maurici. Respondent: tu illos adjuva; ter. Sancte Mercuri. Respondent: tu illos adjuva; ter. Item: Christus vincit; Christus regnat; Christus imperat. Respondent: alii simili ter. Spes nostra Respondent: Christus vincit. Salus nostra. Respondent: Christus vincit. Victoria nostra. Respondent: Christus vincit. Honor noster. Respondent: Christus vincit. Gloria nostra. Respondent: Christus vincit. Murus noster inexpugnabilis. Respondent: Christus vincit. Laus nostra. Respondent: Christus vincit. Triumphus noster. Respondent: Christus vincit. Ipsi laus, honor, & imperium per immortalia secula seculorum. Amen. Hac Laude finita, legitur Epistola, & cantatur Graduale & Alleluja. Post quae Imperator & Imperatrix deponunt Coronas. Tunc legitur Evangelium. Post quod Imperator deponit Gladium, & ascendit ad sedem Domini Papae, Imperatrice sequente. Et offert Domino Papae panem

Tom. I.

simul, & cereos, & aurum. Singillatim verò Imperator vinum. Imperatrix aquam, de quibus debet eà die fieri Sacrificium. Quibus finitis revertuntur ad loca sua. Quum autem Praesatio incipit, Imperator extrahit Pluvialem, & induitur Manto proprio. Quum datur Pax Domini, ascendit ad communicandum, indutus proprio Manto, & Imperatrix cum eo. Et accepta communione iterum redeunt ad loca sua. Finita vero Missa accedat ad Imperatorem Comes Palatii, & discalciet eum Sandaliis & Craligis, & calciet cum ocreas Imperiales & Calcaria Sancti Mauricii. Et acceptis Coronis sequantur Dominum Papam pergentem ad equitandum, deducti usque ad equos à supradictis ductoribus. Quum Dominus Papa venerit ad equum, Imperator teneat stapham; & coronetur, & intret in processionem. Imperator cum suis ductoribus eum sequatur. Imperatrix vero cum ductoribus suis sequatur Imperatorem. Ceteri Barones sequantur. Clerici Urbis omnes, sicut soliti sunt, laudes faciant per loca sua. Judaei similiter in loco suo. Coronetur Civitas. Campanae sonent omnes. Camerarii Imperatoris praecedant, & sequantur, nummos projicientes, & equitantium iter non impediatur. Quumque pervenerint ad ascensorium, Prior Cardinalium Sancti Laurentii foras muros, incipit Laudes, sicut mos est, & ceteri respondent. Quibus finitis Imperator descendit, & tenet stapham Domino Papa descendente, deposita prius Coronà. Deinde ducitur Dominus Papa ab Imperatore & Praefecto Urbis usque ad cameram majoris Palatii: ubi inde separentur. Imperatrix verò deducitur à Primicerio & Secundicerio Judicum usque ad cameram Juliae Imperatricis; in qua ipsa comedere debet cum Episcopis & ceteris Baronibus suis. Camerarii Imperatoris cum Camerario Domini Papae dent Presbyterium

M

terium omnibus Ordinibus sacri Palatii, Pontifice & Imperatore in camera pausantibus. Quo peracto comedat Imperator ad dexteram Domini Papae, ceteris in locis suis sedentibus. Finito prandio surgat unus ex Diaconibus, quem Archidiaconus jusserit, & legat Lectionem, qua perlecta surgant Cantores, & cantent quod soliti sunt. Finito cantu, surgant omnes cum benedictionibus. Dominus Papa redeat ad cameram suam, Imperator ad cameram Juliae. Electus descendens de Monte Gaudii, & veniens ad Ponticellum, jurat hoc sacramentum Romanis: Ego N. futurus Imperator juro me servaturum Romanis bonas consuetudines, & firmo chartas tertii generis & libelli sine fraude & malo ingenio. Sic me Deus adjuvet, & haec sancta Dei Evangelia. Ad Portam Collinam similiter jurare debet. In gradibus Sancti Petri similiter.

Multa haec sunt, quae non medio-crem eruditionis segetem praebent, si mihi in ejusmodi campo exspatiari animus foret. Unum tantummodo delibabo. Vetusissimus mos fuit, ac perpetuò deinde servatus, ut in Romana coronatione, novi Imperatoris jussu ac liberalitate, effuse projicerentur nummi in Populum plaudentem. Legitur in primo Ordine: *Camerariis ejus missilia spargentibus*. Usus est Latinissimo verbo Scriptor; notum quippe est, *Missilia* ab antiquis appellata fuisse dona in Populum ab Augustis conjecta; eaque interdum ex mera pecunia fuerunt, uti docet Svetonius in Caligula Cap. 37. In Ordine Tertio clarius haec videas explicata: *Camerarii Imperatoris praecedant, & sequantur, nummos projicientes*. Proinde idem factum à Berengario I. Augusto in sua coronatione, scripsit Anonymus illius Panegyristes

A Lib. IV. de Laudib. Berengarii, Part. I. Tom. II. Rer. Italicarum; ad quem locum Valeus multa congeffit. Donizo quoque in Vita Mathildis Lib. II. Cap. XVIII. coronationem Romanam describens Henrici V. inter Augustos Quarti, ait:

*Antiquo more processio Regis honore
Facta fit extensa, nummis ejus cooperta.*

B Reliqua exempla praeterco. Neque haec consistebat Imperatorum liberalitas; effundenda eis etiam fuere dona, non tamen palam, in quoslibet Romanae Curiae Ordines. Hoc discas ex illis Ordinis Tertii verbis: *Camerarii Imperatoris cum Camerario Domini Papae dent Presbyterium omnibus Ordinibus Sacri Palatii*. Animadvertite vocem *Presbyterium*. Ejusmodi nomine apud Romanos designabantur dona, quae Pontifices Ecclesiasticae suae Curiae conferebant in sua Coronatione, immo quotannis. Cujus rei adhuc vestigia supersunt. Immo & Senatui Romano Pontifices sese liberales praebere consueverunt: idque occurrit constitutum in Charta concordiae Anno MCLXXXVIII. initae inter Clementem III. Papam & Senatum Populumque Romanam, quam evulgavit magnus Annalium Ecclesiasticorum parens, & ego emendatam & auctam infra recudam in Dissertatione Quadragesima secunda de *Cognominum origine*. Ibi legitur: *Vos autem (idest Papa) dabit per tempora Beneficia, & Presbyteria consueta*. Antea, idest Anno MCLXXXIII. acris discordia fuerat inter Lucium III. Papam & Romanos super *Consuetudinibus quibusdam, quas Praedecessores sui facere solebant, quas praedictus Papa juravit se numquam facturum*. Haec sunt verba Rogerii Hovedeni in Annalibus. In-

ter hæc Consuetudines à Lucio III. improbatas, veri mihi videtur simile, fuisse etiam annua dona, quae Senatu Romano conferre ejus Praedecessores consueverant. Ceterum *Presbyterii* voce significata fuisse ejusmodi donativa, antea monuerunt Marci fratres in Hierolexico, & Ducangius in Glossario Latin., sed potissimum ea ostendunt, quae Cardinalis Baronius ad Annum MCXCI. ex eodem Codice MSto Cencii Camerarii depromsit, sed à nuper editis diversa, spectantia ad ritum Electionis, Consecrationis, & Coronationis Romanorum Pontificum. Nam & ii pecuniam projicere in Populum cogebantur, ac insuper tum Romanae Ecclesiae Cardinalibus, & cunctis sacrae Curiae Officialibus, tum etiam praefecto Urbis, Senatoribus, aliisque Populi Romani Ministris ista dona tribuere. Audi Cencium ipsum in hæc verba loquentem: *Missa autem celebrata, revertitur ad Palatium coronatus cum processione & honore arcuum, repraesentatione Legis à Judaeis, ac thuribulorum à Clericis Romanis, & jactibus totidem (ideest pecuniae) & tanta quantitate factis, sicut in secunda Feria post Pascha. Sciendumque est, quod Cardinales omnes, Graeci, Primicerius cum Schola Cantorum, Praefectus, Senatores, Judices, & Advocati, Scribarii, Praefecti navales, Schola Crucium, & Capellani, tale Presbyterium, & taliter datum accipiunt, quale in die Paschae superius nominatum recipiunt. Subdiaconi autem singuli singulos Meloquinos (nummorum genus) habent. Universae etiam Scholae Palatii, Clerici Romani pro thuribulo, Judaei pro repraesentatione Legis, strutura Arcus, tale Presbyterium recipiunt & taliter, qualiter datur in Coronationibus aliis Domini Papae: Familia quo-*

A que & Civiles Presbyterium habent juxta Camerarii voluntatem. Usus est & voce *Presbyterii* Gregorius Magnus Papa, ut alios Scriptores praeteream. Regas quoque appellata id genus donativa reperimus; eademque vox occurrit non semel apud Anastasium Bibliothecarium, idem significans atque *Presbyterium*. Et ex ipso quidem Anastasio constat, vel antiquissimos Romanos Pontifices *Regas solitas* dedisse Clero, simulque & Optimatibus Romanis, easque interdum pro sua liberalitate ampliasse.

Sed quando commemoratus est *actus* nummorum in Coronatione Papae, addendum est, aliis quoque temporibus in ulu fuisse Romano Pontifici pecuniam effundere in Populum, quum scilicet solenni more procedebat. In Cencii Camerarii Codice MSto, Cap. *Quid debeat facere Dominus Papa in secunda die Paschae*, ista leguntur: *Coronabatur in capite graduum Sancti Petri: deinde solemniter equitabat ad Lateranum per viam Papae usque ad viam de Calcariis, & domum Cencii Musca-*
 C *in-pugno* (subdit Grimaldus: quae hodie etiam est Familiae Cenciae) ubi est cloaca; & transeundo ante Ecclesiam Sancti Nicolai usque ad Amygdalam (Grimaldus adnotat: ibi est hodie Ulnus Cloacae magnae Mattheorum) ab Amygdala ad Sanctum Laurentium pensilem (Grimaldus addit: hodie Sanctus Salvator Polonorum). Hinc ad Porticum Sancti Marci, & angulum quatuor Columnarum (Grimaldus: hodie Macellum Corvinarum); deinde per Clivum Argentarii ad Arcum de Miranda; & inde ad Turrim Comitum (Grimaldus: tunc de Cartularia Frajapanorum dictam, in qua Alexander III. se recepit, fugiens ingens periculum Friderici I. Imperatoris, Romam hostiliter ingressi, & hinc in habitu peregrini Cajetam

ausugit, ut narrat Romualdus Salernitanus). Postea ad Sanctum Nicolaum de Colosseo (Grimaldus: quae fortasse est illa hodie profanata juxta Colosseum). Et à Sancto Nicolao de Colosseo usque ad Sanctam Mariam de Ferrariis; deinde ad domum Johannis Papae (Grimaldus: haec domus fuit ibi usque ad tempora Pii IV., quam imperitum vulgus domum Johannis feminae Papae vocabat, & erat juxta Ecclesiam Sancti Clementis). Deinde usque ad angulum Sancti Clementis. Et ab angulo usque ad Palatium Lateranense Senescalcus ad dimovendum Populum, jactus pecuniarum faciebat in Turri Stephani Ser Petri in capite Parionis (Grimaldus: quae domus Stephani, seu Petri erat, ubi nunc Ecclesia Sanctae Caeciliae Turris campi, sive Montis Jordani, ex Caeremoniali Gregorii X. Papae. In Palatio Cencii Musca-in-pugno ex fenestris dicti Palatii ad Sanctum Marcum, & ad Sanctum Adrianum; ex Palatio Sanctae Martinae, occurrebant Judaei Summo Pontifici cum Lege, ante praedictam Turrim Stephani Ser Petri in capite Parionis). Haec etiam Cencius subnectit: Quum vero pervenerit ad Sanctum Adrianum, alius de Curialibus ascendens Palatium Sanctae Martinae, facit ibi jactum ob memoratam causam, ut sic multitudo, quae impedimentum praestat Domino Papae, removeri possit, denariis ipsis colligendis intendens. Si Dominus Papa consecratur, vel eligitur extra Urbem, quum venerit Romam, ad Capellam Sanctae Mariae Magdalenae ad radicem Montis-mali descendit, & intrat cum Cardinalibus ipsam Capel-

A lam, & ibi recipit Pluviale & Mitram; & postea equitat & procedit. Et Judaei sibi occurrunt cum Lege & laudibus. Et veniunt omnes Clerici induti, cum Crucibus & Vexillis & thuribulis, cum capsula cum thure. Et quae libet Ecclesia occurrit ipsi Papae cum thuribulo. Papa imponit incensum; & illi incensant Papam; & ita faciunt omnes Ecclesiae. Haec ille, usui Eruditorum posthac futura. Postremo tandem loco Romanam Imperatorum Coronationem resumens ajo, fuisse tempora, quibus praeter Coronam Imperialem, aureus quoque circulus in Coronatione novo Imperatori conferebatur. Erat is Corona sine radiis aut liliis, nudo circulo aureo constans, ideo traditus, ut Patricius Romanorum significaretur. Locupletissimum testem habemus Leonem Ostiensem Lib. 2. Cap. 79. Chronici Casinensis. Eidem, ait, Henrico (scilicet inter Augustos Secundo, qui Anno MXLVI. Romae Coronam suscepit) Patriciatus honorem Romani contribuunt, eumque praeter Imperialem Coronam, Aureo Circulo uti decernunt. Paria habet de Lothario II. Augusto Petrus Diaconus Lib. 4. Cap. 119. ejusdem Chronici Casinensis, & Acerbus Morena in Histor. Laudens. de Friderico I. Imperatore. An ante Annum à Christo nato Millesimum ejusmodi Ritus vigerit, nondum mihi deprehendere licuit. Neque plura addam. Ordinem in Coronatione Regis Italiae servatum jamdiu dedi in Comment. de Corona Ferrea Tom. II. Anecd. meorum (*).

DE


(*) Reminiscatur Lector, quae in calce column. 143. & 158. Voluminis istius monuimus de Anecdosis, & sic deinceps, ne multi simus.

DE OFFICIIS

DOMUS REGIAE.

DISSERTATIO QUARTA.

DISSERTATIO QUARTA.



Auca nunc praefari juvat de *Officiis domus Italicorum Regum*, antequam praecipuos barbaricorum temporum Magistratus aggrediar. Pauca, inquam; heic enim infelicius quàm alibi antiqua monumenta nos deficient. Facile fuit Romanarum Antiquitatum cultoribus Saeculo proxime praeterito congerere & explicare Officia vel minutiora domus Augustae, sive Romanorum veterum Imperatorum. Nam sive Ethnicae superstitionis monitum foret, sive inanis gloriae cupido, non Magnates tantùm, sed & ipsum vulgus, ipsique etiam Servi, tumulto suo epigraphen marmore inscriptam adjungere consueverunt, quae posteris munerum à se gestorum, ac officiorum quorumvis memoriam servaret. Ex hisce eruditis Romanorum temporum lapidibus quanta adhuc copia supersit, nihil est, quod ego Lectorem moneam. Verùm Saeculis Langobardicis, Francicis, & Germanicis, aliis moribus Italia est usa. Vix ullus è vulgo titulum suo sepulcro apponebat: quippe una fossa multorum corpora fere semper exceptit. Unis Principibus, Episcopis, aliisque Regni Primatibus, interdum Epitaphia fucere posita; sed & pleraque ex iis cecidere, aut injuriâ temporum, sive lapididarum, excisa, aut in novas

A substructiones barbarice coniecta. Aliquid tamen dicam. Nulla dubitatio est, quin Italicorum Regum aula complurium Officiorum splendore niteret, tum iis, qui Regi ac Reginae in Palatio famulabantur, quum aliis, quos Rex ad regendos Populos, ad aerarii Regii reditus colligendos, ad gubernandas militares copias eligebat. Praeter Nobilium, aliorumque Liberorum hominum ministeria, ingens Servorum copia tum in Palatio, tum extra, ab eorum nutibus pendebat. Jam Paullus Diaconus Lib. III. Cap. XVI. testis est, quo tempore Autharis Rex constitutus fuit, *Duces, qui tunc erant, omnem substantiarum suarum medietatem Regalibus usibus tribuisse, ut esse posset, unde Rex ipse, sive qui ei adhaerent, ejusque obsequiis per diversa Officia dediti, alerentur.* Porro alii ex hisce Regiis Ministris, seu familiaribus, ad majora ministeria, alii ad minora, alii denique ad minima adhibebantur. Idem factum à Francicis, Italicis, Germanicis Imperatoribus ac Regibus, unusquisque intelligit. Peculiaribus autem Disquisitionibus ego infra agam de *Ducibus, Marchionibus, Comitibus sacri Palatii, Comitibus ordinariis, Sculdasciis, Judicibus, Castaldiis, Vassis, Missis Regnis, Scabinis, Centenariis, Decanis, Notariis*, aliisque hujusmodi Regum Ministris. Nunc pauca alia Officia complectar, prout illa memoriae meae sese offerent.

Itaque Aula Regum Langobardorum suum habuit *Majorem Domus*, non qualem ex summa inertia Francorum Reges Merovingicae stirpis habuere, qui videlicet demto nomine Regis, omnem Regiam potestatem atque auctoritatem absorberet; sed Praefectum Palatio, sive Oeconomiae ac Familiae Regiae: nam id ei munus injunctum puto. Adhuc in Italico-
 rum Principum Palatiis dignitas ista perdurat, ac nomen *Maggiordomo*. Publici juris fecit Ughellius Tomo I. Ital. Sacr. in Episcop. Arretin. Judicatum *Ambrosii*, qui *Illustris Major-domus* appellatur, in *Civitate Arretina* habitum *Anno Tertio Liutprandi Regis, Indictione XI. mense Augusti*. Sed scribe *Indictione XIII.* ut in Diplomate subsequenti ipsius Liutprandi; hoc est Anno Christi DCCXV. Is ergo tunc *Major domus* Regalis Aulae Ticinensis, & ob negotia Regni in Tusciam à Liutprando Rege missus, litem inter Arretinum & Senensem Episcopos ferventem diremit; neque ob hoc Judicatum opinari cogimur, plures Regi Liutprando fuisse *Majores domus*, quum unus po-

A tuerit esse (atque ita fuisse non aegre mihi persuadeo) Ticinensi Palatio praefectus, & aliqua de causa in Tusciam profectus. Hinc autem habemus, multum dignitatis & auctoritatis fuisse *Majori domus* apud Langobardos Reges, quando is Judex sedebat inter Episcopos, ex delegatione tamen, ut opinor, Regis ipsius.
 B *Stratoris* quoque munus occurrit in Langobardorum Palatio. Hujus cura erat sternere & parare equos Regi, ipsique adesse, ac manum praebere, dum equum ascenderet, & equitantem pone sequi. Itaque ad *Stratorem* spectabat, stapedem (nunc *la Staffa*) tenere Principi equum insilienti. Ac propterea Imperatores ipsi pro reverentia Sancti Petri Apostolorum Principis dedignati minime fuerunt stapiam tenere Romano Pontifici, ac *Stratoris* officio tunc fungi. Cujus rei etsi obvia sunt exempla, unum tamen excerpere juvat ex MSto Codice Cencii Camerarii, ubi congressus Hadriani IV. Papae & Friderici I. in Imperatorem coronandi Anno Christi MCLV. enarratur.

De receptione Papae Adriani à Frederico Imperatore tempore
Coronationis suae; hoc est Anno 1155.

A Nno Incarnationis Dominicae Mil-
lesimo Centesimo Quinquagesimo
Quinto, Indictione III. Quinto Idus Ju-
ni, Pontificatus vero Domni Adriani
Papae IV. Anno Primo. Quum Don-
nus Fredericus Romanorum Rex Romam
in Imperatorem coronandus accedens, in
territorium Sutrinum cum exercitu ad-
venisset, ivit ad eum de Civitate Ne-
pessina Donnus Papa. Et quum A. tunc
Coloniensis Archiepiscopus, & multi de
Principibus illius exercitus ei obviam
exiissent, ad tentorium Regis cum jo-
cunditate nimia, & competenti honorifi-
centia conduxerunt. Ubi quia Rex in
Stratoris officio exhibendo, & tenen-
do streugam illum honorem Donno Pa-
pae nequaquam exhibuit, qui ab ante-
cessoribus ejus Romanorum Regibus ob
Apostolorum Principis reverentiam Ro-
manis consueverat Pontificibus exhiberi:
coeperunt qui cum Donno Papa venerant,
contristari, & de subtracta ei reverentia
murmurare. Quocirca Donnus Papa eum
ad osculum non recepit. Unde remanente
ibidem exercitu, totus sequens dies sub
istius rei disceptatione decurrit; asseren-
tibus Cardinalibus, Donnum Imperato-
rem de antiqua consuetudine, ac Roma-
nae Ecclesiae dignitate, Donno Papae
stapedem debuisse tenere; propter quod
quidam Cardinales discesserunt. Tam-
dem vero antiquioribus Principum, & illis,
qui cum Imperatore Lothario ad Donnum
Papam Innocentium venerant, requisitis,
& investigata ex relatione illorum, &
veteribus monumentis, prisca consuetudi-
ne, judicio Imperialis Curiae decretum
est, & communi Principum favore fir-
matum, quod Donnus Imperator pro A-
postolorum Principis & Sedis Apostoli-
cae reverentia exhiberet Stratoris offi-

Tom. I.

A cium & streugam Donno Papae te-
neret. Tertio itaque die movit Impera-
tor exercitum, & castrametatus est juxta
Lacum, qui dicitur Jausa, in territorio
Nepesino. Ibi, sicut constitutum fue-
rat inter Principes, Donno Papa appro-
pinquante tentorio suo, Imperator per a-
liam viam obviam veniens, descendit ex
viso de equo, & in conspectu exercitus
in omni alacritate Officium Stratoris
implevit & streugam ipsius tenuit:
& tunc primo eum ad osculum Donnus
Papa recepit.

Ergo Stratoris officium non aliud
fuisse videtur, quam qui nunc Ca-
vallerizzo maggiore, aut Scudier mag-
giore, dicitur. Langobardica seu Ger-
manica Lingua hunc Marpabis appel-
labat, teste eodem Paulo Lib. II.
Cap. IX. ubi Gisulfus Alboini Re-
gis nepos memoratur, vir per omnia
idoneus, qui eidem Strator erat, quem
lingua propria Marpabis appellant. Et
Lib. VI. Cap. VI. Rex Cunibertus,
dum post haec cum Stratore suo qui Lin-
gua propria Marpabis dicitur, consilium
iniret. Unum-ne, an plures Stratores
Ticinensis Aula numeraret, decerne-
re non ausim. Apud Ughellium Tom.
VIII. Ital. Sac. in Archiepiscopis
Beneventan. & in Chronico Sanctae
Sophiae occurrit non semel nomen
Marpabis, sed semper vitiatum. Fuit
enim & apud Beneventanos Principes
eadem Dignitas & nomen, sed non
idem fortasse munus. Nam non so-
lum plures Marpabis in Beneventana
provincia numerati sunt, sed etiam
Judicem egisse in pagis videntur.
Judiciaria Faroaldi Marpabis nostra oc-
currit in Charta Arichisi Principis
apud eundem Ughellium. Et in Char-

N

ta

ta Liutprandi Principis: *Adstantibus ergo nos Engilberto, & Jobanne Malepato Judicibus nostris. Legendum Marpabis. Ita in Siconis Principis Charta: Judicaria dari Maripali nostro. Legendum videtur Dati Marpabi nostri. Vide & Chronicon Vulturturnense Part. II. Tomi I. Rer. Italic. pag. 391. & 392. ubi Gripertus Marepals, filius bonae memoriae Walperti, qui fuit Castaldeus. Et Pando Marepals filius bonae memoriae Landulfi Marepals. Quare complures Marpabis in Apulia fuerit, & quidem extra Palatium Beneventanum, pagi fortassis alicujus Reges.*

Pincernas & Vestiarios, sive Vestarios in Aula Ticinensi memorat idem Paullus Lib. V. Cap. II. Eos nunc appellamus Coppieri. At Vestiarii nomine ut ut designatos opinari liceat, quos nunc dicimus Guardarobieri, verba tamen Paulli potius indicant illum, qui vestem domino ministrat, eique ad se induendum inseruit, nunc Adjutanti di Camera, Camerieri, Gallis Valets de Chambre. In Paralipomenis Anonymi Salernitani Part. II. Tom. II. Rer. Italicar. Cap. 118. Haec legimus: Quum Pincerna Imperatoris (scilicet Ludovici II. Augusti) cum aureo poculo vinum dedisset (Landulfo Episcopo Capuano) is exiguum sumisit, & statim Pincernae poculum reddere voluit. At Imperator adjecit: „Vestro famulo poculum redite, sitque vobis donatum. „ Plures autem in Imperatoris Aula erant Pincernae, eisque unus praecerat, quem Pincernam primum aut principem appellabant. In Placito Spoletino Anni DCCCLX. (ut habent Additamenta ad Chronic. Casauriense, Part. II. Tomi II. Rer. Italic.) inter Optimates Ludovici II. Augusti occurrit Hechideus Comes & Pincerna primus.

A Illustris quoque fuit *Buticularii* dignitas in Franco-um Regum Palatio. Ita verò appellatus *Princeps Pincernarum*. Praeterea Regio *Stabulo* Praefectus erat, quem *Comitem Stabuli* vetustissima monumenta appellant. An eo nomine censeretur sub Langobardis Regibus, qui hac dignitate fungebatur, incertum est. Illud extra controversiam est, sub Francis in Italia dominantibus, & sub Principibus Beneventanis ex genere Langobardorum, munus hoc & nomen reperiri. In supra laudatis Additamentis ad Chronic. Casaurien. pag. 928. Ludovicus II. Imperator in Placito Anni memorati DCCCLX. laudat inter Optimates suos *Adelbertum Comitem Stabuli*. Item quoque Anonymus Salernitanus Paralipomen. Cap. 29. Grimoaldum Storefeyz Principem Beneventi dixisse tradit Beneventano cuidam: *Stabulum nostrum pete, & qualem volueris equum exinde tolle. At ille ad Comitem Stabuli properavit &c.* Subsequentibus Saeculis, quod Comites Stabuli militares etiam copias regerent, causam praebuit appellandi *Comestabulum*, qui turmae uni militari praesset. *Referentarii* quoque enumerantur inter veteris Palatii munera. Diploma Aistulfi Langobardorum Regis Anni DCCLVI. quod habes Part. II. Tomi II. Rer. Italic. in Chronic. Farfens. pag. 440. scriptum dicitur *ex dicto Domini Regis per Theopertum illius Referendarium*. Non satis liquet, fuerit-ne *Referentarii* munus supplicum preces exhibere Principi, an ejus Diplomata scribere, annuloque signare, ita ut nullum discrimen fuerit inter *Notarios*, sive *Cancellarios*, ac *Referendarios*.

Veri quoque simile est, *Mariscalchi* officium ac nomen in Augustorum & Regum Aula minime fuisse desideratum.

tum, si tamen hoc munus non idem fuit cum *Comite Stabuli*. Olim verò *Praefecti equis* erant *Marescalchi*, humili munere, qui ad militiam deinde translati, nostrorum temporum *Marescal-lis* nomen dedere. Eorum mentio est in Pacto Legis Salicae Cap. XI. & in Alamannica Tit. 79. Fuisse quoque Principibus suum *Marisbaleum* discimus ex Diplomate expeditionis Romanae Caroli Crassi Augusti apud Goldastum Tom. I. Constitut. Imperial. pag. 207. ubi haec verba: *Singuli verò Principes suos habent officio-narios speciales, Marescalcum, Dapiferum, Pincernam, & Kamerarium*. Verum unde hauserit Goldastus ejusmodi Di-ploma, incertum est, atque in eo oc-currunt Notae Chronologicae tanto vitio laborantes, ut suspicionem ju-stam falsi ingerant: cujus criminis ab aliis quoque arguitur Goldastus. Datum quippe dicitur VIII. Idus Ju-nii, Anno ab Incarnatione Domini no-stri Jesu Christi DCCCXC. Regni au-tem ejus XXII. ante consecrationem. Et verbis quidem disertis ibi scriptum, Carolum parare se ad iter Italicum, atque ad Romanam Coronam suscipien-dam. Atqui Anno Christi DCCCXC. tantum abest, ut Carolus Crassus i-nungendus esset Imperator, ut ne in-ter vivos quidem numeraretur, An-no scilicet DCCCLXXXVIII. postre-mo fato functus. Ad haec is dicitur *Rex Francorum, & Romanorum*; quae formula omnino ab eorum temporum moribus abhorret, ac plane ridenda. Quare Freherus & Du-Cangius cau-tius egissent, si minus fidei adjunxis-sent Goldastinae illi merci, & potis-simum quod aliis ejusmodi foetibus non careat Collectio Goldasti. Infra in Dissertat. XVII. de Fisco Diploma Carlomanni Regis exhibebit nobis *Eginolfum Dapiferum nostrum, & Ala-*

mannum Venatorem nostrum. Praeterea in Alamannorum Lege Tit. 79. *Seniscalechi* munus memoratur, uti & in Francorum veterum monumentis, ad quem cura domus seu familiae domi-nicae spectasse creditur, sub *Majore domus*, quasi is fuerit, qui nunc *Ma-stro di Casa* appellatur. In Diploma-te Anni DCCCXVII. Tom. I. veter. Scriptor. Martene & Durand, Ludo-vicus Pius Augustus commemorat *Adalbertum Siniscalecum nostrum*. In al-tero Diplomate Pippini ejus filii A-quitaniae Regis occurrit *Erlaldus ge-nitoris nostri Siniscalecus*. Neque unus *Seniscalebus* Regibus iis fuit, sed plu-res, quum apud Marculfum Lib. I. Cap. 25. Rex in judicio sedisse dica-tur cum *Referendariis, Domesticis, Seniscalecis, Cubiculariis, &c.* Attamen, uti etiam animadvertit Bignonius, *Seniscalechi* munus minime diversum fuit ab *Architriclino*, sive *Dapifero*, aut à *Principe Coquorum*, de quo in-fra. Nam in Annalibus Francorum Tom. 7. pag. 16. Tomi II. Du-Che-fnii ad Annum DCCLXXXVII. le-gitur: *Misit exercitum suum Rex par-tibus Britanniae una cum Misso suo Au-dulfo Sinescalco*. Atqui haec eadem describens Eginhardus in Annalib. Francorum ad Annum DCCLXXXVI. ait de Britonum rebellionem: *Missus illuc Regiae Mensae Praepositus Audul-fus, perfidae gentis contumaciam mirâ celeritate compressit*. Idem habetur a-pud Annalistas Saxonem ab Eccar-do editum, atque in aliis Chroni-cis. Ad haec Regino Prumiensis Ab-bas ad annum eundem tradit, mis-sum à Carolo Magno exercitum in Britones *una cum Misso suo Odulpho Principe Cacorum*: Scribe *Principe Co-quorum*. Ergo habes, quo munere o-lim *Seniscalechi* fungerentur. Idemque confirmatur ex Italica voce *Scalco*,

significante *Praepositum Mensae*. Menagius eam censet profectam ex Teutonico *Scalc*, significante *Servum*, *Ministrum*. Atqui non ex uno *Scalc*, nimis generico nomine, efformata fuit nostra vox *Scalco*, sed quidem è *Seniscalcho*, quae vox sensim immutata in *Sescalchus* (ejusque exempla abundant) tandem apud Italos evasit *Scalco*. Vossius & Eccardus è *Son* significante *Gregem*, & *Scalc* significante *Servum*, seu *Praefectum*, compositum putant *Seniscalchum*. Difficile eis subscribam, atque accuratius Etymon ab aliis exspectandum opinor. Vix autem dubitandi locus est, quin & Reges Italici, & reliqui Caesares nomen hoc, & dignitatem in suum Palatium invexerint. Hincmarus Remensis Archiepiscopus inter Officia Regiae Francorum domus *Senescalcum* etiam recenset. *Silentiarium* quoque dignitas in Regia Francorum Aula fuit, atque eo munere functus fuit Sanctus Angilbertus, postea Centulensis Abbas. Fortassis ita appellatus, qui in Consistorio Regi affidebat ad deliberandum de Regni negotiis, aut ad Consistorii fores custos silentium aulicis indicebat.

Ad haec fere certum videtur, minime desideratos fuisse in Italico Palatio, qui Venationi & Aucupio praessent. *Falconarii* & *Venatores* iis nomen erat. Quatuor fuisse scribit Hincmarus in Francorum Aula *Venatores*, unum *Falconarium*. In Epistola Caroli Magni ad Pippinum filium Italiae Regem, quam editam habes Part. II. Tom. I. Rer. Italicarum pag. 112. inter Leges Langobardicas, haec ait: *Pervenit ad aures clementiae nostrae, quod aliqui Duces, & eorum Juniores, Gastaldii, Vicarii, & Centenarii, seu reliqui Ministeriales,*

A *Falconarii, Venatores &c. mansionatica & paravereda accipiant &c.* Haec utique de Palatii Italici Ministerialibus scribit inclytus Imperator. Insigni etiam dignitate fulgebat in Palatio Regum Francorum, praeaudato Hincmaro teste in Lib. de Offic. Palatii, *Praefectus pistoribus*. Ermoldus Nigellus Lib. 4. de Gest. Ludovici Pii, Part. II. Tomi II. Rer. Ital. scribit.

B *Pistorum Petrus hinc princeps, hinc Gunto Coquorum*
Accelerant, mensas ordine more parant.

C Gunto idem ac *Seniscalchus*, ut nuper ajebam; Petrus verò *Pistorum princeps* fuere. A vero minime abhorret, Lotharium quoque ejus filium & Ludovicum II. ejus nepotem, Augustos haec eadem ministeria in Ticinensi Palatio constituisse. Atque idem Ludovicus Pius Imperator ab Astronomo Scriptore ejus Vitae dicitur misisse in Italiam Anno DCCCXXII. Lotharium filium, & una cum eo *Geruntium Ostiarium*. Hic ab Eginhardo appellatur *Ostiariorum Magister*; atque adeo Praefectus Ostiariis Palatinis, quibus certe Ticinensis Aula nequaquam caruerit. *Ostiarium* Palatii Ticinensis infra memoratos videbis in Lege IX. Ratchisii Regis. *Gerwardus* etiam *Palatii Bibliothecarius* in Aula Ludovici Pii Augusti commemoratur ab eodem Eginhardo Cap. 6. Opusculi de Translat. Sanctorum Marcellini & Petri. Erant & Romanis Pontificibus *Ostarii* in Lateranensi Palatio: atque ad eos spectat Charta, quam è Regeſto MSto Cencii Camerarii descriptam, heic vulgandam censui.

Sacramentum Oſtiariorum Palatii Pontificis Lateranensis;
Anno 1188.

IN nomine Domini. Anno Dominicæ
Incarnationis MCLXXXVIII. Anno
Primo Pontificatus Donni Clementis Pa-
pæ III. Indiſtione VI. mense Januarii
die XXII. Adminiſtrante Domino Cencio
Donni Papæ Camerario. Ego Bobo Ca-
potianus Prior Oſtiariorum, & Roma-
nus Tedelgarius, & Ranuſius, Johan-
nes Capotius, Rucanellus, Johannes Bo-
nuſſilius, Stephanus Piſtor, cum aliis
ſociis noſtris, conſtituti Oſtiarii in La-
teranenſi Palatio per Dominum Papam,
ab hac hora in antea fidelis ero eidem
Donno Papæ, ſuiſque Catholicis Succeſ-
ſoribus, & Eccleſiæ Romanæ. Non e-
ro in factò, conſilio, vel conſenſu, ut
vitam perdant, vel capiantur mala ca-
ptione &c. ſicut in juramento Roma-
norum continetur. *Cuſtodiam quoque*

A Palatii prædicti, & Baſilicæ Sancti
Laurentii, & Sancti Silveſtri, fideliter
faciam in vita & morte Romanorum
Pontificum. Non furabor, neque diri-
piam, neque conſentiam meo poſſe fura-
ri, vel diripi de Reliquiis, auro, ar-
gento, gemmis, palliis, ornamentis, li-
bris, chartulis, oleo, plumbo, ferro,
aere, lapidibus, portis, lignis, tabulis
B ipſius Palatii, & earundem Eccleſia-
rum, & Romanorum Pontificum. Hæc
omnia juro: & obſervabo per bonam fi-
dem ſine fraude & malo ingenio. Sic
me Deus &c.

Porro ejuſmodi Oſtiarii Pontificii
Ordinem ſuum conſtituebant, quem
Scholam appellabant olim. Idque con-
ſtabit ex altera Charta, quam ex eo-
dem Regeſto MSto depromſi.

Cencii Camerarii Pontificii præceptum, quod Oſtiarii de mandato
Camerarii debent oſtia fideliter cuſtodire.

Circaſer Annum 1191.

EGo Cencius Camerarius ex parte Do-
mini Papæ præcipio vobis Oſtia-
riis, ut amodo ebdomadam in vice ve-
ſtra faciatis: vel ſi juſtam excuſationem
habueritis, unusquiſque veſtrum commit-
tat ebdomadam uni de ſociis veſtris O-
ſtiariis. Et venietis ad faciendum ſer-
vitium Domino Papæ in ipſo Palatio
cum ſociis veſtris omnibus in Aſſumtio-
ne Sanctæ Mariæ pro cuſtodiendo Pa-
latio, in Nativitate Domini, in Paſcha,
& etiam in die Jovis Sancti; & quan-
documque, & qualitercumque placuerit
Camerario, qui erit per tempora. Et
ſemper in vocatione Camerariorum habe-
bitis omnes comeſtionem. Et non habe-
tis poteſtatem mittere aliquem in Scho-

Cla, niſi de mandato Camerarii. Et non
teneat claves Baſilicæ Sancti Laurentii,
& Palatii, niſi Oſtarius juratus.

Aniadvertetis, Camerarium Pon-
tificium præſuiſſe Oſtiariis, eoſque
ſuo ſunctos munere ſtatis hebdoma-
dis, atque inſuper certa fuiſſe tem-
pora, quibus eiſdem comeſtio daba-
tur à Camera Pontificis.

D Imperatoribus itidem fuit Archi-
cancellarius unus, & plures ſub eo
Cancellarii, qui & Notarii, & Chartu-
larii appellati: de quibus nullus mi-
hi fermo futurus eſt, quum ejuſmo-
di munera non minus vetuſtis quam
noſtris temporibus nota ac florentia
intueamur, & paſſim occurrant in

Regum

Regum Diplomatis. Ille etiam appellatus *Archinotarius*, hi *Notarii*. In Diplomate Ludovici II. Anno DCCC. LX. inter Additamenta ad Chronicon Casauriense *Tractatum sacri Palatii Archinotarium* legimus. Sed scribendum *Tructemirum*, seu potius *Druhemirum*, qui revera hoc nomine subseribit, & alibi *Archicancellarius* appellatur. *Protonotarii* munus idem à nonnullis fuisse creditur atque *Archicancellarius*. Plures etiam *Cappellanos* numerabat Aula Regia, qui sacris operabantur, divinaque officia statis temporibus in Cappella Regia canebant. Hisce praeerat *Archicappellanus*, sive *Archipresbyter Franciae*, seu *Primicerius sacrae Cappellae*, cujus dignitas eximia, cujus auctoritas ingens fuit, ut multis ostendit Guilielmus Peyratus in Comment. Lib. I. Cap. 26. Eam quoque in rem consulendi Ludovicus Thomassinus, Mabillonius, atque Du Cangius. Sacrorum ejusmodi Ministrorum Palatinorum mentio quoque est in Italicis monumentis. *Reginarium Cappellanium Imperatoris* habes in nuper laudato Diplomate Ludovici II. Et in Charta Anni DCCC. LXIII. occurrit *Farimundus Diaconus & Cappellanus* ejusdem Augusti. Eisdem Imperatori, cui plerumque sedes Saeculo Christi IX. fuit in Urbe Regia Ticino, aderat *Joseph Archicappellanus*, ut constat ex Actis Synodi Ticinensis Anno DCCCLV. apud Labbeum Tom. 8. Conciliorum. Ceterum *Archicappellanus* à Walafrido Strabone Cap. 31. de Exordiis Rer. Ecclesiastic. dicitur Praefectus *Clericorum causis*; eorum quippe controversias dirimebat. *Apocrisarius* etiam appellatur ab Hincmaro saepe laudato, immo & *Palatii Custos*. Ab eodem Walafrido memoratur insuper *Praeceptor Palatii*, quem Du-Cangius eum-

A dem censet cum *Comite Palatii*. Ego diversum suspicor, quum Aldricus postea Senonensis Archiepiscopus, ut est in ejus Vita apud Bollandistas ad diem V. Junii, *Praeceptor Palatinus* institutus fuerit à Ludovico Pio Augusto, ut *vita Imperialis Aulae*, & *majora negotia suae discretionis arbitrio diffinirentur*. Hic autem non Comes Palatii, sed *Cancellarius* fuisse videtur. Certe Monachus fuit; Laici autem, non Clerici, munere *Comitis Palatii* fungi consueverunt.

B Si Ughellio fides, fuerunt & *Tronarii* inter officia Caesarei Palatii. Refert etiam Diploma Caroli Magni Tom. I. Ital. Sacr. in Catal. Episcop. Arretin. datum IV. Nonas Martias, *Trigesimo tertio & Trigesimo quarto Anno Imperii nostri. Actum Romae in Ecclesia Sancti Petri Principis Apostolorum, ubi ipse in corpore requiescit*. Quare Du-Cangius in suum Glossarium intulit *Tronarios*. Sed parcat Ughellius, si corruptam apud eum hanc vocem suspicor; sunt enim crebra nimis vitia horum similia in monumentis ab eo productis. Praeterea nusquam alibi offendas id genus Officii: cur semel tantum, hoc est in uno illo Diplomate servatum fuerit eorum nomen? *Notum sit* (ita ibi scriptum) *omnibus Episcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus, Gualtaldis, seu reliquis Tronariis, & cunctis fidelibus nostris &c.* Aut *Vicariis*, aut altera propior vox ibi scribenda. Quid? quod Diploma illud commenti signa patentia praefert. Vide Notas Chronologicas. Satis sunt ad dignoscendam imposturam. Ipse etiam Carolus inscribitur *Rex Francorum & Romanorum atque Langobardorum. Apage & Romanorum*. Abhorret etiam à Cancellariae Carolinae more *Signum Karuli Magni Imperatoris*, ut alia omittam. Propterea nisi

nisi alia lux affulgeat, *Tronariis* nullus heic erit per me locus inter Officia domus Augustalis. *Camerarium* vero, qui *Cameræ* seu Fisco Regio praeesset, consueverunt habere Francorum Reges; uti & *Domesticos* complures, & *Mansionarium*, nunc *Quartier-Mastro*, qui mansiones seu aedes itineranti Regi parabat. *Cubicularios* quoque ad custodiendum Principis Cubiculum destinatos; & *Auricularios*, sive à *secretis*, quorum munus idem cum *Consiliariorum* fuisse videtur. Horum vestigia nondum reperi in Italicis monumentis. *Consilarii* verò Augustorum & Regum saepe memorantur in eorum Diplomatis vel sub Imperatoribus Francicis; atque id muneris deferebatur tantummodo Episcopis, Comitibus, Vassis, aliisque illustribus viris. Ipsos verò *Vassos* inter Officia domus Regiae connumeratos fuisse, infra ostendam in Dissertat. X. de *minor. Just. Ministr.* quippe munere illo plerumque ii fungebantur, quo nunc Nobiles, *Gentiliumini* appellati. Eorum nempe erat honoris causâ in Palatio, atque in Placitis adstare aut assidere Principi, ac in ejus comitiva esse, vel quum longa itinera suscipiebat. *Barones* autem vetustis iis Saeculis nuncupati reperiuntur quum *Vassi* ipsi, tum reliqui primores Regni: quae vox in Germania, ac Regno Neapolitano perdurat. Ejusmodi quoque Vassis Beneficia sive Feuda interdum conferebantur, quibuscum erat connexum Officium aliquod, puta *Pincernæ*, *Venatoris*, *Cubicularii*, *Cursoris* &c. Vide in Dissertat. XI. de *Allodiis*, sub quot titulis sua Feuda elargiretur olim Patriarcha Aquilejensis, magnae olim potentiae & auctoritatis Princeps. Neque enim Reges tantum ac Imperatores splendidâ aulicorum fa-

miliâ dignitatem suam tuebantur; sed & Episcopi, Duces, Marchiones, & Comites, quibus complures erant Vassi, Barones, ac famulorum numerosa cohors, singulis certantibus in honore domini sui, sive Nobiles, sive ignobiles, sive Liberi, sive Servi. Uti Liutprandus in Historia Lib. 2. Cap. 10. memoriae prodidit: *Ludovicus III. Imperator circiter Annum Christi DCCCC. Exiens Papiâ, proficiscitur Lucam, ubi decenter, miroque paratu ab Adelberto (Duce videlicet ac Marchione Tusciae) suscipitur. Quumque Ludovicus in domo Adelberti tot militum elegantes adesse copias cerneret, tantam etiam dignitatem, totque impensas prospiceret, invidiae zelo tactus suis clanculum inficit.* „ Hic „ Rex potius quam Marchio poterat appellari. In nullo quippe mihi „ hi est inferior, nisi solummodo nomine „. Erant autem Principibus Beneventanis Dignitates quaedam Palatinae, quarum nomina aut à Latinorum, aut à Graecorum Imperatorum Aula mutuati fuerant, uti *Comitis Palatii*, *Protospatrii*, *Gastaldii*, *Topotervii*, *Povtavii*, *Thesaurarii*, *Referendarii*, *Actionarii*, *Vestiarii*, vel *Vestarii*, *Vicedomini*, *Pincernæ*, *Basilici*, *Candidati*, *Stratigi*, aliaque ejusmodi munera. Ita ipsi quoque Italiae Principes jam tum cum Regibus magnificentia certabant. Neque minori pompa Aulam suam decoratam voluit sub initium Saeculi XI. Bonifacius Marchio, Mathildis Comitissae postea pater, Mantuae tunc & Ferrariae dominans. Accipe, quae habeat Auctor Vitae Sancti Symeonis Eremitae, tunc in Monasterio Padolironensi Mantuani agri degentis, apud Mabillonium Part. I. Saeculi VI. Benedictini. Mantuam profectus fuerat Sanctus Eremita, invifendi

fendi Marchionis gratiâ. *Quumque ex aula Principis, quæ quadratæ cuidam ac peramplæ imminebat Curiae, egresseretur, & ad Monasterium redire vellet, Leonem ex illis unum, quos Princeps magnificentissimo alebat sumitu ac pompa, obviam habuit. Fugerat ille è carcere. At sanctus vir per fauces arreptum ac lenitum ad consueta stabula non sine ingenti prodigio deduxit. Ex his intelligas, quantâ magnificentiâ Princeps ille viveret, quamquam tunc Tusciae ac Spoleti Provinciais nondum dominaretur.*

Interdum quoque occurrunt in veterum monumentis *Gasindii*: quo nomine ajo designatos fuisse *Familiares*, sive qui de Familia Regis, Comitum, aliorumque Procerum fuere. Spelmannus in *Archaeologo* vocem derivat è Francico *Casse* pro domo, & è Saxonico *Hynde* pro famulo, ut sic dicatur quasi *Casbyndus*. Vossius Lib. 2. Cap. 8. de Vitiis sermon. à *Cassa* & *intus* conflata hanc vocem conjectabat. Eccardus verò in *Notis ad Legem Salicam* haec scribit: *Gasindium, comitatus famulitiumque vocabatur; & Gasindus, qui est in comitatu alicujus; minister, fidelis, homo domini.* Addit infra: *Nos voce Gesinde adhuc pro famulitio utimur.* Hoc idem ante Eccardum tradiderat, & quidem recte, Hugo Grotius. Nobis nunc appellantur *Cortigiani*, *uomini della Famiglia*. Id constat è *Lege Langobardica*, quae apud *Lindenbrogium Rothari Regi* tribuitur, sed revera auctorem habuit *Liutprandum Regem* Lib. 6. cap. 9. uti videre potes Part. II. Tomi I. *Rer. Italicarum*. Statuitur ibi poena occidenti *liberum hominem*: nempe *is res suas in integrum perdat*. Tum poena etiam ei indicitur, *qui se defendendo, liberum hominem occiderit*: quod profecto mirere,

nisi haec interpreteris de excedente fines inculpatæ tutelæ. *Pro minima persona, quæ exercitalis homo invenitur esse, CL. solidos componat, qui eum occiderit. Et pro eo, qui primus est, CC. solidos.* Deinde haec in rem nostram statuere pergit Rex: *De Gasindiis vero nostris volumus, ut quicumque minimus sit, & in tali ordine occisus fuerit, pro eo quod nobis deservire videatur, CC. solidis fiat compositus. De majoribus secundum qualis persona fuerit. Denique sibi ac successoribus suis discernendum reservat, quousque ad CCC. solidos ipsa compositio debeat ascendere.* Hinc ergo duo habemus. Nempe *Gasindios Liberos homines* fuisse, ac praeterea appellationem istam communem fuisse quibuscumque in famulicio Principis degentibus, sive ad minora, sive ad majora ministeria adhiberentur. Neque Regum tantummodo Familiares, titulum ejusmodi gessere. Famulantes etiam *Judicibus*, sive *Urbium Praesidibus*, ceterisque *Magnatibus*, *Gasindii* sunt appellati. Propterea *Ratchis Rex* in *Lege VI.* sancxit, ut *Judices* in administranda justitia caverent sibi, ne affectus erga consanguineos, amicos, aut familiares suos, eos anteverterent à tramite justitiæ. *Si Judex, inquit ille, neglexerit judicare, aut forsitan attenderit ad Gasindium, vel ad Parentes, aut Amicum suum, aut ad praemium, & legem non judicaverit: tunc qui laesum se sentit, veniat ad Palatium, & reclamet suam violentiam &c.* Itaque deferebatur *Gasindii* titulus *Liberis hominibus*, qui sponte Regi, aut Regni Proceribus famulatum in eorum familia praestabant. Neque inter eos locus fuit *Servis*, sive *mancipiis*, quorum erat fervire ex debito dominis suis. *Libertos* quidem invenias, qui nempe libertate acquisita fruebantur, inter.

interdum fuisse *Gasindios Ducum*, aliorumque *Magnatum*. De heredibus *Liberti*, qui *sulfreal factus fuerit*, agit *Lex CCXXVIII*. *Rotharis Regis*: ibique statuitur, ut *Libertus intestatus moriens, si aliquid in Gasindio Ducis (Judicis habet editio Lindenbrogii) aut privatorum hominum obsequio, donum aut munus conquiſerit, res ad donatorem revertantur*. Illustribus etiam ac potentibus viris usitatum fuit ad suum famulatum adſciscere viros liberos, atque hi dicebantur esse in obsequio alicujus. Audi *Legem VII*. *Rathisii Regis*. *Si quicumque Liber homo in ſervitio de Gasindio Regis, aut de ejus Fidelibus introierit, & si Judex, de sub quo fuerit, dolose eum opprimere quaeserit, pro eo quod ipse in ſervitio alterius introiit &c.* *Ekensis Codex* habet: *pro eo quod in alterius obsequium introiit*. Doctissimus *Bignonius* in notis ad *Marculfum* apud *Baluzium* *Tom. 2. pag. 906*. *Capitular. Reg. Francorum, Gasindios censuit esse Servos, aut Fideles, qui Dominis suis perpetuo adhaerent, eisque juxta ministerant*. *Servos*, inquam, idest *Mancia*. Idque hausisse sibi videtur esse ex una è *Formulis Marculfi*, ubi haec verba occurrunt: *Si aliquis*

A *Servo suo Gasindio suo aliquid concedere voluerit*. *Bignonius* subscripsit *Vossius* in loco supra laudato. At ego in priori sententia perſto, videlicet numquam in censum *Gasindiorum* venisse *Servos*. Infido autem textui superstruxere *Bignonius* & *Vossius*: nam apud *Lindenbrogium* ea *Marculfi* verba ita se habent: *Si aliquis Servo suo, Gasindiove, aliquid concedere voluerit; & in editione Baluziana: Si aliquis Servo, vel Gasindio suo aliquid concedere voluerit*. En ut à *Servis* distinguantur *Gasindii*; atque uti haec ipsa *Formula* hocce à *Servili* conditione excludit, ita & *supramemoratae Leges* non alios quam *Liberos homines Gasindii* nomine donarunt. In *Bulario Casinensi Tom. 2. Constit. 10*. *Cunimundus* quidam interfecisse traditur *Manipert Gasindum gloriosae Anſae excellentissimae Reginae*. Sed & ipsi *Vassi Regii*, sive quum in comitiva *Regis forent*, sive ii tantum, qui aliquo ministerio in ejus *Aula* fungebantur, appellatione *Gasindii*, uti videtur, deprehenduntur insigniti. D Est mihi in hanc rem egregium *Judicatum*, quod ex antiquo *MSto Regesto Episcopii Cremonensis* excerpti.

Placitum coram Berengario I. Italiae Rege Cremonae habitum;
in quo pro Landone Episcopo Cremonensi sententia fertur
contra Leonem Scabinum, Anno 910.

D Um Dominus Berengarius gloriosissimus Rex ad Regali dignitate in Civitate Cremona advenisset, & domum Episcopii, & matris Cremonensis Ecclesie in caminata dormitorio ejusdem domui, ubi ipse Princeps cum suis *Gasindiis* & *Judicibus*, ceterisque suis *fidelibus* adesset, quorum nomina haec sunt: *Gausus, Tiso, Bernardus, Pazo,*
Tom. I.

E *Rainerius, Bebo, Anno, Milo, Oldericus, & Ingelramus, Vassi Domni Regis, Ambrosius Cancellarius item Domni Regis, Ratfredus Notarius sacri Palatii, Johannes, Archevius, & Andreas Capellanus similiter Domni Regis, Leo Archipresbyter, Petrus, Lampertus, & Rapertus Presbyteri, Lupus Archidiaconus, Aldo, Oldepertus Diacones Cav-*
dinis

dinis ipsius Episcopii, Rodelandus, Adelbertus, Witegad, Avibertus, & Odelbertus Vasalli predicti Presulis, & reliqui multi. Ibiq̄ eorum presentia veniens Lando Episcopus ipsius Sedis una simul & Adelbertus Vasallo & Advocato suo, afferens secum preceptoras paginas tres, & notitiam unam inquisitionis, quas ipse Dominus Berengarius Rex ante se legere fecit presentia. Ubi continebatur in primo precepto inter cetera, qualiter Karolus Rex Francorum & Longobardorum per petitionem sanctissimi Stephani Cremonensis Ecclesie Episcopus concessisset & confirmasset per suas auctoritates preceptas omnes res Episcopii Sancte Marie & Sancti Stephani, quod ibidem à longo tempore visum esset pertinere tam Monasteria, quamque & Senodochia, seu Ecclesias Baptismales, vel reliquas possessiones ad eundem Episcopatum pertinentes; insuper & junxisset ipsius venerabili loco, qui dicitur Teclodo cum Brivisula & Cucullo & omnia ad ipsa loca pertinentia, & Porto Vulpariolo transitorio militum usque in caput Addue cum moli-tura & portoras usque in caput Addue. In alio namque precepto continente in eo inter cetera, qualiter Lotharius Imperator confirmasset pro mercedis sue augmentum quicquid ad presatam Ecclesiam Episcopii Sancte Marie & Sancti Stephani longo tempore Reges vel aliquibus liberi homines largissent, vel ea que divina pietas ibidem argere voluisset cum omni integritate &c. In tertio namque precepto continente in eo inter cetera, qualiter Dominus Hludowicus Imperator per petitionem Benedicti Cremonensis Ecclesie Episcopi confirmasset, & junxisset per sui precepto quicquid ad presatam Ecclesiam Cremonensis Episcopi Reges vel quibuslibet homines largissent &c. Erant precepta ipsas firmata & ab ipsis Regibus & Imperatoribus manibus

A propriis, & ab eorum anulis sigillata; & à suis Cancellariis scripta & emissa, per Data & Indictione. In jam dicta notitia continebatur in ea inter omnia, qualiter per Sanctionem sacri Principis & gloriosissimi Hlotharii Imperatoris, Adelgisus Comes Cremonam advenisset ad perquirendum instituta precepti, que Karolus Rex in eadem Ecclesiam concessit habendum, idest Curte Cucullo, & Teclodo, Capraviolas, & Brivisula, una cum Porto Vulpariolo &c. Erat notitia ipsa firmata manu propria idem Adelghisi Comitis, & aliis Judicibus, & reliquis, scripta per manum Ingeprandi Diaconi, & emissa per Regnorum & Indictionem.

C Preceptoras ipsas & notitia ostensas & lectas, interrogatus est ipse Lando Episcopus & Adelbertus Advocatus ab eodem Domino Berengario Rege, per quod eos ostenderent: Qui dixerunt: „ Ideo „ eos hic vestri ostensimus presentia, „ ut vobis cognita sint, & ne quis „ dicere valeat, quod pars hujus „ Cremonensis Ecclesie eos scilens „ aut occulte vel concludiose habuisset; & quod plus est, iste Leo „ Scavino hujus Cremonensis, & Advocatus Curtis nostre Sexpilas, qui „ hic vestri adest presentia, querimus, ut dicat, si precepta ista & „ notitiam Judicati, quam hic ostensimus, bonas & vera sint, & si „ res illas in locas Cucullo, Teclodo, Brivisula, & Porto Vulpariolo, cum transitorio militum, usque in caput Addue cum moli-tura de molendinis & portoribus usque in caput Addue, sicut in eisdem preceptis legitur, de pars „ predictæ Curtis vestre Sespilas nobis à pars hujus Episcopii Cremonensis contradicere queret aut „ non. „ Qui & ipse Leo Scavino & Advocatus ex verbo & preceptione idem

idem Domni Berengarii Regis dixit & professus est. „ Vere precepta ista & „ notitiam, quam hic ostendistis, bonas & veraces sunt, & res in locis Cucullo, Teledo, Brivifula, cum omni sua pertinentia, & Porto Vulpariolo transitorio militum usque in capud Addue, sicut per eisdem preceptis legitur à parte predictæ Curtis Sexpile vobis à parte Episcopii sanctæ Cremonensis Ecclesie nec contradixi, nec contradicere quero, quia cum lege non possum; eo quod juxta ipsa legibus ejusdem Episcopii proprias esse debent, & à parte ipsius Curtis nichil pertinent ad habendum cum lege. „ Cum ipse Leo Scavino & Advocatus taliter professus & manifestus fuisset, rectum eis omnibus paruit esse, & judicaverunt, ut juxta eorum altercationem & eidem Leoni Advocatori professione & manifestatione pars ejusdem Cremonensis Ecclesie res illas in eisdem locis Cucullo, Teledo, Brivifula, cum omnia sua pertinentia, & Porto Vulpariolo, transitorio militum usque in capud Addue, & cum molitura de molendinis & portoribus usque in capud Addue, sicut in easdem legitur preceptoras, ad suorum proprietatem habere deberet juxta ipsas preceptoras; & ipse Leo Advocatus, vel pars ejusdem Curtis maneat inde taciti & contenti. Et finita est causa. Et hec notitia pro securitate parti ejusdem Episcopii fieri iussimus.

Quidem & ego Petrus Notarius per iussionem Domni Regis, & admonitionem nostrorum Judicum scripsi, Anno Regni Domni Berengarii Regis, Deo propitio, XXIII. Mens. November, Indictione XIV.

Ego Ambrosius Diaconus, & Cancellarius Domni Regis interfui & subscripsi.

A Ego Anreas Diaconus sanctæ Ticinensis Ecclesie, & Capellanus Domni Regis interfui.

Ego Johannes Clericus interfui.

Ego Gauso interfui.

Walpertus Judex Domni Regis interfui.

Sichardus Judex Domni Regis interfui.

Befanius Judex Domni Regis interfui.

Rolfredus Notarius Domni Regis interfui.

Lupus Archidiaconus interfui.

Petrus Diaconus ibi fuit.

Agivertus Presbiter ibi fuit.

Aldo Diaconus ibi fuit.

Lampertus Presbiter ibi fuit.

Signum manibus nostrorum Bernardi, & Pazoni, seu Rainerii, Vassi Domni Regis, qui interfuerunt.

C Signum manibus suprascriptorum Beboni, & Miloni, item Vassi Domni Regis, qui interfuerunt.

Signum manibus suprascriptorum Odelrici, & Ingelrami, similiter Vassi Domni Regis, qui interfuerunt.

Rodelando ibi fuit.

D Ughellius Tomo 4. Ital. Sacr. per haec tempora Landulfum nobis exhibet in Cathedra Cremonensi sedentem. Hinc autem liquet, Landonem Episcopum vitam suam produxisse saltem usque ad Annum DCCCCX. Obiter etiam animadvertit, huic Placito interfuisse aliquot Presbyteros & Diacones Cardinalis ipsius Episcopii, hoc est Cardinales Cremonensis Ecclesie. Quàm eminentem locum Gasindii Regales, sive Aulae Regalis Ministri, ea occasione tenuerint, nemo non videt, quum praecedant Cancellario, Judicibus, Notario, & Capellano Regis, Cardinalibus Cremonensibus, & Vassis Landonis Episcopi. Verborum autem contextus satis indicare videtur, Vassos Domni Regis eisdem fuisse, atque Gasindii. Adnotavit supra laudatus Bignopus, in quibusdam

sdam veteribus formulis pro *Gasindio* appellari *Ministerialem de intus casa*. Non obisto ego; sed addendum puto, fuisse olim extra Principis aulam complures *Gasindios*, sive quod illustri hoc titulo ex privilegio uterentur, sive quod à Rege ministerii alicujus causâ per Provincias mitterentur, eorumve foret munus, advenienti Regi in obsequio & famulatu esse. Hadrianus I. Papa in Epistola 94. Codicis Carolini, Carolo Magno Francorum & Langobardorum Regi flagitiosum facinus, in gente *Langobardorum*, hoc est in Italico Regno, sibi deprehensum significat, ut ad illud reprimendum & eradicandum pius Princeps accurrat. Inquit autem. *Pro hoc saepius ammonuimus Gunzfridum, & alios Gasindis vestris Epistolas dirigentes Raginaldo & Raginbaldo, ut tam detestabile stuprum devitarent. Sed ipsi noluerunt acquiescere &c.*

A & plures in Italia eorum invitari exemplo non desinunt. Ex his satis elucet, *Gasindios* illos habitasse non in Francia apud Regem, sed in Italia, atque heic perpetrasse crimen, quod eis Pontifex objicit. Honorifico autem titulo *Gasindios* insignitos fuisse didici è Charta, cujus pervetustum apographum vidi in Tabulario Archiepiscopii Lucensis, heic evulgandâ. Ibi una cum Sichimundo Archiepresbytero Lucensis Ecclesiae, fratre videlicet germano *Tatesperiani Episcopi Lucensis*, quem *Tabenperianum* corrupte appellatum videas in Italia Sacra Ughellii, tres *Gasindii* Liutprandi Regis, patriâ, uti videntur, Lucenses, ac Ticini in famulicio Regis degentes, Diaconiam ad suscipiendos peregrinos in Lucensi agro instituunt. Inscribuntur ii *VV. MM.* idest, quantum conjicere possumus *Viri Magnifici*.

Fundatio Xenodochii in pomoerio Lucensis Urbis facta à Sichimundo
Archipresbytero Lucensis Ecclesiae, ac tribus Gasindiis
Liutprandi Regis, Ticini, Anno 729.

Regnante Domino nostro Liutprand, Viro excellentissimo Rege, Anno pietatis ejus Octavo decimo, sub die XV. Kalend. Januar. Indictione Tertia decima. Oraculo Sanctorum Christi Confessorum Secundi, Gaudentii, atque Columbani, quod Deo jurante extra muros Civitatis Lucensis, loco ubi dicitur Apulia, edificare disponent, ubi & Diaconia in susceptione Peregrinorum fieri exoptant, Sigemund venerabilis Archipresbyter ejusdem Ecclesiae Lucensis, seu Theupert, & Ratpert, atque & Godepert VV. MM. Gasindi Regis, filii quondam Gunduald, presentes presentibus dixerunt: „ In Evangelio Redentor hu-
„ mani generis &c. Quapropter nos Deo
„ inspirante juxta propriam voluntatem
„ & vota ipsum sanctum Oraculum e-
„ dificare disponimus in suprascripto lo-
„ co & Diaconia in susceptione Peregrino-
„ rum, nos suprascripti germani Te-
„ hurpert, Ratpert, & Godepert, pro
„ remedio Parentorum nostrorum, atque
„ nostra mercede, ex terra nostra, quam
„ in ipso loco Apulia habemus, in ta-
„ bula una recipiente modiolas duode-
„ cim, in qua terra &c. Ego autem
„ Sigemund Archipresbyter una cum au-
„ thoritate & consensu germani & Do-
„ mini mei Taleisperiani Episcopi, &
„ nostra propria pecunia pro nostro re-
„ medio, offero & dono in presito san-
„ cto loco, & terra nostra ad Runco
„ de Casale, quod dicitur Sindoni in
„ pezza una recipiente modiolas &c.
„ Ita ut cum exinde Christi perciperint
„ Pauperes, Domino gratias referant,
„ & nobis proveniat ad remedium. Ip-
„ sum vero Xenodochium dum ego qui

A „ supra Sigemund Presbyter adixerero,
„ in mea sit potestate &c. Et confir-
„ mationis nostre paginam Magno No-
„ tario sancte Ticinensis Ecclesiae ex jus-
„ su Benedicti venerabilis Subdiaconi,
„ & Exopt. Ticin. scribendum rogavi-
„ mus, & subter confirmantibus testibus
„ sque obtulimus roborandum.
Actum Ticini.

B Ego Sichimund W. Presbyter huic car-
tula donationis à nobis facta subscripsi,
& testibus optulimus.

Ego Theupert V. M. huic cartula do-
nationis à me & germanis meis facta
relegi & subscripsi, & testibus obtuli-
mus roboranda.

Ego Guaepert, qui nomen suum scrip-
psit, & hanc cartulam fieri rogavit.

C Signum manus Roduald Gasindi Re-
gi, filio quondam Rodpald, testis.

Ego qui supra Magnus Notarius san-
cte Ticinensis Ecclesie, scriptor hujus
cartule donationis, post tradita comple-
vi & dedi.

D Ego Osprand Subdiaconus, Notarius
sancte Lucensis Ecclesie, quantum in au-
tenticum inveni, nec plus addidi, nec
menime scripsi.

E Atque haectenus de Gasindiis, qui
iidem fuisse videntur atque Gardingi
apud Gothos Hispaniae dominantes,
quorum mentio est in Legibus Wi-
ligothorum, & in Concilio Tolerano
XIII. Eo nomine Optimates seu Pa-
latini viri, Cortigiani, significaban-
tur: eoque sensu & Gasindii vocem
usurpatam vidimus. Monet autem lo-
cus, ut aliquid etiam de Deliciosis
adferamus, quum eorum interdum
mentio occurrat in aevi barbarici mo-
numen-

numentis. Eo nomine designabantur, qui non tantum in familia Principis aut Magnatum erant, sed prae ceteris cari & familiares apud ipsos fuere, & participes plerumque secretorum. *Delicatos* Romani olim fortassis appellarunt, qui *Deliciosi* posteriori aevo fuerunt. Contentio autem maxima inter Eruditos est, quid nomine *Delicatus* Romani significarint, nonnullis censentibus, pueros exoletos, & infandae libidini deditos, ea voce signari, aliis turpitudinem omnem ab eo nomine excludentibus. Uti quidem mihi videtur, minime inhonestum nomen ex institutione & munere fuere *Delicati*; sed quod ii nonnullis erant in deliciis, propterea suspicionem criminis aliquando ingerebant. Plutarchus pag. 943. in Antonino haec habet: Ὁ δὲ Σαρμέντος ἢ τῶν Καίσαρος παιγνίων παιδάριος, τὰ Δελικία Ῥωμαίων καλεῖσιν. Id est: *Sarmentus* verò *puellulus erat inter ludicros Caesaris, quos Romani DELICIAS appellant*. Nempe Romani, Magnates praefertim, puerulos apud se habere consueverunt, jocosos & blandos, sive honoris causa, sive ut eorum hilaritate ac ludis moestitiam à se repellerent. Hosce *Delicias* dicebant, hosce *Delicatos*. *Grisologus annos tres tantum & menses novem natus, atque è vivis raptus, Delicatus appellatur in Inscriptione apud Fabrettum Cap. V. pag. 362. Erant & mulieribus, nobiles, uti & Virginibus Vestalibus, Delicatae suae. Exemplum non unum vide apud Gruterum & Fabrettum. Sed & Sanctus Augustinus Lib. de Gratia & Lib. Arbitr. Cap. 21. de Esther, secundum versionem τῶν Septuaginta, scribit: Et inclinavit se super caput Delicatae suae, quae praecedebat eam. Spectant haec verba ad Cap. V. Esther, atque in Vulgata referuntur Capite XV. Sed*

ita ut ibi interpretes caecutiant. *Assumfit* (ita habet Vulgata) *duas famulas, & super unam quidem innitebatur quasi prae deliciis*. Id est super unam *Delicatam*, quae ei in deliciis erat. Infra: *Lassum super Ancillulam reclinavit caput*. Hoc est super *Delicatam* suam. Atque ex ejusmodi παῖ-
 ρ.οῖς sive jocosis, ac *Deliciosis*, sive
 B *Delicatis* pueris, fortasse emerfit vox nostra *Paggio*, aut à παῖς *puer*, famulus, ut *Monosinius* ac alii censuere. Certe non à *Bagoas*, ut *Boxhornius* opinabatur, neque à *Fabeus*, uti *Menagius* somniavit, haec ita tuo cerebro construens: *Glossae veteres: Fabeus, παῖς. Fabea, παιδικός. Fabeus, Fabius, Pabius, Pagijs, Paggio*. Abeant
 C *Glossae illae, ac longius abeat pannus iis à Menagio affutus*. Inter *Delicatum* ac *Deliciosum* nil fortasse, ut dixi, discriminis olim fuit. Aevo Langobardico & Carolino *Deliciosi* in aula Principum numerabantur, sed honestissimo ac magnifico prorsus munere. Eos opinor non alios fuisse, quam quos nunc appellamus *Confidenti* sive *Favoriti*, aut intimos Principum familiares. Statuit *Rachis Rex* in *Lege IX. capitale crimen fore, si quando aliqui pravi homines submittant in Palatium ad nostrum secretum discendum, ut per Deliciosos, aut per Ostiarios, vel per alios homines, captiose aut absconse investigare possint quicquid nos agimus*. Ita *Nicolaus I. Papa* in *Epistola 17. scribit: Sanctissimos Episcopos Deliciosos nostros pro eo vestrae caritati direximus*. Utitur & eodem verbo *Johannes VIII. Papa* in *Epistolis 72. 217. & 277. uti Du-Cangius jamdiu animadvertit*. Proinde nunc assequare, quid *Sigebertus Gemblacensis* significet in *Lib. de script. Ecclesiast. Cap. 83. ubi de Alcuino, sive Albino Abbate* in haec verba scri-

scribit: *Tanta familiaritate Imperatori Carolo acceptus fuit, ut appellaretur Imperatoris Deliciosus.* Memoratur etiam in Hadriani I. Papae Vita apud Anastasium Bibliothecarium *Albinus Deliciosus ipsius Regis*, idest Caroli Magni, Legatus ab eo missus in Italiam Anno DCCLXXIII. Censet Clarissimus Mabillonius in Annalib. Benedictin. Albinum hunc alium fuisse ab Alcuino, sive Albino Monacho, quem nuper memoravi. Non obstito, sed fortasse non immerito Sigebertus Alcuinum ipsum Monachum Deliciosum Caroli Magni affirmasse potuit. In Lege Bajuvariorum Cap. XV. habetur: *Si Servus liberum furaverit, & vendiderit, aut manus perdat aut oculos. Sine signo numquam evadat, quamvis Deliciosus sit apud Dominum suum.* Qua ex Lege agnoscimus, interdum Servis etiam delatum fuisse titulum *Deliciosi*. Uno verbo: *Delicatus, Deliciosus* nihil aliud significavit olim, nisi *Dilectus, Carus, & honesta* quidem significatione rudibus in Saeculis.

Fuerunt & *Juniores Ducum & Comitum*, de quibus multa pro sua eruditione habet Du-Cangius in Glossario Latino, & quorum non est mihi memoria contemnenda. Carolus Magnus in Epistola ad Pippinum Italiae Regem suum filium, Part. II. Tomi I. Rer. Italicar. pag. 112. se accepisse ait, *quod aliqui Duces & eorum Juniores, Gastaldii, Vicarii, & Centenarii, seu reliqui Ministeriales, Falconarii, Venatores, & ceteri per singula territoria habitantes ac discurrentes, mansionatica & paravereda accipiant non solum de liberis hominibus, sed etiam de Ecclesiis Dei, &c.* Propterea censuit idem Du-Cangius sub hoc nomine venisse *Magistratus & Officiales Comitum, vel Judices inferioris orationis, qui majoribus suberant.* Sunt qui *Ju-*

niores Ducum interpretantur eorum *Filios*. At veri similis, immo certum arbitror, hosce quoque inter *Ministeriales* fuisse recensitos, eosque fuisse, qui in aliquo ministerio Ducibus & Comitibus inservirent, uti nunc sunt Ostiarii, Praefecti culinae, stabulo, vestiario, tributis militiae, venationi, &c. Custodes corporis, curatores viarum, aggerum &c. Oeconomus, Notarii, alique horum similes, qui nobilem familiam, ac Ministros Ducum & Comitum tunc constituebant. Nunc eos *Officiali* appellamus. Ut olim Hebraei & Latini *Pueros* appellarunt *Famulos* suos, ita subsequuta Saecula appellasse videntur *Juniores*. Et sane quum Duces & Comites iis Saeculis illustre munus, & speciem quamdam Principatus in regendis Populis gererent, erant eis propterea multiplices Ministri, quales & cura splendidae familiae, & regimen Populorum exigere videbantur. Nam quod à Du-Cangio tandem proponitur, videlicet *Juniores* fuisse appellatos, *qui officio Judicum, sed pedancorum, functi fuere*, nescio, an sine dubitatione sit amplectendum, quamquam eidem acquieverim in Notis ad Leg. Langobard. Qui fuerint Judices Populi majores, atque minores, infra significabo in Dissertat. X. de *Judicibus*. Equidem *Juniores à Judicibus* diversos suspicor. At inquit ille: Hoc ediscimus e Capitulari Caroli Magni Anno DCCCII. Cap. 25. ubi statuitur: *Ut Comites & Centenarii omnes ad justitiam faciendam compellant; & Juniores tales in ministeriis suis habeant, in quibus securi confidant, quia legem atque justitiam fideliter observent, pauperes nequaquam opprimant.* Sed ante statuendum foret, an is revera sit horum verborum sensus, quem doctissimus vir est arbitratus,

tratus. *Justitiam facere* eo in loco idem videtur, ac *justa facere*, *juste operari* tum in se ipso, tum erga proximum, potius quam *Judicis* titulo atque auctoritate *justitiam* aliis ministrare. In *Lege Langobard. VIII.* Pippini Italiae Regis: *Si forsitan Francus aut Langobardus, habens beneficium, justitiam facere noluerit, ille Judex, in cujus ministerio fuerit, contradicat illi beneficium &c.* Sunt & alia hujusmodi. Quare ex ipso *Capitulari* supra laudato sensus hic emergere videtur: *Comites* nimirum & *Centenarii*, hoc est *Judices*, quorum revera fuit ministrare *Populo justitiam*, & compellere quoscumque ad *Leges servandas* atque implendas, jubentur adigere *omnes ad justitiam faciendam*. Sed quoniam *Ministri* & *familiares Ducum, Comitum, aliorumque Rectorum Populi, & Judicum*, idest *Juniores*, potentiam suam abutentes, *Populo* interdum graves ac injuriam evadebant, nolebantque damna aut probra aliis illata emendare, aut inique usurpata restituere: idcirco fancitur, ut tandem ad ejusmodi ministeria, atque officia deligantur, qui nolint laedere justitiam.

Neque deerant id genus *Ministri*, ac *nobiles famuli*, qui vel adhibitis precibus, vel metu injecto, à *Populo* extorquebant munera, pecuniam, comitatum, vecturas, & alia ejusmodi, quibus propterea occurrit *Carolus Magnus* in *Lege Langobardica 121.* haec scribens: *Audivimus, quod Juniores Comitum, vel aliqui Ministri Reipublicae, sive etiam nonnulli fortiores Vassi Comitum, aliquam redditionem (nunc contribuzione) vel collectiones, quidam per pactum, quidam etiam sine pacto, quasi deprecando, à Populo exigere soleant. Tum alia onera (aggravj) ab iis Populo inflata recen-*

set, quae omnia, ut auferantur, edicit. Eadem ratione explicari potest *Lex 17.* Pippini Regis Italiae: *Stetit nobis de omnibus libellariis, ut nullus Comes, nec Juniores eorum, eos amplius distringant, nec inquietent, nisi sicut à longo tempore fuit consuetudo.* Hic *distringere* idem est ac nostrum *aggravare*, ejusque significationis alia exempla abundant. Rursus idem Pippinus in *Lege 22.* ait: *Placuit nobis, ut nullus Comes, nec eorum Juniores, nullatenus praesumat alicui homini sua testimonia tollere, vel abstrahere &c.* Eo omnia recidunt, ut reprimatur audacia non *Judicum*, sed uti nunc vulgo dicitur, *Aulicorum*, seu *Officialium publicorum, & famulantium Comitibus*, de quorum impotentia *Populus* conquerebatur. *Gregorius Turonensis Lib. 5. Cap. 27. Histor. Francor. ad Annum DLXXXVIII.* scribit: *Post haec Chilpericus Rex de pauperibus & Junioribus Ecclesiae, vel Basilicis bannos jussit exigi, pro eo quod in exercitu non ambulassent.* Clericos juvenes hisce verbis indicari censet *Ducangius*. Sed minime constat, jam tum coactos fuisse Clericos subire militiam: quod revera subsequenter Saeculis factum est; ita ut opinari etiam possimus, haec agi de *Laicis Ministris, sive famulis illius Basilicae*. Quod si *Juvenes Ecclesiae* haec intelligendos praefraete contendas, huc advoca *Legem 10. Codicis Theodosiani Lib. 10. Tit. 2.* in qua *Clericis & Juvenibus praebetur immunitas, ut Ecclesiarum coetus concursu Populorum frequentetur. Ubi vides à Clericis distingui Juvenes. Infra additur: Quod & conjugibus & liberis eorum, & ministeriis, & maribus pariter ac feminis indulgemus. En ut ii conjugio operam darent, & ministerio aliquo fungerentur; ac proinde inter Juvenes illos*

& Ju.

& Juniores Gregorii Turonensis multa similitudo intercedit. Denique audi, quid statuerit Carolus M. prae-
laudatus in Capitulari de Villis Tom. I. pag. 339. Capitular. Baluzii §. LVIII. *Quando catelli nostri Judicibus commendati fuerint, de suo eos nutriant, aut Junioribus suis, idest Majoribus, Decanis, vel Cellariis, eos commendare faciant &c.* Haec animadvertat, qui Juniorum nomine designatos putat *Filios*, seu *Liberos* Magnatum.

Nunc videndum restat, an inter Officia aut Regiae domus, aut Republicae recensendi sint *Scariones*. Hanc mihi quaestionem suppeditavit Charta Mathildis magnae Comitissae à Troncio edita in Historia Pisana, & exarata Anno MC. pro Canonicis Pisanis. Praecipit ibi Comitissa, ut neque *Cemes*, neque *Vicecomes*, neque *Scario*, neque aliquis *publicorum Ministrorum* ad *Placitum faciendum* ante se praedictos villanos compellere praesumat. Non mediocris auctoritatis fuerint *Scariones* oportet, quando homines cogere ad *Placita* poterant. Heic me tenebris multis circumfusum sentio. In Chronico Vultur-nensi Part. II. Tomi I. Rer. Italic. pag. 349. Carolus Magnus Diplomate suo statuit, ut si aliquo tempore orta fuerit contentio inter *Abbatem Vultur-nensem, vel Advocatum suum, seu de Servis, vel aliqua causa, &c.* liceat eis se defendere per *Scariones ejusdem Monasterii, sicuti antiquitus consuetudo fuit*. Du-Cangius in Glossario Latino id hominum genus *Ostiariorum* fuisse opinatus est, in eam sententiam adductus à Monacho Sangallensi, qui in Vita Caroli Magni Lib. I. Cap. 20. de quodam Episcopo scribit: *Dixit ad Ostiarium, vel Scarionem suum (cujus dignitatis aut ministerii viri apud antiquos Romanos Aedilitionum nomine censebantur)*

Tom. I.

A „voca ad me illum pileatum hominem. „ Vereor, ut Monachus ille satis Romanae eruditionis peritus fuerit, quando *Aediles*, sive ut is ait, *Aedilitios veterum cum Scarionibus* sui temporis componit. Utrumque sit, minime eo in loco confundendus est *Scario* cum *Ostiaro*, sed potius distinguendus. Addit Du-Cangius, vocem hanc crebrius sumi pro *Ministris Judicum; vel certe pro minoribus Judicibus*. Quam in rem verba adfert Chronici Vultur-nensis. Sed nihil inde exculpere possis, ut *Scariones* in album *Judicum majorum, minorumve, aut Ministrorum* referas. Juramentum in litibus interponere Ecclesiasticis viris olim nefas fuit. Propterea per *Advocatos suos Laicos* illud praestare consueverunt. Aistulphus Rex in Lege Langobardica 12. haec scribit: *Si quis cum Curte Regis causam habuerit, & evenerit, ut pars Curtis Regis, sacramentum deducere (idest exigere) debeat, si minor causa de Solidis XX. fuerit, per sacramentum ab Scharione pro Actoribus finiatur. Si vero major causa fuerit, Actor de Loco (venerabili) cum Actoribus secundum qualitatem causae per sacramentum persolvat*. Nomine *Actoris* *Advocatum* significari ego in Notis conjectabam. Quod ubi statuas, habemus, interdum per *Scarionum*, interdum per *Advocati* jusjurandum lites facti alicujus in controversiam adducti fuisse diremtas. Adhuc nunc supra memoratum Chronicon Vultur-nense, Part. II. Tomi I. Rer. Italicar. pag. 372. ubi Ludovicus Pius Anno DCCCXIX. in Diplomate Monachis iis concessio (de cujus fide erit mihi sermo in Dissertat. XVII. de Fisco) ait: *Et nullus audeat Abbatem vel Monachos ejusdem Coenobii ad jurandum quaerere; quia contra divinam credimus esse Legem. Sed per Scariones*

P

riones

iones omnibus temporibus finem faciant, sicut prisca consuetudo fuit. Habitum vero fuit Placitum Anno DCCCXCVI. in Beneventano Palatio (ut constat ex eodem Chronico pag. 410.) coram Ageltrude Augusta, & Radelchiso Principe Beneventano; ubi decretum fuit, ut *Majo Abbas* Vulturnensis in lite ibi agitata quinque *Scariones* sui Monasterii jurare faceret &c. Reapse non ita multo post ipse *Majo Abbas* ostendit quinque *Scariones* sui Monasterii, idest *Magelgarius*, & *Majone* &c., & ita eos ad sancta Evangelia jurare fecit &c. Quo facto Monachis Vulturnensibus caussa adjudicata est. En ergo quid ii *Scariones* praestiterint, non certe *Ministri Judicum*, neque *Judices Minores*. Erant autem

A non solum Monachis, sed & Episcopis, & Curti Regiae, sui *Scariones*: cujus rei certos nos facit Charta, quam authenticam vidi in ditissimo Tabulario Archiepiscopii Lucensis. Permutatio quorundam bonorum facta fuerat inter *Alpertum Ducem Lucensem* nomine *Aistulphi Langobardorum Regis*, & *Walprandum Episcopum* Civitatis ejusdem. Quum vero excidisset, & nusquam reperiretur Charta ejusmodi contractus, curante *Perideo Episcopo*, per novas tabulas reparata est priorum jactura. Inde vero constat, delectos utrimque fuisse *Scariones*, & missos ad aestimanda bona, de quibus facienda erat commutatio.

Renovatio Chartae testantis permutationem bonorum factam inter
Aistulphum Langobardorum Regem, & Walprandum
Episcopum Lucensem, Anno 754.

IN Dei nomine. Regnante Domino nostro Aistolfo Rege, Anno Regni eius Quinto, per Indictione Septima, mense Julio, feliciter. Dum per iussu Domni excellentissimo Aistolfo Rege mandatum fuisset mihi Alpert Duci, seo & Walprand Episcopi wiganeum facere de res Auriperti pictori cum Curtis Domni Regi, ita & factum est, & duas Cartulas uno tenore fuissent conscriptas per preceptum ipsius Domni nostri confirmatas fieri devissent, requisivimus ca..... quem de partis Curtis regia de ipso wiganeum in Ecclesia Sancti Martini aata fuera, minime ea jungere potuimus, eo quod in exercitus d..... ierat: set dum hec dictum fuisset Domni Regi per Peredeus venerabilis Episcopus, eo quod ipsa Cartula minime invenire potuisset, demandavit ipse Rex piissimo alia tale Cartula relevare per ipso Notario, qui ea antea scripserat, qualis ille erat, quem de parte Ecclesie ad Curtis Regia emissa fuerat. Placuet adque convinet inter Ecclesiam Sancti Martini, nec non & Curtes Domni Regi, & qualiter av ipso piissimo, & ad Deo conserbato Domino Aistolfu Rege est demandatum, ut cambiuni de Curte ipsius Lucense in predicta Ecclesia Sancti Martini melioratam datum fieri devirent pro personas de..... vel germanas Auripert pictori, seo & homenis pertenentibus eorum, vel res, quem ad manum sua abuissent, qui sunt pertenentes Ecclesie Sancti Martini..... consentientem venerabilis Walprand Episcopus, & av ipso ordinati fuissent da parte Ecclesia ipsa commutationem faciendum Jordanni Arcipbresbitero..... achipert Ar-

A cidiaconus, & Auduaci Scario; & da parte Curtis Domni Regis ab Alpert Duci ordinati fuissent ad ipsa res extimandum Teupert Scario, Teutprand filio quondam Ieppuloni, & Grafulus..... unde constat dedissent Ecclesia Sancti Martini in primis Casa avitationis ipsius Auripert, vel de germani ejus una cum fundamenta sua, hic infra Civitate; & recipet **B** in wiganei locum a Curte Domni Regi Casa cum fundamenta sua prope muro Civitatis. Ubi resedirent Amundulo & Silvolus, qui fuerint Epistolas doportantes; & terra quem abuissent Auripert vel germani..... ubi ipse Casella edificata est, recipet Ecclesia Sancti Martini terra in atpretiato sub estimationem intra clausura illa prope..... tatis, ubi ipse casella Amunduli & Silvoli edificata est, & pro Casa, quem abuissent in loco Lupelia & in Pumpiano prope Ecclesiam Sancti Machari cum..... vel omnia quantum in suprascriptas locas avire vists fuissent, recipet Ecclesia Sancti Martini Casa Willuli, & Casa Galpertuli, & Casa Filipert in loco..... **C** sse cum fundamentas suas, terris, vineis, olivis, silvis, castaneitis, omnia & in omnibus ad ipsas suprascriptas Casas pertenentes in integrum, excepto homenis de ipse Case, & fundamenta eorum hic infra Civitate, & terre eorum ultra fluvium Ausare, quem a Curte Domni Regi est reserbatum, & de terre, qui fuit de ipse Case da Turre, qui sunt hic circa Civitatem, percipet Ecclesia Sancti Martini per mensura pro **D** terre, qui fuerunt Auripert, vel de germani ejus in primis cum..... anolus modiorum sex & sistariorum octo pro **E** campo

campo ipsius *Auripert* vel de germani ejus, loco qui dicitur ad *Aufare*, quod est modiorum sex; similiter recipet *Ecclēsia Sancti Martini* duas petias de terra in loco *Roncho* &c. Qualiter suprascripta commutatio acta est per *Walprand* Episcopus & *Alpert* Duce: unde duas Cartulas uno tenore conscriptas *Radalpert* Notario scribere commonuimus.

Actum *Luca*, Regnum & Indictionem suprascriptam feliciter.

Hec Carta relevata est per demandationem ipsius Domni nostri *Aistolf* Regi, in Anno Septimo, Indictione Nona, mense Septembrio.

Ego *Alpert* Dux in hac Cartula cummutationis à me facta ad te *Walprand* Episcopus, ut supra legitur, propria manu subscripsi.

Ego *Teutprand*, qui in hanc cummutationem interfuit ad ipsas res extimandum, manus mea subscripsi.

Ego *Teuderadu* Presbiter in hac Cartula cummutationis facta ad *Walprandu* Episcopus, ad *Alpertu* Duce, propria manu mea me teste subscripsi.

Ego *Radalpert*, qui hanc Cartula relevavi per demandationem ipsius Domni nostri Regi predicto *Alpert* Doci, & qualiter ipsius demandatio fuit, complixi & dedi.

Quod heic *wiganeum* dicitur, permutationem significat. In aliis Chartis *Lucensibus* *Deganeum* appellatur; idemque significat. Adhuc autem in ea Civitate perdurat ejusmodi vox, & apud Notarios familiaris est formula titulo permutationis & *Deganei*. Sed & vocabulum *deganare* ibi in usu est pro *permutare*. *Ughellius* Tomo I. Italiae sacrae, tradit *Walprandum* Episcopum *Lucensem* in vivis fuisse usque ad Annum Christi *DCCLIV*. Ego quoque tabulas ad eum spectantes, & Anno *DCCLIV*. scriptas, legi. Ex hac autem membranâ habemus,

ante Julium mensem Anni *DCCLIV*. sedisse in Cathedra illius Urbis *Peredeum* Episcopum, quem tunc ignorabat *Ughellius*, sed postea agnitus indicavit in Appendice ad Tomum V. primae editionis. Eiusdem autem *Peredei* plura acta & per plures annos, in *Lucensi* Archivo adservata, prae oculis habui. Atque ex his, quae haecenus dixi, quamquam nondum plane aperuerim, quodnam munus, quaeve dignitas *Scarionum* fuerit, fatis tamen lucis nobis est factum, ut perspiciamus, quantopere à veritate deflexerit *Hugo Grotius*, alioqui vir summus, dum haec scribit: *Obscariones*. Carcerum custodes, iidemque Carnifices, qui & *Scariones* à *Scaren* & *Obscaren*, quod est abscindere. Sed jam tandem quale hominum genus ii fuerint, edicamus. Animadvertite enumerari in praelaudato Chronico *Vulturnenſi* pag. 397. Servos celeberrimi illius *Coenobii*, atque illic legi: *De Decania de Cerqueto de Scariatu Gaudiosi*. In primis ipse *Gaudiosus* cum filiis suis &c. Infra memoratur *Villa*, ubi *Martinisci* dicitur, de *Scariatu Gradicisi* &c. Item de *Laurentisu*, de *Scariatu Teoderissi*. In primis ipse *Teoderissi* cum filiis suis &c. Ibi simili ratione scriptum: Item *Decania Teodoaldi* de ipsa *Villate Cerqueto*. In primis ipse *Teodoalus* &c. Item *Decania de Cerqueto Ansefrid*. In primis ipse *Ansefrid* &c. *Scariatus* ergo fuisse videtur Praefectura complectens varias Servorum Familias, quibus praerat *Scario*. In eodem Chronico pag. 399. occurrunt ista: *Quomodo iste Urseperus in primis fuit Scario per Servo super alios Servos Sancti Vincentii*. Verba illa pro *Servo* vitiata suspicor; at hinc saltem elucere potest, *Scariones* fuisse super alios servos; ipsosque etiam videri servili conditioni fuisse obnoxios:

xios: quod tamen affirmare pro certo non ausim, quamquam in Diplomate Radelchisi Beneventani Principis pag. 412. ejusdem Chronici Vulturnensis haec verba legantur: *Liceat Praeposito Monasterii Sancti Petri Apostoli secundum consuetudinem terrae istius cum quinque Scariores, servos de ipsa sua Ecclesia, satisfacere.* Itaque Scariores appellatio inde nata fortasse fuerit, quod ii praesentent *Scarae*, sive *Scariores* (unde manavit Italicum *Schieria*) Servorum, suamque *Scaram* regerent, praecipue quando ad latrones repellendos, aut ad terram defendendam, ipsos quoque Servos armatos accurrere necessum erat. Idem *Misnadae* aliorum Servorum praestabant, ut dicam infra in Dissertat. XIV. de *Servis*.

Porro antequam Dissertationi huic finem faciam, brevibus innuere statui aliquot ex Officiis quae olim numerabantur in Aula Pontificia. Nam à vetustissimis Saeculis Romani Pontifices eximium suae dignitatis splendorem copioso quoque & praestanti Officialium & famulorum cum nobili-
 tum ignobilium coetu tutati sunt; ac praecipue postquam Urbi omnium reginae, ac tot aliis Civitatibus dominari coeperunt. Supra memoravi *Ostarios* ac *Deliciosos* Pon-

A tifici inservientes. Infra in Dissertatione LXXV. de *piis Laicor. Confratern.* occurrent nobis *Cubicularii, Mappularii, Addextratores, & Servientes nigri, de familia Domini Papae.* Sed praeter hos fuere, non uno tamen tempore, *Camerarius, Bibliothecarius, Archidiaconus, Superista, Clerici Camerae, Archicancellarius, Notarii, Protonotarius, Cancellarii, Scribarii, Chartularii, Primicerius Notariorum, Primicerius, Secundicerius, Actionarii, Vicedominus sive Oeconomus, Vestiarium, Nomenclator, Sacellarius, Arcarius sive Thesaurarius, Capellani, Buticularii, Pincerna, Marescallus, Panetarius, Dapiferi, Cursores, Judex Camerae Domni Papae, Familiars, Servientes, Campsores Domni Papae, Scriptores Camerae, Cantores, quorum Schola celebris antiquis etiam Saeculis Romae fuit, Virgarii, Sellarii, Magistri Militum, ut alios praeteream, qui nunc memoriae meae nequaquam recurrunt. Et quoniam nonnullos ex hisce Officialibus commemoratos vidi in Chartis, quas complectitur Regestum MStum Cencii Camerarii, easdem, utpote quae nondum editae fuerunt, huc inferre non incongruum duxi, quum & aliis de causis ad eruditionem veterum Saeculorum, atque Historiae Romanae lucem, usui alicui esse possint.*

Chartula permutationis Castri Montis Sancti Johannis ab Adriano IV. Papa factae, Anno 1157.

EGo Ubaldus Cardinalis titulo Sanctae Crucis, Procurator Domini Papae Adriani ex ipsius mandato & praeecepto, in praesentia Philippi Sanctae Sedis Apostolicae Sacellarii Judicis, cambio & permuto tibi Raynaldo de Aquino, tuisque heredibus ac successoribus in perpetuum: idest proprietatem totius Castri, quod vocatur Mons Sancti Jo-

Ehannis, sicut Romanae Ecclesiae pertinet, & nostris detinemus manibus, cum districto & placito suo, cum domibus, terris, vineis, silvis, paludibus, & pantanis, cum omnibus suis pertinentiis, molendinis, positum in territorio Campanino, sicut inter suos concluditur fines; sicut Domino Papae & Sanctae Romanae Ecclesiae pertinet, sic tibi damus
 & per-

& permutamus. Tali verò tenore & con-
 ditione, ut tu vel aliquis filiorum tuo-
 rum, qui Castrum tenere debet, & qui-
 cumque Castrum perpetuo tenuerint, fi-
 delitatem & hominum facere debent Do-
 mino Papae Adriano & suis Catholicis
 successoribus, & sanctae Romanae Eccle-
 siae: ad iurare per personas vestras &
 per ipsum Castrum guerram & pacem fa-
 cere contra omnes homines, & servire
 Domino Papae, & successoribus suis, &
 sanctae Romanae Ecclesiae, sicut ex al-
 iis Campaniae Baronibus, ad manda-
 tum & praeceptum sanctae Romanae Ec-
 clesiae, tam tu, quam & filii tui. Et
 omnes, qui in Castro partem habebunt,
 jurabunt ipsis, qui fidelitatem iurave-
 runt Domino Papae, quod eis Castrum
 per vos vel vestras submissas personas
 non auferetis, neque de iure & domi-
 nio Domini Papae & Catholicorum suc-
 cessorum suorum & sanctae Romanae Ec-
 clesiae subtrahetis; immo si Ecclesiae Ro-
 manae opus fuerit, absolvetis homines
 vestros de praedicto Castro à juramento,
 & eis praecipietis, ut adjuvent Ecclē-
 siam Romanam cum eis, qui Ecclesiae
 Romanae de fidelitate tenentur. Ideo hanc
 permutationem tibi facio, quia tu deti-
 sti supradicto Domino Papae, & succes-
 soribus suis Catholicis, medietatem duo-
 rum Castrorum, unius destructi, & al-

A terius integri, quae vocantur *Britti*,
 cum omnibus pertinentiis suis, sicut in
 Charta à te per eundem Scriptorium fa-
 cta continetur. Et ab hac itaque hora
 licentiam & potestatem habeas tu vel he-
 redes tui in praedictam medietatem Ca-
 stri intrandi, tenendi, fruendi, possiden-
 di, & faciendi quicquid volueritis in
 perpetuum, secundum quod Romanae Ec-
 clesiae pertinet. Tali quidem conditione,
 ut tu vel heredes tui medietatem ipsius
 Castri non venaetis, vel alio modo a-
 lienabitis alicui personae, quae moretur
 ultra flumen Ceperani, nisi fortè inter
 vos. Si fortè aliquando volueritis par-
 tem vestram alienare, cum praedictis o-
 neribus & conditionibus alienetis: sed
 prius requireris Dominum Papam, qui
 pro tempore fuerit, & sanctam Roma-
 nam Ecclesiam. Et si voluerit emere,
 pro viginti Libris P. P. monetae minus
 ei concedetis. Quod si noluerit emere,
 tunc vendere poteritis, seu alienare ali-
 cui personae, quae meritò non sit sus-
 pecta Romanae Ecclesiae, tamen cum su-
 praedictis oneribus & conditionibus. Et
 defendere promittimus ab omni homine si
 necesse fuerit, poenà sexaginta Librarum
 auri. Et tu supradictus Raynaldus ta-
 ctis sacrosanctis Evangeliiis iurasti, te
 observaturum sine fraude & malo inge-
 nio, sicut superius dictum est.

Chartula cessionis Castri Corclani facta Adriano IV. Papae
 à Buccaleone, Anno 1158.

IN nomine Domini. Anno ejusdem In-
 carnationis MCLVIII. Indictione VI.
 Anno IV. Pontificatus Domini Adriani
 Papae Quarti, mense Augusto, die XXVII.
 Ego Buccaleonis, nulla vi coactus, ne-
 que dolo inductus, sed propria mea vo-
 luntate bonà refuto, renuntio & conceo
 nomine transactionis omne jus, omnem-
 que rationem, si quam habeo, vel ha-
 bere videor, tam ex parte Patris, quam

E usum vel consuetudine in Castro Corclani,
 intus seu foris, in diversis vocabulis, &
 omnibus eorum utilitatibus tam in ter-
 ris cultis vel incultis, quam in domi-
 bus habitatis & inhabitatis, vobis Dom-
 no ac patri Adriano Papae, & vestris
 omnibus Catholicis successoribus in per-
 petuum; pro eo quod tradidistis mihi
 centum quadraginta Libras Lucensis mo-
 netae ad beneplacitum meum: ideoque
 volo,

volo, ut rotum, quod superius legitur, sit ratum & firmum jure transactionis, resutationis & cessionis in perpetuum. Quod si ego, vel mei heredes, aut aliquis per me, contra hoc instrumentum venire tentaverimus, aut non defenderimus vobis vestrisque successoribus Castrum meum Carnanum habere jure proprietatis poenae nomine, & poenam solutam hoc instrumentum transactionis à me factum firmum permaneat,

Hoc factum est Narniae, die Mercurii, juxta Ecclesiam beati Juvenalis, in Palatio Domni Petri Episcopi, & in praesentia Domni Papae Adriani, & Domnorum Cardinalium, atque aliorum bonorum hominum quamplurimum, ante quos supradictus Buccaleon manu sua sacrosanctis Evangelii observare juravit.

Ubalduſ Presbyter Cardinalis titulo Sanctae Praxedis.

Octavianus Presbyter Cardinalis titulo Sanctae Caeciliae.

Johannes Presbyter Cardinalis titulo Sanctorum Johannis & Pauli.

A Hildibrandus Presbyter Cardinalis titulo Sancti Apostoli.

Guido Cremensis Presbyter Cardinalis Sanctae Mariae Transiberim.

Willelmus Presbyter Cardinalis titulo Sancti Petri ad Vincula.

Magister Raymundus Diaconus Cardinalis Sanctae Mariae in Vialata.

Petrus Episcopus Narniensis.

B Praesentes fuerunt: inter quos Mannasses Judex Nepesinus fuit: Johannes Bonus Mareſcallus Domni Papae: Alexius Pincerna Domni Papae: Petrus Butiglerius: Johannes Riccius de Curia. Uvitis & Petrus filius Leonis Berardi: Rodulfus Signoretti: Johannes Rainerii: Malapetia: Donatus: Lassaboves: Petrus Capuanus; Narnenses: Astaldus Romanus: Maximus Judex Utricularius: Fuscus Thebaldi: Nontevolti, Vitervienses: Malagonella Tuderinus; & Raynaldus Bonicomitis de Asprula, rogati testes sunt.

C * Ego Aegidius Notarius à Domino Papa Coelestino, rogatu Buccaleonis compleri & scripsi.

Chartula donationis omnium bonorum suorum facta Adriano IV. Papae à Raynaldo Senibaldo, Anno 1159.

I N nomine Domini. Anno Dominicae Incarnationis MCLIX. Anno V. Pontificatus Domni Adriani IV. Papae, Indictione VII. mensis Aprilis, die XVIII. Ego quidem Raynaldus Senibaldi de Dono Dei, hac die propria mea voluntate bona inter vivos dono & concedo tibi Donno Adriano, à Deo decreto summo Pontifici & universali Papae IV. tuisque Catholicis successoribus, & sanctae Romanae Ecclesiae, ad veram hereditatem, perpetuamque proprietatem in perpetuum: idest omnia mea bona mobilia & immobilia & omne jus, omnesque actiones seu exceptiones, quae habeo in locis & vocabulis; videlicet Sanctam

D Mariam de Canneto cum Villa, terris & vineis: & Pomonte cum terra laboratoria: & Podium de Dono Dei cum domibus, terris & vineis: nec non & tenimentum de Sottoterram: immo etiam in Castello Ugonis Villam cum hominibus, terris & vineis: in Mollagarz Ecclesiam Sancti Blasii cum tenimentis suis: in Campomajore terram laboratoriam & unum molendinum. Et demum ubicumque aliquid mihi quocumque modo competit tam jure hereditario, quamque locis, seu quocumque alio modo, tibi dono & concedo, & corporaliter per hoc instrumentum investiens trado; ut ab hodierna die in antea liceat vobis intrare,

trare, tenere, vendere, donare, commutare, & quicquid volueritis ad usum vestrum, vestrorumque Catholicorum successorum, & beati Petri, sanctaeque Romanae Ecclesiae perpetuo faciendi. Ego itaque una cum meis heredibus defendere promittimus ab omni homine, si necesse fuerit. Quod si contra haec, quae dicta sunt, quolibet modo venire attentavero, & cuncta, quae dicta sunt, non observavero, & si ea defendere noluero, aut non potuero, tam ego quam mei heredes componamus tibi tuisque successoribus pro poena duas auri Libras: & soluta poena haec donationis Chartula perpetuo firma permaneat. Quam scriben-

A dam rogavi Andream Scriptorium, in mense, & indictione superscripta VII.

✠ Signum manus praedicti Raynaldi Senebaldi de Dono Dei, hujus chartulae rogatoris.

Viscardus testis.

Benedictus Zenonis testis.

Rogerus de Letulo testis.

Sasso Johannis de Carbona testis.

B Gislebertus Domni Papae Marecallus testis.

Bobo Rauli Capiciani testis.

Anterius Albanensis testis.

Andreas Scriptorius sanctae Romanae Ecclesiae & sacri Lateranensis Palatii completi & absolvi.

Chartula, per quam Gualganus de Sculcula recognovit Castrum Sculculae juris beati Petri esse, & habere illud in custodia, Anno 1159.

A Nno Dominicæ Incarnationis MC. LIX. Indictione VII. Pontificatus vero Domni Adriani IV. Papae Anno V. mense Julio die XIII. Boso Sanctorum Cosmae & Damiani Diaconus Cardinalis, Domni Papae Camerarius, una cum Petro Gaitano, & Rogerio nepote Johannis Cancellarii, Subdiacono Apostolicae Sedis, & Presbytero Rodolpho Cappellano ejusdem Domni Papae, atque Petro Buticulario, Alexio Pincerna & Scriptorio, Donello & Johanne Ritio Janitoribus, atque Bovaccano & Gisleberto Marecallis, & Malavolta Magistro Connestabulo super custodia Arcis Corclani, & cum multis aliis Servientibus de domestica familia Domni Papae, venit ad Sculculam, ex mandato & dispositione ipsius Domni Papae & Cardinalium: ibique à Galgano & duobus filiis suis Militibus Simone & Gottifredo, & aliis habitatoribus ipsius Castrum honorifice susceptus est, & reverenter de-

C ductus ad Palatium & Cappellam, quae est in summitate ipsius Arcis. Tunc vero in communi audientia omnium supradictorum, & aliorum circum adstantium post diligentem allocutionem & requisitionem ipsius Cardinalis & Camerarii supradictus Galganus recognovit ipsum Castrum de Sculcula proprii juris beati Petri esse, & commendatum parentibus suis & sibi à Romanis Pontificibus: & sic usque ad praesens tempus ad fidelitatem beati Petri & Romanorum Pontificum ab eis custoditum atque decretum. Ad auferendam quoque omnem dubitationem, & majorem evidentiam, quod haec omnia ita se habeant, praecepit omnibus istis, qui inferius notantur, familiariter secum in ipsa munitione habitantibus jurare fidelitatem Donno Papae in hunc modum. Ego Leo Presbyter & Cappellanus ipsius Munitionis: ego Nicola Parente Vicecomes: ego Landucus Dapifer: ego Petrus Cunicus Portonarius: ego Galganus Buccaballa Cellerarius:

ego.

ego Nicolaus de Pandolfo: ego Nicola Marficano & Petrus Abrusia Custodes & Vigilatores ipsius Munitiois, juro per haec sacrosancta Evangelia, quod ab hac hora in antea fidelis ero Donno Papae Adriano, ejusque Catholicis successoribus & Sanctae Romanae Ecclesiae. Nec ero in facto vel consilio aut consensu, quod vitam perdant aut membrum, vel capiantur mala captione. Certum eorum damnum & graeve, si cognovero, faciam remanere, si potero: si vero non potero, tunc indicabo Donno Papae vel per me, vel per Nuntium meum, vel per literas. Et si forte (quod absit) Do-

A minus meus Galganus, vel ejus filii, ullo umquam tempore nollent recognoscere ipsum Castrum de Sculcula per beatum Petrum & Romanos Pontifices, sicut dictum est, & de fidelitate Donni Papae vellent exire, tunc ego pro meis viribus repugnando resistam eis, & tenebo me contra eos cum Donno Papa, qui pro tempore fuerit. Praeterea idem Galganus absolvit omnes istos in hac parte à juramento, quo ei tenebantur.

B Scripta sunt haec per manum praedicti Rogerii Subdiaconi, in ipsa munitioe de Sculcula, tertio Idus Julii.

Chartula permutationis Castrorum Lariani & Normae inter Alexandrum III. Papam & Rainonem de Tusculano,
Anno 1179.

I N nomine Domini nostri Jesu Christi. Anno Incarnationis ejus MCLXXIX. Pontificatus Donni Alexandri III. Papae Anno XXI. Indictione XIII. mensis Octobris die XI. Dominus Papa Alexander de propria voluntate, & Dominorum Cardinalium consensu, scilicet Ubaldis Ostiensis Episcopi, Theodini Portuenfis Episcopi, Johannis Presbyteri Cardinalis Sanctorum Johannis & Pauli, Alberti Presbyteri Cardinalis & Cancellarii, Marci Presbyteri Cardinalis Sancti Marcelli, Gratiani Diaconi Cardinalis Sancti Cosmae, & aliorum, permittavit cum nobili viro Rainone de Tusculano; & ipse Dominus Papa dedit ei, ejusque heredibus in perpetuum ad proprietatem Castrum Normae cum arce & domibus, terris, vineis, piscuis, aquis & piscariis ac silvis, & omnibus suis tenementis & pertinentiis. Similiter & Viculum cum omnibus, sicut supra dictum est, utilitatibus & pertinentiis suis. Et Dominus Raino dedit praedicto Domino Papae & Ecclesiae Romae

C nae ad proprietatem in perpetuum Castrum Lariani cum arce, quam Dominus Papa tunc per eum tenebat, cum domibus, terris, vineis, silvis, aquis, piscuis, & cum omnibus suis tenementis & pertinentiis. Et traditio est ab utraque parte possessio, ut Dominus Papa deinceps & Romana Curia Castrum Lariani cum arce & suis pertinentiis, proprietatis jure libere habeat & possideat: & Dominus Raino & ejus heredes Castrum Normae & Viculum cum omnibus eorum pertinentiis & utilitatibus, proprietatis jure libere habeant & possideant. Possessiones autem, quae de tenimento Lariani obligatae erant, Dominus Papa sua pecunia recolligere debet, si non excedat summam CC. Librarum

E provestinorum: si vero hanc summam excedit, superfluum Dominus Raino solvere debet. Conventum est etiam utriusque partis consensu, ut liceat Domino Papae ejusque successoribus, à tali permutationis contractu, si voluerint, resilire, & reddito Lariano cum arce & tenementis

fuis & meliorationibus Domino Rainoni vel ejus heredibus, recipiant Normam cum arce, & Viculum cum eorum tenementis & meliorationibus, nullis hinc inde pro meliorationibus factis redditis, vel detractis expensis. Pecuniam tamen, quam pro dissolutione pignorum ante hunc contractum obligatorum Dominus Papa creditoribus solverit, Dominus Raino vel ejus heredes dissoluto contractu Domino Papae & Curiae Romanae restituet. Domino vero Rainoni & ejus heredibus nullo tempore liceat, invito Domino Papa, vel ejus successoribus, à tali contractu recedere. Et Dominus Papa obligavit se suosque successores Domino Rainoni stipulanti in poenam quinquaginta Librarum auri, si unquam contra hujus contractus tencrem facerent, aut si, quod dedit legitime, contra omnem personam non defenderent,

A aut si de Viculo cum, sicut promiserat, non juraret, si fortè Landus Saulis, aut ejus consanguinei, eorumque successores guerram de Viculo sibi fecerint vel ejus heredibus. Et Dominus Raino similiter obligavit se suosque heredes in similem poenam praedicto Domino Papae stipulanti, si ipse aut sui heredes contra talem contractum facerent, aut si quod dedit legitime, contra omnem personam non defenderent. Intersuerunt huic contractui Frater Franco Domini Papae Camerarius: Caliota Menescalcus: Petrus Ollarius: Paulus Panetarius: Giffredus Butillerius: Loffredus Vetus: Johannes Juellis: Maniciettus: Robertus Naturalis; qui omnes rogati sunt testes. Intersuerunt & Judices Ildicius & Bulgarellus Anagnini, & Gregorius Coranus.

Charta refutationis factae Coelestino III. Papae de Civitate Castellana à Constantia & Sibilis fororibus, & Hiacynto Petri Deusvossalvet, & Nicolao & Octaviano fratribus, Anno 1195.

IN nomine Domini. Anno Dominicae Incarnationis MCXCI. & Anno II. Pontificatus Domni Coelestini III. Papae, Indictione XIII. mense Februarii die prima. Nos quidem Constantia uxor quondam Andreottae, & Sibilis uxor Hiacynti Petri Deusvossalvet, germanae sorores, filiae quondam Andreae de Baldoino. Nec non & nos principaliter Hiacyntus Petri Deusvossalvet, atque Nicolaus & Octobianus fratres, filii dudum praefati Andreottae; omnes simul pro portione unicuique nostram competentem, ante praesentiam Dominorum Iudicum, Saiffonis Primicherii, & Johannis Saiffonis Arcarii, atque Petri Pauli Rubei Datorum; & in praesentia Domni Petri de Iudice Causidici, &

D subscriptorum testium, propria nostra voluntate renuntiamus, & generaliter refutamus vobis Domno Petro Sarraceno Domni Papae Senescalco, mandato & procuratori Domni Papae Coelestini ad hoc specialiter coram dictis Sapientibus constituto, ad opus & utilitatem ipsius Domni Papae & successorum ejus, ac totius Ecclesiae Romanae perpetuo: idest omnem litem & petitionem, quam ipsi Domno Papae & Romanae Ecclesiae fecimus, petivimus, petere vel facere potuimus, videlicet de universa portione quondam Petri de Attegia, scilicet illarum mille Marcarum argenti, quas ei & suis consortibus olim Dominus Adrianus Papa IV. debuit. Pro quibus ei Civitatem Castellanam & universum Comitatum

micatum ejus, ac Montem Altum obligavit, & jure pignoris tradidit, sicut per Privilegium ipsius Domini Papae Adriani apparet: quod, quantum ad portionem ipsius olim Petri de Attegia pertinet, inane desistat & vacuum, & nullius momenti penitus habeatur. Quae portio nobis competit vel competere videtur tam ex successione praedicti Andreae de Baldoino, quam ex concessione & mandato mihi specialiter Jacquinto pro medietate facta, & mihi Constantiae pro altera medietate, videlicet à Kiera uxore Petri Latronis, & filia quondam Favulsi de Monasterio; sicut per publicum, quod vobis tradimus, Instrumentum apparet; & ipsi quoque Domino Andreae de Baldoino pertinuit ex successione olim Mariae filiae suae, quam ex Domina Albascia uxore sua, & filia praesati Domini Petri de Attegia procreaverat: sicut per Testamentum ipsius Dominae Albasciae apparet, quod vobis pariter pro ipso Domino Papa datus. Quodcumque itaque jus & quamcumque actionem personalem & in rem sive hypothecariam, tam etiam ad agendum, quam excipiendum, quod quavis adversus dictum Dominum Papam, & universam Ecclesiam Romanam, & specialiter in omnibus praedictis rebus atque pignoribus, scilicet Civitatis Castellanae intus & foris, ac totius Comitatus & Montis Alti, & generaliter in omni patrimonio Romanae Ecclesiae, & adversus aliam quamcumque personam habere possemus jure vel occasione, seu respectu totius portionis praedictarum mille Marcharum argenti ipsi olim Domino Petro de Attegia competentis, & fructuum, usurarum, vel accessionum earum, poenae, & omnis causae; vobis ut dictum est, procuratorio nomine pro ipso Domino Papa & suis successoribus generaliter refutamus, cedimus, & mandamus. Ita ut quidquid nos usque modo, quo ad pos-

A sessionem & proprietatem nostro jure & nomine respectu omnium praedictarum rerum adversus quamcumque personam agere vel excipere possemus, ipse amodo Dominus Papa & successores ejus suo jure & nomine agant & excipiant; & ut utili possint & directa actione intendere, vos in re praedicta Domini Papae procuratorem constituimus.

B Hanc autem refutationem, concessionem, & mandatum, vobis, ut dictum est, pro ipso Domino Papa facimus, pro sexaginta duabus Marchis argenti & dimidia, quas nobis omnibus pro portione unicuique nostram competentem, pro dicto Domino Papa & ex sua pecunia, ut dictum est, procuratorio nomine datis atque persolvitis. De quibus omnibus, & de omni nostro, quantum ad dictam portionem. Petri de Attegia pertinet, praedictarum mille Marcharum argenti, nos bene quietis vocamus, & non solutae pecuniae vel argenti exceptionem, & omnem aliam exceptionem, si qua contra praesatum Dominum Papam & Romanam Ecclesiam ad infringendam quae dicta sunt, & inferius apparebunt, in omnibus uti possemus, per omnia generaliter refutamus. Insuper promittimus sub poena praedictae summae argenti duplae, hoc nostrum jus, solum vel partem nemini concessisse, obligasse, nec aliter alienasse. Et si aliquid de rebus & possessionibus dictae Civitatis Castellanae intus & de foris, & toto Comitatu ejus per nos, aut per ipsum quondam Dominum Petrum de Attegia, vel per suos heredes & successores mole fuerit debiti obligatum, illud ex praedicta summa argenti recolligere & exobligare sub inferiori poena promittimus. Et si aliquando per alienationem vel obligationem à nobis factam, vel à praedicto Domino Petro de Attegia & suis heredibus & successoribus, dictus Dominus Papa & successores ejus, vel Ecclesia Romana

damnum aliquod patientur, quanti erit
 damnum, tantum in nostris bonis ipsi
 Domino Papae & successoribus ejus pla-
 centibus, sine juris offensa, & alicujus
 Curiae proclamatione, auctoritate propria
 jure pignoris vendicent, quantum ad di-
 ctam summam argenti pertinet. Et si
 aliquo modo contradicere voluerimus, ca-
 damus à jure, quod in eisdem bonis
 habuimus, & ipsum damnum duplum
 ipsi Romanae Ecclesiae solvere teneamus.
 Pro quo verò damno, si quod absit, ac-
 cideret, nos specialiter Jacquintus & Ni-
 colaus Andreottae insolidum nostra bo-
 na quantum ad illud pertinet, obliga-
 mus, & à Romana Ecclesia pro nobis
 & nostris heredibus precario possidemus,
 renuntiantes omne juris vel legum auxi-
 lium, quod pro nobis in hac causa in-
 troduçtum est, eo quod ex parte pro a-
 liis intercedimus. Et amoda dictus Do-
 minus Papa & successores ejus, ac tota
 Romana Ecclesia quiete semper & paci-
 fice maneant. Et pro nobis & nostris

A heredibus & successoribus nos omnes prae-
 dicti masculi & feminae vobis pro di-
 cto Domino Papa & suis successoribus &
 tota Romana Ecclesia, quae dicta sunt,
 omnia observare, defendere, & adim-
 plere promittimus sub poena totius prae-
 dictae summae argenti duplae. Et solu-
 ta poena, haec Chartula firma perma-
 neat. Quam scribere rogavimus Johan-
 nem Leonis Scriniarium in mense &
 B Indictione suprascripta XIII.

Petrus Sarracenus Johannis Kinardi
 testis.

Paulus Malagromus Domni Papae
 Uferius testis.

Gregorius Johannis Bibentisaquam testis.
 Johannes Oddonis testis.

Laurentius Barbuccia testis.

C Ego Johannes Leonis Sanctae Roma-
 nae Ecclesiae Scriniarius, habens
 potestatem dandi tutores & curato-
 res, emancipandi etiam, decretum
 interponendi, & alimenta decer-
 nendi, compleri & absolvi.

Chartula compromissionis quorundam Dominorum de Paliano
 de venditione Castrorum Paliani & Serronis facienda
 Gregorio IX. Papae, Anno 1233.

I N nomine Domini: amen. Anno In-
 carnationis Christi MCCXXXIII. Pon-
 tificatus Domini Gregorii Papae IX. An-
 no VI. Mense Januario die XXVIII. In-
 dictione VI. Cum inter Reverendum Pa-
 trem Dominum Gregorium IX. Summum
 Pontificem & quosdam Dominos Paliani,
 scilicet Transmundum de Tinçto, Lu-
 cam de Paliano, Petrum Pinçtum, Bar-
 tholomæum Pinçtum, Petrum de Paliano,
 Jacobum & Hungarum fratres, Tho-
 mam Babulum, Petrum Vetulum, Tho-
 macum Nicolai de Myro. Thobaldum de
 Gregorio, & Nicolaum Macaranum, su-
 per venditione & alienatione totius par-
 tis eorum Castri de Paliano & Castri


D Serronis, Domino Papae & Romanae
 Ecclesiae facienda, dudum habito dili-
 genti tractatu, parati essent praedicti Pa-
 lianenses ad alienationis contractum Ro-
 manae Ecclesiae faciendum, quia tam de
 pretio venditionis quàm de iis, quae Do-
 minus Papa sibi nomine Romanae Eccle-
 siae retineret, ac de iis etiam, quae à
 Romana Ecclesia praefatis Palianensibus
 E concederentur in feudum, erat quaedam
 discordia inter partes: tandem Magister
 Brœtius Clericus & Familiaris Domi-
 ni Papae, procurator nomine Romanae
 Ecclesiae ad hoc specialiter constitutus ex
 parte una, & praedicti Palianenses ex
 parte altera, Dominum Stephanum de
 Ana-

Anagnia Capellanum Domini Papae, & Dominum Johannem de Garviano, ac Dominum Johannem de Raynaldo, arbitros seu arbitratores, laudatores, seu amicabilem compositores communiter & concorditer elegerunt, qui arbitrari seu laudare deberent de omnibus supradictis, quantum videlicet nomine pretii pro tota & integra parte eorum Paliani & Serronis intus & extra eisdem Palianensibus à Summo Pontifice solveretur, & quae sibi Dominus Papa nomine Romanae Ecclesiae in praedictis Castris jure domini retineret, quae etiam postmodum concederet in feudum eisdem. Et partes hinc inde sibi ad invicem promiserunt sub poena inferius constituta, quod quicquid arbitri seu arbitratores supradicti laudabunt & statuent inter eos, seu fuerint arbitrati, semel aut pluries sedendo vel stando, diebus feriatis vel non feriatis, praesentibus partibus vel absentibus, hinc inde ratum & firmum habebunt, & perpetuo inviolabiliter observabunt. Ut autem praedicta omnia ro-

bur obtineant perpetuae firmitatis, commissum hujusmodi per legitimam stipulationem fuit hinc inde tali poena valatum, quod quilibet praedictorum Palianensium ad poenam CC. Librarum proveniensium Romanae Ecclesiae, & Romana Ecclesia eis ad poenam similiter teneatur; ita tamen quod poena praedicta illi parti lucro cedere debeat, quae commissi jura servaverit illibata, eodem compromisso post poenae solutionem nihilominus rato & firmo manente.

Actum est hoc in Civitate Anagninae, praesentibus testibus infra scriptis ad hoc specialiter rogatis, scilicet Domino Alberto Johannis Apuliae, Magistro Palmario Clerico Camerae, Willielmo Ostiario Domini Papae, Nicolao de Maliano, Petro de Carpeneto, & Paganello Cursoribus Domini Papae.

Et ego Ricardus Imperialis Aulae Scriptorius, hanc Chartam utriusque partis consensu scripsi fideliter & complevi rogatus.



DISSERTATIO QUINCTA.



Ofi Augustalem ac Regiam Dignitatem olim fuit, & adhuc est magno in honore Ducalis Dignitas. A militia nomen Imperatorum aequae ac

Ducum procul dubio profuxit; & mentio *Ducum* vel sub ipsis antiquis Imperatoribus occurrit, apud quos significabat splendidam in exercitu Praefecturam. Complures in Notitia Imperii enumerantur *Duces*, uni Provinciae Praefecti, & ad fines tuendos delecti. Attamen in Codice Theodosiano Lib. 6. Tit. 26. animadversioe digna est Lex XIII. Theodosii Augusti junioris, data Anno Christi CCCCVII. ubi haec leguntur: *Immunitatem tribuimus his, quos post emeritam in armis militiam ad Honorem Ducatus nostrae Serenitatis provexit iudicium.* Ex hac Lege, uti & ex aliis ejusdem Codicis, deduci posse videtur, fuisse nonnullos, qui post diuturnam militiam ad pacificam & illustrem Dignitatem *Ducalem* ascenderent in Augustorum Palatio; immo alios etiam hujusmodi honore donatos, quamvis nullam armis operam antea dedissent: quo Titulo aucti asidebant exinde consiliis in secreto Imperatorum Consistorio. Ego rem dubiam relinquo. Contra certum est (nosque dubitare non sinit altera Lex eodem Anno data, quae est LXVI. Lib. 8. Tit. 6. memorati Codicis) fuisse olim *Duces Provinciarum*, ad

Tom. I.

A quos pertinebat tueri armis Provinciam sibi traditam. Sanctus Fulgentius in Homil. 56. *Ante carrucam Imperatoris praecedunt Metatores, Palatini, Protectores, Tribuni, Duces, & Comites.* Sed plura ex antiquioribus Seculis delibare nolo. Ad Langobardos venio. Sub istis, uti & sub Francis, aliisque Germaniae Regibus, in usu pariter fuit appellatio ac *Dignitas Ducum*; eorumque munus militare erat, utpote qui ad tutelam Regni praeesent militibus, in finibus potissimum Regni ejusdem. Duplicis autem generis fuere, uti etiam innui in Antiquit. Estensib. Cap. 5. videlicet *Minores*, quibus una Civitas regenda ac defendenda tradebatur; & *Majores*, quorum imperio suberant plures Civitates, seu integra Provincia. Quod est ad priores, apud Paullum Diaconum de Gestis Langobardorum Lib. 4. Cap. 3. mentio est Minulphi (is *Ducem de Insula Sancti Julii* appellat) quem Agilulphus Langobardorum Rex de medio tollendum iussit. Praeterea memorat is nonnullos *Duces Tridenti*, Zangrulphum *Ducem Veronensem*, & Gaidulphum *Pergamensem Ducem*, hoc est Bergomi, qui in Civitate sua Pergamo, rebellans contra Regem, se communit. Ab eodem quoque Rege deficit *Dux Ulfari apud Tarvisum*; & sub Rege Liutprando occurrunt *Gaidoaldus Brixianus Dux*, & *Peredeus Vicentinus Dux*. Denique eodem Paullo teste, *Romani, habentes in capite Agathonem Perusinorum Ducem*, venerunt,

R

runt,

runt, ut Bononiam comprehenderent. Is Perusiam rexisse videtur pro Graecis Augustis: nam & Imperatores Orientis *Duces* constituiebant in iis Italiae partibus, quas à furore Langobardorum servarant illaestas, ut infra patebit. Ad haec notissimum est, Langobardos, postquam Alboinus & Clepho Reges trucidati fuere, instituisse triginta *Duces*, quorum curâ universum Regnum per annos Decem sine Rege gubernatum fuit. Tum constituto Rege Authari circiter Annum Christi DLXXXVI. *Duces*, qui tunc erant, omnem substantiarum suarum medietatem Regalibus usibus tribuunt, ut esse possit, unde Rex ipse, sive qui ei adhaerent, ejusque obsequiis per diversa officia dediti, alevantur. Haec nuper laudatus Paulus Lib. 3. Cap. 16 ex quibus intelligimus, adhuc perrexisse *Duces* praeesse, ut antea solebant, Urbibus quibusdam primariis, sub Rege tamen, qui cunctis imperabat. Nescio, inde-ne, an ex recentiorum Ducum incolatu emerferit in iis Civitatibus, diutissimeque perseveraverit nomen *Curtis Ducis*, quo significabatur olim Palatium, ubi *Duces* habitabant, & jus Populo dicebant. In Charta Veronensi Anno DCCCCXXI. scripta Tom. 5. Italiae Sacr. memoratur *Casa infra Civitatem Veronam prope Curtem Ducis*. Ita & in Charta Astensi Anno DCCC. LXXX. exarata Tomo 4. ejusdem Italiae Sacr. legimus: *Dum resideret Buderico Vicecomes in Niello* (scribe Mallo) *publico in Curte Ducatus Civitate Astense*. Lucensi quoque in Urbe *Curtem Ducis* fuisse reperi: quod & Florentinus antea monuit. Vide infra Dissertat. IX. de *Missis*. Quare quum Mediolani perduret adhuc nomen publica loci *il Corduso*, non ut olim opinatus sum Cap. 6. Antiquit. Estens.

A à *Curia Ducis*, sed à *Curte Ducis*, id nomen loco inditum fuit. Sequutus hac in re fueram Gualvaneum de la Flamma, qui in Manipul. Flor. Tomo XI. Rer. Italicar. Cap. 42. de antiquo Mediolanensium Duce scribit: *Hic habitabat in Palatiis juxta Ecclesiam Sancti Protasii ad Monachos, ubi usque hodie Curia Ducis, sive vulgo Cordusium dicitur*. Verum non à *Curia*, sed à *Curte* nomen loci potius est arcessendum. Reperitur & *Curtis Regis* in Capitularibus Regum Francorum, & in Legibus Alamanicis, pro Aula seu *Palatio Regis*: unde ad nos venit vox *Corte*. Ita *Curtis Olonna* Palatium Regium in agro Ticinensi fuit, ubi Liutprandus Rex sibi delicias comparaverat, & magnifica Tempora condiderat. Ibi quoque saepe confederunt Italici Augusti & Reges, ac praecipue Ludovicus II. & extant complura Diplomata ibi scripta. Baluzius Tom. II. Capitular. pag. 1291. situm *Curtis Olonnae* quaerit, & Glabri Rodulphi verba adfert, è quibus deducit, Palatium istud *in tractu Vercellensi* quaerendum esse, ubi etiam *Coenobium Sanctae Christinae* statuit. Fallitur. Tam *Curtis* illa, quam *Coenobium* existere in Ticinensi territorio, non longe à Pado ad fluvium Olonnam. Eorum adhuc nomen & situm didicisse Baluzius potuit à Magino in tabulis Italiae. Et quidem *Curti* illi imperat Excellentissimus S. R. I. Princeps Franciscus Philippus Estensis, Marchio Sancti Martini &c Quorumvis autem Ducum munus fuit barbaricis Saeculis non solum *Militiae* praeesse (quod & sub Romanis factum est) sed & *Justitiae*, hoc est jus dicere, ac justitiam tueri in Populo sibi commissio. Romanorum quoque temporibus Zosimus Lib. 2. Histor. auctor est,

est, *Ducis* appellationem *Prætoribus* fuisse tributam. Neque aliud in Italia observatum, quàm quod in Gallia, ubi Fortunatus de *Lupo Duce* hæc scribebat :

*Bella moves armis, jura quiete regis:
Fultus utrisque bonis, hinc armis, legibus ilinc.*

Vidimus hæctenus *Duces* unius Civitatis. Et quoniam facta est mentio Minulphi *Ducis de Insula Sancti Julii*, conjecturae fit locus, fuisse olim Loca etiam, Civitatis appellatione nequaquam insignita, quae à suo *Duce* regerentur. Insula profecto Sancti Julii in Dioecesi Novariensi sita (quae quemadmodum à multis Saeculis ejus Urbis *Episcopis* etiam in temporalibus subjecta fuit, ita & nostro aevo ab amplissimo Cardinali S. R. E. Giberto Bonromeo Novariae *Episcopo* regitur, & ut veteres aiebant, distringitur) nunquam caput ita extulisse videtur, ut Civitatem sinu suo complecteretur. Ad hæc in Monumentis celeberrimae Abbatiae Nonantulanæ in Mutinensi agro sitae, quorum compendiosam seriem infra in Dissert. LXVII. de mod. acquirend. divulgabo, sub Carolo Magno nominatur *Johannes Dux Persiceti, & Pontis Ducis*. Quibus tabulis Scriptor ille Johannem (certe *Ducem*) inscripserit *Persiceti & Pontis Ducis Ducem*, minime novi. Adi, si lubet, infra Dissertat. XXI. de Statu Italiae. Interea quando statuere velimus, *Persicetum* appellationem *Ducis* contulisse memorato Johanni, consequens etiam erit, numeratos olim fuisse *Duces*,

A à quibus ne una quidem Civitas regeretur. Idque potissimum in Exarchatu, Pentapoli, aliisque Romano Pontifici subjectis regionibus accidit. Porro ad hunc ipsum *Johannem Ducem* censeo ego pertinere Chartam scriptam Anno DCCLXXII. Kalendis Julii in agro Bononiensi, quo tempore Langobardis Bononia suberat. In hisce tabulis agitur de praediis positis in Villa, quae *Reddù* appellatur, in finibus supra memorati Persiceti, uti nunc, ita & eo tempore sita in Territorio Motinense. Eorum venditor fuit *Johannes Dux*, ematrix verò *Anselberga Abbatissa Sancti Salvatoris*, nunc Sanctae Juliae Brixianae Civitatis, hoc est eadem illa, quae patrem habuit Desiderium postremum Langobardorum Regem, & prima Abbatissa insigni illi Monasterio praesuit, quod à fundamentis excitavit ejus Pater. Praeterea hæc memorantur alia duo praestantissima Coenobia, & ipsa fundata à Langobardis Optimatibus, quorum tamen gentem nonnulli lacerare pergunt, quasi Langobardos Viria omnia deturparint, chorus autem Virtutum domi tantum eorum placidissime sederet, qui ex Langobardorum spoliis potentiam suam amplificaverunt. Memorantur, inquam, ibi supra laudatum Monasterium *Nonantulanum Sancti Silvestri*, & alterum Sancti Salvatoris *ad Leones* fundatum in agro Brixiano. En Chartam ipsam, quae adhuc legitur in Archivo Monachorum Casinensium Sancti Petri Regiensis.

Venditio praediorum facta à Johanne Duce Anselbergae
Abbatissae Sanctae Juliae Brixienſis, Anno 772.

IN nomine Domini Dei Salvatoris nostri Jesu Christi. Regnantibus Domino Desiderio & Adelchis, excellentissimis Regibus, Anno pietatis Regni eorum in Dei nomine Sexto decimo, & Tertio decimo, primo mense Julio, Indictione X. feliciter. Scripsi ego Stephanus Notarius, rogatus & petitus ab Johanne in Dei nomine Duce, ipso presente, adstante, michique dictante, quique fatetur se inire bone fidei viro optimo, & legibus sub dupl. bone condicionibus, sed & regi quoque infraſcripto meliorate, que tu ex ratione habitu distraxiſſe, & distraxi vendidiſſe & vendidit. Ego supraſcriptus Johannes in Dei nomine Dux, à presenti die vobis Domne Anselperge in Dei nomine Abbatissae, vel cuncta Congregationis in Monasterio Domini Salvatoris sito infra muros Civitatis Brixie, idest in funduras seu casalias, qui rejace trans Muticia, que nobis pro dono & precepto à Regia potestate concessa sunt ad partem legitima de pedes duodecim plenarios usque ad mensura completa ad rationem facta juges duodecim infra Reducto in Territorio Motinesse; ubi inter adfines ab uno latere da Oriente Mutia percurrente; & ab alio latere da Meridie Monasterium Domini Salvatoris sito in Leonis habente; seu tertio latere da Occidente Monasterium Sanctorum Apostolorum, & Sancti Silvestri habente; atque à quarto latere ab Occasu Lim. polito, qui nunc sunt: & si quis alii adfines sunt, vel ab origine fuerint, quotquot ex publicis finibus, terminibus, campis, pratis, pascuis, silvis, salectis, racionabilibus viis, fontibus, aquis perbennis, vel omnibus infra se habente, & infra supraſcripta

A coerentia, vendimus vobis supraſcriptos duocentos juges: precio autem placitum & definitum, sicut inter nos convenit, in auro Solidorum duodecentos. Et repromitto me ego supraſcriptos Johannes Dux una cum filiis & heredibus vobis Domne Anselperge Abbatissae, vel cuncta Congregatione Monasterii Domini Salvatoris sito infra Civitate Brixia infra eandem coerentia supraſcriptos duocentos juges ab omni quemque homine defensorum: & si defendere minime pctuero, promitto me vobis componere supraſcriptos duodecentos juges talis, & alios talis una quoque inibi à vobis edificavit, aut melioratione fuerit in duplo.

C Acto in Curie mea in Aquario Monte Bellio Territorio Bononiense, sub die, Regum, & Indicione supraſcripta feliciter.

* Johannes in Dei nomine Dux in hanc Carula manu mea propria subscripsi.

Signa manus Autelmoni germano Theoderoni Castaldius testis.

Stephanus Notarius Scriptor istius Carule vendicionis post roborata testibus tradita ea complevi & dedi.

D Cum his confer Chartam alteram ejusdem Johannis Ducis mihi edendam in memorata nuper Dissertatione XXI. de Statu Italiae, ubi situm Perficeti indicabo. Sed potissimum inter Duces Minores commemorandi veniunt nonnulli, quorum saepe mentio occurrit in Historiis & antiquis Chartis Ravennatibus. Doctissimus illius Urbis Historicus Hieronymus Rubeus Lib. 5. pag. 249. Histor. Ravenn. indicavit Donationem multorum praediorum factam ab Ingerada Comitissa Petro Ecclesiae Ravennatis Diacono filio

filio suo. Et quoniam nonnulla in
iis Tabulis non contemnenda occur-
runt ad hoc argumentum spectantia,
integras heic proferam, quales in

A | Archivo Estensi habentur, hoc est
earum exemplum nequaquam immu-
ne à multis erroribus ex imperitia
amanuensis.

Donatio multorum praediorum ac jurium facta ab Ingelarda Comitissa
Petro Diacono Ravennati filio suo, ubi memorantur
varii Duces ac Ducatus, Anno 896.

IN nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Anno Deo propitio, Pontificatus Domini Stephani Summi Pontificis & universalis Papae in Apostolica sanctissima beati Petri Sede Primo, sicque imperante Domino piissimo P. P. Lamberto, à Domino coronato pacifico magno Imperatore, Anno Quarto, die VIII. mensis Septembris, Indictione XV. Ravenne. Si enim circa eos, à quibus esse servitia quisque accipiunt, quod extranea carnis consistunt, digna dona praebenda ei, quanto ampliusque diffusus dignissimum esse amplissima dona conferre ei, qui carnali consanguinitate unita & quotidiana incessanter & nocturna impendere non desinunt. Qua de re Ego pro omnipotentis Dei clementia Ingelarda filia Apaldi Comitis Palatii, profiteor per hanc

B | item cum fundis & casalibus & omni-
bus apendicibus suis: imò & Curtem,
que vocatur Mutiliana in eodem Terri-
torio; item cum fundis & casalibus &
omnibus apendicibus suis. Verum etiam
& Curtem in integro, que vocatur A-
crista. Item & Sinciano cum casalibus
& omnibus apendicibus suis usque ad ju-
gum Alpium finibus Tuscie: simulque
C | etiam & Curte in integro, que vocatur
Arcatti, similiter cum fundis & casa-
libus & omnibus apendicibus suis: &
omnia quantumcumque habere dignoscor
per quemlibet modum vel titulum in su-
pra scriptis Faventino Territorio & Du-
catu, excepto Curte, que vocatur Bubia-
no cum ipsa pe..... & que ad ipsam
Curtem Bubianam pertinet, & in ipsa
D | petra Castellum esse videtur. Item ha-
bere me fateor in Territorio Livienese Ple-
be Sancti Pauli Ducati Traversarie,
Curtem, que vocatur Aureliacus, qui a-
liquando vocatur Sancti Mamme; &
Ronco, qui aliquando vocatur de Fasil-
lo, & omnibus apendicibus earum. I-
temque & quantumcumque in toto Terri-
torio Livienese habere videor. Insuper ha-
bere videor Curtem in integro, que vo-
catur Casale, sitas Territorio Ravenna-
te in Decimo Plebe Sancti Cassiani, cum
fundis & casalibus, & omnibus apendi-
cibus suis. Similiter habere me dico &
E | retinere duo Monasteria, que sunt fun-
date..... Abbatente, idest Monaste-
rium Sancti Thome Apostoli, & San-
cte Eufemie Martiris, cum omnibus
rebus

rebus generaliter & possessionibus ad eadem Monasteria pertinentibus. Similiter & habere me dico in Comitatu Comiaclo & in Territorio & Ducatu ejus, in omnibus generibus & speciebus; & in Massa Fiscalia, & Cornacervina, & Finale, vel Vico Aventino, & ceteris propinquis locis. Itemque dono omnia, que mihi pertinent in Comitatu Gavello, & Ferrariense. Itemque postremo & habere & retinere & possidere me fateor domum integram, ubi manere videor, situm in Civitate Ravenne, qui vocatur Fessato, cum Monasterio Sancte semperque Virginis Dei Genitricis Marie, à nobis fundato & edificato, cum omnibus rebus & possessionibus suis ad idem Monasterium quoquo modo, & ubi, sibi pertinentibus cum sal..... & famulantis, seu & Curte & orto eidem Monasterio pertinentibus, & Curticella trans Platea, cum omnibus sibi adjunctis: seu & aliam domum novam, qui vocatur de Senegalie, prope Ecclesiam beati Petri Apostoli, qui vocatur Masons..... cum Curte & aliis domibus ibi coherentibus, & sala una cum ipso broilo ibidem adherente, cum omnibus eidem pertinentibus similiter in Civitate Ravenne. Item, ut diximus, prope Ecclesiam Sancti Petri, qui vocatur Masons, similiter profiteor habere mansiones foris portas Sancti Feloris, qui vocatur Guarcinorum, cum superioribus & inferioribus suis, & cum ortalibus & terris atque stationibus, cum accesso ripe fluminis, & cum omnibus mihi integre pertinentibus. Et habere me fateor prata extra fluvium, & de his ripa Tegurienfis, cum omnibus sibi pertinentibus.

Nunc autem placuit mihi superscripte Ergelarde, Christo auxiliante omnipotenti, filia quondam Apaldi Comitis Palatii, relicta quondam bone memorie Martini glorioso Duci, pura mente,

A meoque consilio, bonaque meam spontaneam voluntatem, sine quavis cum metu aut circumventionem, quatenus secundum me tributam..... tenere cartam cum calamare, & cultellum & festucum notatum & guazonem de terra cum ramis arborum & vinearum de terra levare, & tibi Dominico Tabellioni hujus Civitatis Ravenne scribendum rogavi. Et quod ego signum sancte Crucis feci, & testes scribere rogavi, signum sancte Crucis facere, & tibi Gumberto Scavino pro persona superscripti Petri venerabilis Diaconi Sancte Ravennatis Ecclesie, dilectissimo filio meo, suisque heredibus in perpetuum possidendum concedo, absque hereditario nomine, & veluti extranee persone, in Territorio Faventino Curtem in integrum, que vocatur Aesfidate. Item cum fundis & casalibus & omnibus apendicibus suis; imò & Curtem, qui vocatur Mutilianam in eodem Territorio Faventino, cum fundis & casalibus omnibus & apendicibus suis: verum etiam & Curte earum usque ad jugum Alpium finibus Tuscie: simulque etiam & Curte integro, que vocatur Acudis: item cum fundis & casalibus & omnibus apendicibus suis; & omnia quantacunque hic digressio pro quovis modo vel titulum in superscripto Territorio Faventino & Ducatu, cum omnibus rebus, quos habere videor in Plebe Sancti Valentini, qui vocatur in Truadanum, excepto Curte, que vocatur Bubiano, una cum ipsa petra, ubi Castellio esse videtur, & Valeri aula, & ipsum..... aula cum suis pertinentiis. Item & do tibi superscripto Petro venerabili Diacono filio meo... à presenti die Curte integro, qui vocatur Aviliacus, & Ronco, qui vocatur de Tafilo in Ducatu Traversaria, & est in toto Aviliacus, aliquando vocabulo Sancte Marie, simul etiam cum fundis & casalibus & omnibus earum pertinentiis, & quan-

& quantascumque habere videor in supra-
 scripto Territorio Livinense. Insuper
 & dono tibi dulcissimo filio meo Curte
 integro, qui vocatur Casale, sita in
 Territorio Ravenne in Decimo Plebe San-
 cti Cassiani: item cum terris & casali-
 bus & omnibus apendicibus suis. Simi-
 liter & do tibi absque hereditario no-
 mine Monasteria duo fundata infra Ci-
 vitatem Ariminensem, idest Monaste-
 rium Sancti Thome Apostoli, & San-
 cte Eufemie, cum omnibus rebus &
 pertinentiis & possessionibus ad eadem
 Monasteria pertinentibus. Similiter &
 do tibi dilectissimo filio meo similiter
 absque hereditario nomine, in Vico Cu-
 miaclo & Territorio & Ducatu ejus,
 in omnibus generibus & speciebus, ex-
 cepto Casale, ubi residere visus fuit Leo,
 qui vocatur Albo, & quatuor que
 fuerunt quondam bone memorie Gregorio
 Duce socero meo: Et Quinto Majore,
 quod ad jura Sancte Marie in Pompo-
 sta videor habere; & duas partes in
 Cornacervina, ac etiam partem in Fina-
 le, que omnia innovanda sunt à supra-
 scripto Monasterio. Item quod postremo
 dono tibi amantissimo filio meo similiter,
 ut sepe dixi, absque hereditario nomine
 veluti extranee persone, omnia à presen-
 ti die, domum integrum, ubi manere
 videor, situm in Civitate Ravenne, ubi
 vocatur Sarato, cum Monasterio San-
 cte semperque Virginis Marie, à no-
 bis noviter à fundamento edificatum, cum
 omnibus rebus & possessionibus suis, ad
 idem Monasterium quoquo modo & ubi
 sibi pertinentibus, cum sal & fa-
 miliaricis suis, & Curte & orto perti-
 nenti, & curticella trans Platea, cum
 omnibus sibi subiunctis. Et ita tamen
 predictum Monasterium Sancte Marie,
 & Curte juxta domum, & cum omni-
 bus rebus, ut diximus, ad idem Mona-
 sterium pertinentibus, ita permaneat or-
 dinatum, qualiter quondam Pater tuus

A & Ego ordinavi illud. Nec liceat tibi
 tuisque heredibus, quot ullum modum
 vel occasionem causa aliter ordinare, vel
 de ipsis rebus à nobis ibidem devectis
 subtrahere audeas, vel diminueri. Sed
 etiam tibi supra scripto filio meo simili-
 ter absque hereditario nomine, alterans
 domum novam, qui vocatur Senegalia,
 prope Ecclesiam beati Petri, qui voca-
 tur Maggiore, & aliis domibus & sala-
 ribi coherenibus, una cum ipso broile i-
 bitem adherente, cum omnibus ad ea-
 dem pertinentibus. Similiter in Civita-
 te Ravenne, similiter, ut diximus, pro-
 pe Ecclesiam beati Petri, qui vocatur
 Masons. Do etiam & dono & perpetu-
 aliter transacto tibi multotiens dicto
 Petro filio, veluti extranee persone, om-
 nes mansiones meas, sitas foris murum
 Civitatis Ravenne extra portam Sancti
 Victoris, qui vocatur Guartinorum, cum
 superioribus & inferioribus suis, cum or-
 talibus & terris vacuis & institutis,
 seu & stationibus, una cum accesso, ri-
 pa, flumine, mihi ibidem pertinentibus,
 lavgior & do tibi filio meo, tuisque here-
 dibus omnia prata mea ex una parte flu-
 minis Tegurienfis, excepto prato majore.
 Hec omnia, que superius leguntur, à
 presenti die habeatis, teneatis, possidea-
 tis, & quomodo vobis placuerit ordina-
 tis, cum mansis, terris, vineis, cam-
 pis, pratis, & cum omnibus piscationi-
 bus, & venationibus, & cum omnibus
 rebus ad earum pertinentibus proprio ju-
 re vendendi, donandi, commutandi, vel
 cui relinquere volueris plenum dominium
 de legibus sortiatur effectum; quia legi-
 bus est prefixum, ut quod semel dona-
 tum vel quoquo modo dum collatum cui
 fuerit, nullo modo revocetur, cum dictas
 namque res predictas habeatis, teneatis,
 possideatis, ordinandi & disponendi &
 innovandi cum res supra scripto Monaste-
 rio Sancte Marie fundata in Curte, que
 vocatur Farata, ut superius disposuimus,
 per

perfruamini, & dum consteterit nostra hereditate in quibuscumque nominibus Cartularum nostrarum ad supradictarum rerum, edificiorum commoneo innovare; aut quando volueritis vel potueritis, licentiam habeatis in omnibus, salva tamen annua pensione D. M. C. A. omnino persolvendum quocumque, inde pertinuerit. Et liceat tibi suprascripto filio meo Petro per hanc Cartulam à me in te factam in ipsas res, quas superius nominavi, introire & possidere legitimam & corporalem traditionem, sine omni meo, meorumque heredum vel aliquorum obstaculo vel impedimento. Et si quempiam persona . . . vel heredes de predictis rebus ex parte vel ex totum expellere, vel qualibet calumniam generare voluerit, ego predicta Ingelarda, Dei misericordia donatrix tua, una cum ceteris heredibus meis, te supradictum Petrum filio meo, tuisque heredibus, pro predictis rebus, ut superius dictum est, in omnibus stare, & defendere promitto ipsas res in perpetuum: conducta namque res dum hereditatem ex constituerit, quod super absit & avertat divina potentia, & in aliqua controversia mota fuero, vel pro extranea persona non adventandum iudicium, non supplicandum Principibus, neque per Apostolicam vel per Ecclesiasticam, vel per Regalem potestatem ad interpellandum, vel pro qualibet imaginationis ingenium, & quod humanus sensus invenire vel argumentare potest, omnia superius scripta non observavero vel adimplevero, & non defendaverimus cuncta, que superius leguntur, & à me pollicita sunt, contra hanc cartam agere voluero vel agam, quam secundum tenore meo jurata voce dico per omnipotentem Deum, Sedemque sanctam Apostolicam, & vitam & incolumitatem invictissimorum Principum Dominorum Nostrorum attestacione confirmo, quia daturam me esse promitto. Ego supradicta

A Ingelarda, clementia Dei Comitissa cum ceteris filiis & filiabus meis, tibi Petro Diacono sancte Ravennatis Ecclesie, tuisque heredibus ante omnes aut interpellationem pene nomine auri obrizi Libras viginti; & post pene solutionem maneat hec Cartula professionis, donationis, perpetualis transactionis absque hereditaria veluti extranee persone facta, & à me leges tributarie tenore contracta omnimodis in suo robore & inconcussa. Quam vero Cartulam me juxta leges tribuente documentum Dominico Tabellio hujus Civitatis Ravenne scribendum rogavi, in qua ego consensi libenter manu propria signum sancte Crucis feci, & testibus à me rogatis obtulit subscribendum, eorumque presentia dicto Petro Diacono filio meo ejusque heredibus contradit sub die, & mense, & Indictione suprascripta XV. Ravenne.

* Signum manus suprascripte Ingelarde Dei misericordia Comitisse & donatrix ad omnia suprascripta, cui relectum est.

* Signum manus Adelengo, qui vocatur Acio, ex genere Francorum, rogatus, & signum sancte Crucis, cui relectum est.

Natalis Dei pietate Dux huic Cartule donationis & transactionis, sicut superius legitur, rogatus testis subscripsit.

Petrus divino natu Dux & Judex huic Cartule cessionis & transactionis rogatus testis subscripsit.

Petro Diacono huic Cartule donationis & transactionis rogatus testis subscripsit.

Gregorius filius Petrus Consul huic Cartule donationis rogatus testis subscripsit.

Martino Consul huic Cartule donationis & transactionis rogatus testis subscripsit.

Dominicus in Dei nomine Tabellius hujus Civitatis, scriptor huic Cartule

*le cessionis, donationis, & transa-
ctionis de omnibus, sicut superius
legitur, post roborationem testium
complexi & absolvi.*

Insalutatae dimittendae non sunt Notae Chronologicae hujus Chartae. Recte signata est *Indictio XV.* quae decurrere coepit à Kalendis Septembris, conjuncta cum *Anno primo Stephani VI. Papae:* atque haec indicant Annum Christi *DCCCXCVI.* Verùm quod est ad *Annum IV.* Lamberti Imperatoris, censeo restituendum heic *Annum V.* nisi Ravennae aliud exordium habuerit Lamberti ejusdem Epochae. In hac autem Charta occurrunt *Ducatus Faventinus, Ducatus Comacini, & Ducatus Traversariae.* Faventia & Comaculum antiquis etiam temporibus gestavere titulum Civitatis, & à suo Episcopo regebantur. *Traversariae* idem numquam contigit; nihil enim aliud fuit, nisi Villa in agro Ferrariensi sita in Plebatu *Luibolae* Dioecesis Ravennatis: & nihilo secius insignitam cernimus appellatione *Ducatus.* Animadversione quoque digna sunt, quae habet *Ingelarda,* quam profitetur, à se non *supplicandum Principibus, neque per Apostolicam, vel per Ecclesiasticam, vel per Regalem potestatem.* Indicare haec videntur, Italicos etiam Reges, ut jam alibi monui, iis temporibus protendisse auctoritatem suam in Urbes Exarchatus Ravennatis. Sed his dimissis, memoratos heic vides *Martinum Gloriosum Ducem,* *Ingelardae* olim Maritum, atque *Gregorium Ducem* socerum suum, ac demum inter eos, qui Chartae subscribunt, *Natalem* ac *Petrum* & ipsos *Duces.* Iisdem fere temporibus exhibet nobis *Rubeus* in Historia Ravennate *Romualdum* filium *Sergii Ducis,* aliosque non paucos commemorat in subsequenti Saeculorum Historia: quae omnia

Tom. I.

produnt, in Exarchatu, & Ravennae potissimum floruisse uno tempore *Duces* complures. Teste *Petro Damiani,* *Sanctus Romualdus Ravennae Civitatis oriundus, ex illustrissima Ducum fuit stirpe progenitus.* Is autem natus Anno Christi *DCCCCXVII.* ut ostendit *Clariss. P. Grandius* in *Dissertat. Camaldulens.* Immo ex monumentorum collatione deduci posse videtur, illustrem hujusmodi Titulum hereditarium olim fuisse in Nobilissima quapiam Familia Ravennate, quae, uti ex duabus pergamenis Archivi Estensis intellexi, tandem defecit circiter Annum *MCLXXX.* sublato è vivis sine prole *Johanne Duce,* & ad ejus hereditatem vocatis *Petro Traversaria* nobili Cive Ravennate, & *Taurello* Patre celebris *Salinguerrae* nobili Cive Ferrariensi. Gratum *Lectoribus* futurum puto, si ambas Chartas producam, quippe quae complectantur quaedam non vulgaria ad cognitionem eorum temporum, & praecipue quod de Villa, quam *Ducatum* appellant, tunc lis foret inter ambos nuper memoratos heredes, & Archiepiscopum Ravennatem. Quamquam credibile sit, hocce *Duces* antiquitus assumisse eximium hunc Titulum à splendido quopiam Magistratu, sive à regimine Civitatis Ravennae, aut alicujus alterius in Exarchatu positae; attamen ad opinandum feror, ipsos procedente tempore inde dejectos, impetrasse saltem Tituli continuatum honorem, atque eâ de causâ impositam eorum Pago appellationem *Ducalem:* quemadmodum *Comitis* nomen olim Rectoribus tantummodo Civitatis alicujus datum, *Castellorum* & vicorum Dominis tribui sensim coepit. Nunc memoratas ambas Chartas *Lector* accipiat.

S

Exa

Examen testium in controversia inter Archiepiscopum Ravennatem
& Petrum Traversariam & Taurellum Salinguerrae
senioris filium, de Curte seu Pago, cui
nomen Ducatus. Anno 1197.

Strachinardus juratus dicit, quod à triginta annis recordatur, quod vidit Duces habere & tenere Ducatum, nec eis vidit molestiam fieri, nec audivit, quod Duces tenerent Ducatum pro Ecclesia Ravennate, nisi à tempore interdictionis facte ab Archiepiscopo G. apud Cellam Sancti Jacobi, cui interdictioni interfuit. Et dicit, quod tunc respondit Taurellus, quod si Dominus Petrus vult dare suam partem Ducatus Domino Archiepiscopo, quod ipse libenter daret suam. Interrogatus, si locus, ubi est Ducatus, vocetur Puteus Francolus, dicit quod non: sed dicit, Puteam Francolum esse ex altera parte vie. Interrogatus de confinibus Ducatus, dicit, quod Fossatum Rodufi ignorat. Padefolum dicit, quod est versus Aquilonem, quod currit juxta stradam, inde ad Fossam Putei Francoli, & ibi incipit defluere deorsum versus Luibolam: Fossa verò directo trahit secus viam, & est juxta Ducatum, & ad capite Ville Putei Francoli versus Orientem; deinde flectitur & descendit versus Valles, quae vocantur Fovee Lazari &c. Et credit, quod mortuo Filio Johannis Ducis, prius intraverunt ipsum Ducatum Nuncii Petri Traversarie quàm Nuncii Archiepiscopi. Et dicit, quod Petrus Traversaria & Taurellus postea tenuerunt Du-

Acatum usque modo: Petrus Traversaria pro duabus partibus, Taurellus pro tertia. De aliis nihil.

Petrus Borus juratus dicit idem, quod Strachinardus, & tanto plus dicit, quod Ducatus est de Plebe Sancti Viti, & Puteus Francolus est de Plebe Luibole. Et dicit, quod audivit, quod una fovea quondam fuit inter Puteum Francolum & Luibolam &c.

B Tigrinus juratus dicit, quod à viginti annis infra vidit, Duces habere & tenere Ducatum, sed si pro Ecclesia Ravennate tenerent, ignorat. Et dicit, quod Nuncii Archiepiscopi prius intraverunt possessionem Ducatus, ut credit, quàm illi Petri Traversarie. Et quidam de Nunciis Archiepiscopi ierit ad domum ipsam testis, que est constituta in Pozo Francollo, & non in Ducatu, & percussit Collonellum domus cum ense, & precepit ei, ut teneret pro Archiepiscopo: qui respondit, quod teneret pro eo, cuius erit. Nec postea vidit aliquando Archiepiscopum. Dicit tamen, quod Nuncii Archiepiscopi intromiserunt totum Ducatum, ut audivit. Confines vero Ducatus ignorat. Et dicit, quod Petrus Traversaria & Taurellus usque modo habuerunt & tenuerunt Ducatum. De aliis dicit se nihil scire &c.

Sententia Arbitrorum electorum in controversia de Manso
Caligariorum, & duabus partibus Ducatus inter
Archiepiscopum Ravennatem, & Petrum
Traversariam. Anno 1197.

IN nomine Domini. Anno ab Incarnatione eius MCXCVII. die XIV. mensis Aprilis, Indictione XV. Ravenne in Palatio Domini Archiepiscopi. Et ideo nos Tomasius de Guelli, & Lotorengus, & Odofinus Judex, arbitri compromissarii electi à Domino W. sancte Ravennatis Ecclesie Archiepiscopo, & Domino Petro Traversaria, ad cognoscendam & dirimendam litem nostro arbitrio, que inter eos vertebatur, scilicet de uno Manso Caligariorum, quem quondam habuit Rodulfus Judex, & ejus filia, posito in Capite Sandali, & ae duabus partibus Ducatus, quam ipse Dominus Petrus possidere videtur in territorio Sancti Viti, & Duces habuerunt & detinuerunt; de quibus in hunc modum contendebant. Afferebat Dominus Archiepiscopus, predictum Mansum Caligariorum ad Ecclesiam pertinere, quod Dominus Petrus non inficiebatur, set in se innovari debere dicebat. Dicebat Ducatum ad Ecclesiam pertinere similiter, & mortuo Filio Johannis Ducis, Ecclesiam per suos ministros primum Ducatus possessionem occupasse, unde vel possessionem non amisisset, & potrorem in judicio, quod est retinende possessionis, fore, vel in jure possessorio, quod est de recuperanda possessione, obtinere debere. E contra Dominus Petrus dicebat, se prius possessionem Ducatus adeptum fore, & juste possidere nunc duas partes, videlicet ex divisione, quam fecit Marchio inter ipsum & Taurellum. In judicio vero proprietatis taliter contendebant. Dominus quidem Archiepiscopus dicebat, modis omnibus Ducatum ad Ecclesiam pertinere,

A & Duces pro feudo habuisse. E contra Dominus Petrus dicebat, nequaquam, set pro suo per longissimum tempus Duces possedisse. Auditis, examinatis, cognitis variarum partium allegationibus, & veritate pro ut melius potuimus, inquisita in facto & in jure tam per testium depositionem quam Instrumentorum exhibitionem, quam etiam Advocatorum adsertionem, habito quoque prudentum consilio, sic nostro firmamus arbitrio.

B Ad restitutionem siquidem Mansi Caligariorum Domino Archiepiscopo Dominum Petrum Traversariam condemnandum. De duabus partibus Ducatus, quas Dominus Petrus detinet, taliter pronunciamus Dominum Petrum in possessoria absolutum: in proprietatis autem judicio sic dicimus. Primum tamen ipsius Ducatus confines, quomodo ex dictis testibus & Instrumentis cognovimus, declaramus, ut questio de his de cetero non oriatur. Ex parte Aquilonis est Padesolum de Medelana flectitur Padesolum versus Luibolam, deinde inferiori directo & vadit usque ad Fossam Lazari & per eam usque Gurgum Borielli. Ex parte Orientis taliter. Ex parte vero Occidentis est Fossatus Rodulfi usque ad Pedazosam, & protenditur ex parte meridiani usque ad Vallem, que vocatur Carigia Sedule; & justa Carigiann Sedule est Aqua Butiliaria, deinde Gorgum Boriellum ex parte Orientali, ut dictum est. Item Rivus Gregorius decurrit & decurrere debet inter Ducatum & Maderi, ut ex Instrumentis & testibus apparet. Ad restitutionem siquidem tertie partis illarum scilicet

scilicet duarum partium Ducatus, quam Dominus Petrus possidet, ipsum Dominum Petrum Domino Archiepiscopo condemnamus. In reliquis duabus partibus duarum partium Ducatus sic dicimus. Dominum quidem Archiepiscopum: ut de his duabus partibus Domino Petro jure henphiteotico in se & in suis filiis & nepotibus per Instrumentum publice confectum concedat, condemnamus, nulla videlicet mercedis Calciariorum à Domino Petro dando, sed pro pensione tribuat nummum unum Ravennatis Monete singulis annis, vel Indictionibus. Et Dominum Petrum Domino Archiepiscopo jure predicto, & secundam prefatam formam, jam dictas duas partes accipiat, condemnamus.

Ego Martinus, Dei gratia, Ravenne Tabellio, huic arbitrio presens interfui, & jussione Domini Thomasi, & Domini Lotorengi, & Domini Rodulphi Judicis, Arbitrorum usus Arbitrii scripsi & complevi, ut superius subscripsi. Huic Arbitrio interfuerunt Rodulfus à Bisazono, Nontevoluit Judex Communis Ravenne, Johannes Tabellio, Petrus de Carbo, Johannes Sapiens, Misus Judex, Brandus Judex, Ugo Judex, Johannes Deusdedit, Rigo Ubertelli, Johannes Presbiteri Alberti, & alii multi.

Inter Duces Minores suos etiam locus debetur compluribus Romanis Ducibus, quorum mentio est apud Anastasium Bibliothecarium, vel ipso Saeculo Christianae Aerae Octavo, atque in aliis vetustis monumentis Saeculi IX. X. & XI. Chartam vidi spectantem ad celebre Monasterium Sublacense, & scriptam Romae temporibus Johannis X. Papae, cui testes interfuerunt ac subscripserunt Leo, Romanus, Silvester, Nicolaus, & Boso, omnes titulo Ducis ornati, & poscente Sergio Duce illuc acciti. Jam liquet, hos Duces aut Romae, aut in

conterminis locis habitasse. Utrum vero ii quampiam Civitatem nomine Romanorum Pontificum regerent, an potius aliquod Militare aut Palatinum munus gererent sub ipsis Pontificibus, aut membra forent Senatus Romani, ego decernere non aulam. Apud Mabillonium in Appendice ad Tomum IV. Annal. Benedictin. habetur Epistola circiter Annum MXXXII. ab Halinardo Abbate Divionensi scripta Domino illi sacri Palatii Vestarario, primo Senatori, necnon unico Romanorum Duci. Ad titulum Ducis consueverunt ii adjungere titulum quoque Consulis: neque ullum est dubium, quin praeclarissimum fuerit eorum munus, & sublimis auctoritas. In Chronico Farfensi, Part. II. Tomi II. Rer. Italic. pag. 523. legitur Placitum coram Benedicto VIII. Papa habitum Anno MKV. ubi Romanus ejusdem Pontificis Frater cogitur restitueret duo Cafalia ablata celeberrimae Farfensi Abbatiae. Inscrbitur Romanus Consul & Dux, & omnium Romanorum Senator: ex quo argui potest, quanta Romae foret hujus viri praesentia atque auctoritas. Simile vocabulum reperio in Charta apud Ughellium Tomo I. Ital. Sacr. pag. 1099. Nempe illic Albericus Marchio, ipsius Romae suo tempore Princeps, Anno DCCCCXLV. appellatur omnium Romanorum Senator. Et quidem Senatorem suum Romanum vel subsequenter temporibus ingenti auctoritate donarunt, ipsosque interdum Pontificibus opposuere. Nunc autem proferam Chartas duas, quas amicus meus Nicolaus Aloysia descripsit è membranis vetustissimi Coenobii Sublacensis. In iis occurrunt Benedictus Consul & Dux, quo etiam titulo donantur Georgius, Gratianus, & Silvester, Romanorum Proceres ea tempestate.

Donatio facta Sublacensi Monasterio, ejusque Abbati Leoni
à Benedicto Consule & Duce Anno 952.

Anno, Domino propitio, Pontificatus Domini Agapiti Summi Pontificis & universalis junioris Pape in sacratissima Sede beati Petri Apostoli, Septimo, Indictione X. Mense Madio, die XXIV. Domino sancto merito, & venerabili Monasterio Sancti Benedicti, quod ponitur in Sublaco, & omnium desiderabilium michi nimium profereudo in suprascripto venerabili Monasterio, in quo Dominus Leo religioso Presbitero & Abbate esse dinoscitur, & per te in cunctis aliis Presbiteris & Monachis in predicto Monasterio introeuntibus, & ibidemque permanentibus in perpetuum perpetuam in Domino salutem. Semper enim Christiana mens ostendit fideliter reddere vota.....manum omnipotenti Dei in suos servitores granter offerre debere cognoscitur. Quapropter ego Benedictus in Dei nomine Consul & Dux in predicto Monasterio in presentia Domini Leonis religioso Abbate ipsius Monasterii, & in cunctis aliis Presbiteris & Monachis in servitio Dei ibidem introeuntibus, pro redemptione anime mee, & veniam delictorum meorum, & propter eorum orationibus, que non desunt cotidie pro fidelibus Christianis agere; à presenti enim die bona atque spontanea mea voluntate, pure & absque ulla conditione, do, dono, cedo, trado, & largior, atque irrevocabiliter offero, & ex meo jure in vestra jura & potestate transfero atque transcribo in usum & salariam in eodem Monasterio, ut in perpetuum abeat: idest omnes res meas quascumque michi evenit à Theobaldo Presbitero, quot sunt terris, vineis, campis, pratis, pascuis, silvis, cultum vel incultum, constitutis territo-

Ario Campanino in locum, qui vocatur Pusano; seu & terris & vineis cum arboribus suis, quantumcumque habere & detinere visus sum in locum, qui vocatur Pentoma, positum suprascripto territorio Campanino. Nec non & colonia in integrum, que appellatur Afite, cum omnibus finibus, terminis, limitibusque suis, cum castis, vineis, terris, & silvis, cum arboribus pomiferis, fructiferis diversi generis, puteis, fontibus, rivis atque perennis, edificiis, parietinis atque perennis, adjunctis, adjacentibusque suis, cultum vel incultum, & cum omnibus ad eis pertinentibus, posita predicto territorio Campanino, juris mei existens. Unde & omnes moniminas de suprascriptis immobilibus locis apud me, meosque heredes, rejaçant ad conservandas & salvas faciendas; sed quandoque vobis vestrisque successoribus necesse fuerit, semper eas ostendere & demonstrare promitto in omni tempore. Unde & hanc à die presenti donationis Charta contradidi vobis in perpetuum vestrorumque successores omnibus suprascriptis immobilibus locis, cum omnibus eorum pertinentiis, ut superius legitur, eo tenore sub divini judicii obtestatione prevulimus tam ego, quam heredibus meis, ut Abbatibus, qui in eodem Monasterio per tempora succedentibus constituti fuerint, non habeant licentiam aut potestatem ipsi supradictis locis pro aliquo tenore à supradicto Monasterio pro alio quocumque arcumento abstollere aut alienare, sed omni tempore in vestra vestrorumque successorum maneat potestate. Quod si quolibet modo quispiam Chartam pro quavis modis vel tenore fecerint absque libello pensionario, hanc Charta inane & va-

& vacuam decerno permanere, & ipsa
 res sine omni obstaculo ad me meosque
 heredes redeat potestate. Et numquam à
 me, neque ab heredibus meis, neque eti-
 am à nulla magna parvaque persona à
 nobis submissa pro quolibet modis, obca-
 sione, vel calumnia, facere vel promo-
 vere presumemus; sed in omnibus adim-
 plendam promissionem inviolabiliter obser-
 vare atque adimplere promitto. In qua
 jurando dico, per Deum omnipotentem,
 sancteque Sedis Apostolice, & Domni
 Agapiti Junioris Papae, hec omnia,
 que hujus serie continetur; si, quod
 absit, quoquo tempore ego vel meis he-
 redibus contra vobis, vestrisque succes-
 soribus à presenti die donationis Char-
 ta, quam sponte fieri rogavi, agere vel
 causare presumpsero, & cuncta, que su-
 perius legitur, non observavero, tunc
 non solum perjurii reatum incurram, ve-
 rum etiam datum me promitto una cum
 heredibus meis vobis vestrisque successori-
 bus ante omnem litis initium pene no-
 mine auri obrizi Libram unam, & post
 pena absolutionis hanc Chartam in suam
 nihilominus maneat firmitatem. Quam

A scribendam rogavi Georgius Tabellio Ur-
 bis Rome; in qua & ego suprascripto
 Benedicto manu propria subter signum
 sancte Crucis feci & testes, qui subscri-
 berent, rogavi, & in prefato Monaste-
 rio contradidi, in Mense & Indictione
 suprascripta X.

* Signum manu de suprascripto Be-
 nedicto Dux donatore.

B Stephanus Primicerius, testis ab eo
 rogatus subscripsi, & traditam
 vidi.

Andreas Archarius sancte Sedis A-
 postolice, testis ab eo rogatus sub-
 scripsi, & traditam vidi.

Georgius Secundicerius sancte Sedis
 Apostolice, testis ab eo rogatus sub-
 scripsi, & traditam vidi.

C Leo Protofcriniarius & Apocrisarius
 sancte Sedis, testis ab eo rogatus
 subscripsi, & traditam vidi.

Georgius Consul & Dux, testis ab
 eo rogatus subscripsi, & traditam
 vidi.

Ego Georgius Tabellio Urbis Rome
 post testium subscriptiones, & tradi-
 tionem factam complevi & absolvi.

Oblatio terrarum Monasterio Sublacensi facta à Gratiano Consule & Duce, Anno 956.

A Nno, Deo propitio, Pontificatus
 Domini Johannis summi Pontificis
 & universalis duodecimi Pape in sacra-
 tissima Sede beati Petri Apostoli Primo,
 Indictione XV. Mense Novembre, die
 XIV. Domino sancto merito, & venera-
 bili Monasterio Sancti Benedicti, quod
 situm est in Sublaco, in quo est Leone
 Christi famulo religioso Presbitero &
 Monacho, & pro divina clementia coan-
 gelico Abbate ejusdem Monasterii,
 seu & Leone Presbitero & Monacho Se-
 cundo, similiterque Tertio Leone religio-
 so Monacho Decano ejusdem Monasterii,

D & pro vobis in cunctis aliis Presbiteris
 & Monachis à magno usque ad parvo
 introeuntibus, vel in servitio ejusdem
 Monasterii permanentibus in perpetuum.
 Ego Gratianus in Dei nomine Consul
 & Dux per remedium anime mee, &
 ventam delictorum meorum à presenti die
 bona spontaneaue voluntate do, dono,
 cedo, trado, & irrevocabiliter largior
 E simulque & offero vobis vestrisque suc-
 cessoribus Abbatibus, Presbiteris, & Mo-
 nachis, qui in jam dicto Monasterio esse
 noscuntur, in usu & utilitate vestra in
 perpetuum: idest terra sementaricia ad
 pratum

pratum faciendum ad modiorum plus minus tres cum introito & exitu suo, & cum omnibus ad eas pertinentibus, posita foris Portam majorem non longe à muro ipsius Civitatis Rome, & inter affines; ab uno latere via publica, à secundo latere terra sementaricia de Andrea, à tertio latere predium de jam dicto Monasterio, & à quarto latere terra sementaricia de Franco, juris venerabilis Ecclesie Sancti Laurentii, que ponitur foris muro, sicut mihi evenit per hereditatem parentum meorum, & per precepto Pontificalem: ita vobis largior atque offero in perpetuum, unde & alias moniminas vetustas & novas apud me refervo; sed minime eas tradere possum pro aliis locis, que in ea continere videntur; sed quancumque vobis vestrisque successoribus necesse fuerit eas demonstrare, una cum heredibus & successoribus meis demonstrare & defendere promitto vobis, vestrisque successoribus. Quam suprascripta terra cum omnibus ad eam pertinentibus, ut superius legitur, è presenti die habeatis, teneatis, possideatis vos vestrisque successoribus, Abbatibus, Presbiteris, & Monachis in perpetuum, etiam nomine vestro renovandi, & quicquid exinde facere sive peragere volueritis, in vestrum vestrique successoribus sit potestatem. Et numquam à me neque ab heredibus meis aliquam aliquando habeatis questionem aut calumniam, sed in omni tempore ab omni homine, & in omni loco ubi vobis vestrisque successoribus necesse fuerit, stare me una cum heredibus meis, & defendere promitto vobis vestrisque successoribus. In quo juratus dico per Dominum omnipotentem, sancteque Seais Apostolice, seu salutem venerabilis & Apostolice, seu salutem venerabilis & Apostolice Domni Johannis sanctissimi XII. Pape, hec omnia, que hujus carte donationis seriem textus eloquitur, inviolabiliter conservare atque adimplere promit-

A to. Nam si, quod absit, & quoquo tempore contra hanc donationis Cartam, quam sponte fieri rogavi, agere aut causare presumpsero per quodvis modi ingenio, quod sensum humanum intelligere vel capere potest, tunc non solum perjurii reatum incurram, verum etiam daturò me promitto una cum heredibus meis vobis vestrisque successoribus ante omnem litem in initium pene nomine auri uncie sex obri-
 B cias, & post penam absolutionis manentem hanc donationis Cartam in sua nihilominus maneat firmitate. Quam scribendam rogavi Johannem Scriptorium & Tabellionem Urbis Rome. In qua ego subscriptus manu propria subscripsi, & testes qui subscriberent rogavi, & vobis suprascriptis contradidi in Mense & die
 C suprascripta.

Gratianus in Dei nomine Consul & Dux, in hanc Donationis Carta, ut superius legitur, facta è me in Leone Abbate, manu propria signavi, feci, & testes, qui subscriberent, rogavi.

Silvester in Dei nomine Consul & Dux, testis rogatus signavi & feci.

Ursus nobilis viro testis rogatus signavi, & feci.

Sergius nobilis viro testis rogatus signavi & feci.

Leo nobilis viro testis rogatus signavi & feci.

Ego Johannes Scriptorius & Tabellio Urbis Rome complevi & absolvi.

Atque heic ritum Romanorum animadvertite jurandi per Deum omnipotentem, sancteque Sedis Apostolice, & Domni Agapiti junioris Pape, sive salutem Apostolice Domni Johannis sanctissimi XII. Pape. Contra Carolus Magnus in Lege Langobardica 117. statuit, ut nullus praesumat per vitam Regis vel filiorum ejus jurare. Occurrunt alii id genus Duces in eodem Chronico Farfensi. Sed & apud Tur-
 rigium

rigium de Crypt. Vatic. Part. 2. pag. 537. & apud Crescimbenium in Histor. Diaconiae Cosmedinianaе offeratur nobis Romana Inscriptio, in qua memoratur *Eusthatus immeritus Dux*. Quod miratus sum, hic fuisse videtur Diaconus, aut saltem Minister Diaconiae Sanctae Mariae in Cosmedin, quum se inscribat *huic sanctae Diaconiae Dispensatorem*: ita enim appellati Diaconi etiam in Epistolis Gregorii Magni Papae. Apud eundem Turrigium pag. 541. Inscriptio Romana legitur, marmore insculpta, *Calen. Junias per Indictione Octava, Anno ab initio Mundi Sex Milia Ducentos sexaginta tres, tempore Domini Stephani junioris Papae, idest Anno Christi DCCLV. in qua Theodorus holim Dux, nunc Primicerius Sanctae Sedis Apostolicae, & pater ejus Benedicti Diaconi à solo edificavit pro intercessionem animae suae & remedium omnium peccatorum*. Chartae quoque scriptae Anno VI. Johannis XV. Papae, idest Anno Christi DCCCXC. in Lib. MSto Jacobi Grimaldi *de sacrosancto Sudario Veronicae*, subscribit *Guido vir nobilis, neptus Pontificis, & Dux Ariciensis*: quo nomine, ut opinor, significatur Castellum Campaniae nunc *la Riccia*. Praeterea in Additament. ad Chronicon Casauriense à me factis Part. II. Tomi II. *Rer. Italicar. pag. 931. Petrus habitator Civitate Roma Anno Christi DCCCLXVIII. Curtes quosdam vendit Ludovico II. Imperatori, atque hisce verbis se subscribit: Petrus in Dei nomine Consul & Dux*. Inter testes legitur *Johannes Dux de Civitate Roma, Legem vivens Romanam*. Hi creduntur mihi titulum hunc accepisse aut à Senatorio Magistratu, aut ab aliqua Urbe, aut Castello, quibus dominarentur, aut quae gubernarent. In Vita Sancti Nili Calabri Tom. VI. Veter. Scriptor. Martene & Du-

Arandi, *Gregorius Dux*, Dominus *Tusculani* memoratur. Idem de aliis opinari fas est. Consuevere pariter Augusti Graeci statuere Praefides cum Titulo *Ducum* in iis Italiae partibus, quas à Langobardorum invasione illaefas servare potuerunt. Anno Christi DC. Sanctus Gregorius Magnus Papa Lib. I. Epistol. primâ, scripsit *Godiscalco Duci Campaniae*, & Anno DCIV. alteram dedit Epistolam, hoc est decimam Libr. XIV. *Geduno Duci Neapolis*. Propterea in novissima editione Operum ejusdem Sancti Gregorii à celeberrimis Monachis Benedictinis Congreg. Sancti Mauri facta ad Lib. VIII. Epist. 3. habetur *Altalerrae adnotatio, contendentis, tempore hujus Pontificis Comites singulorum Urbium; Duces vero, universae Provinciae fuisse Praefectos*: quam in rem idem *Altalerra* adfert Gregorii Magni, & Gregorii Turonensis aliquot loca. Verum sententia haec nutare mihi creditur. Id quidem apud Francos tunc in more fuit, ac Turonensis auctoritate confirmari potest; in Italia verò alia consuetudo obtinuit. Fuere profectò & haec Duces integrae Provinciae Praefecti; verum fuerunt & alii, quibus una Civitas regenda committebatur. Hujus moris exempla nonnulla jam protuli in Langobardorum Regno. Nunc ipsum Gregorium Magnum adi Lib. I. scribentem Epistolam LVIII. *Aricino* (five *Ursicino*) *Duci, Clero, Ordini, & Plebi Ariminensis Civitatis*: quae indicare videntur unum illius Urbis Praefidem, quales etiam revera censendi sunt *Agatho Dux Perusinae Civitatis* circiter Annum Christi DCCXXX. ac *Toto Dux Nepesinae* circiter Annum DCCLXVII. commemorati ab Anastasio Bibliothecario in *Vitis Romanorum Pontificum*.

Progredior nunc ad *Duces Majores* Italici Regni, quorum potestas ac regimen in integram aliquam Provinciam protendebatur. Sub Regibus Langobardis ii tantum duo fuisse mihi creduntur, scilicet *Spoletis*, ac *Beneventi*, quorum institutio referenda est ad ipsa primordia Regni Langobardici. Iis autem Ducibus peculiaris potestatis mensura tributa fuit, & quidem non in unam tantum Urbem, sed in plures. Neque ii erant precarii Governatores, sed supremi paene Domini, sive Reguli, ejusmodi Provinciarum, in quibus Filii Parentibus succedebant, electione tamen Populi, ut puto, intercedente, uti & consensu Regum, à quibus novimus datos interdum *Duces* eisdem Provinciis. Cur vero latior dominatio, majoresque praerogativae hujusmodi Ducibus concessae fuerint, inde mansisse puto, quod majoribus viribus ad eas regiones tutandas opus foret, & Regia Langobardorum ab iis nimium distaret. Scilicet infensiores ac potentiores hostes, quos diu sustinuerit Langobardica gens, fuere Graeci, atque ii sane excusandi, quia à Langobardis tot felicitum Provinciarum ditioe spoliati. Spoletano Ducatui contermini erant Ducatus Romanus ex una, Exarchatus Ravennas cum Pentapoli ex altera. Beneventanus autem Ducatus jacebat inter ipsam Romanum Ducatum, variasque Graecorum Urbes maritimas. Itaque necesse fuit in remotioribus hisce Regni partibus Praefectos constituere non vulgaris auctoritatis atque potentiae, quibus, quum necessitas posceret, vires multas cogere facile foret, easque Graecorum conatibus opponere. Atque inde etiam factum, ut memorati duo Ducatus, uti praestantiores ceteris, conferri solerent omnium nobilissimis Regni Proceri-

A bus, & ipsis Regum affinibus: quae consuetudo, Francis etiam in Italia regnantibus, subinde obtinuit. Agnoscebant *Duces* isti supremum Regis jus ac dominationem, ejusque Vassalli, ut nunc dicimus, erant; sed & ipsi amplissimo jure suis Populis dominabantur, neque tributorum quidquam, ut puto, in Fiscum Regis inferebant. Major tamen uti potentia, ita & auctoritas fuit semper *Beneventanis Ducibus*, quam *Spoletanis*, & praecipue sub Francis Imperatoribus; tunc enim Beneventana ditio in Principatum conversa fuit, eoque tandem devenit, ut nullum supra se Principem agnoscere vellet.

C Mihi olim insederat opinio, Ducatum *Forojuliensem* iisdem privilegiis ac juribus exornatum fuisse, vel quum Langobardi Reges in Italia dominabantur, ductus auctoritate Pauli Diaconi, qui eorum Ducum acta & successionem, non secus atque Beneventani & Spoletani Ducatus persequitur. Verum alia mihi nunc sententia est. Scilicet uni Civitati, regnantibus Langobardis, Forojulianus Dux praefuisse mihi creditur, hoc est *Foro Julii*, quae Civitas nunc *Cividadi Friuli* appellatur, cui quidem eversa Aquileja cum quamplurimis Oppidis, & amplissimo agro (nunc *Friuli*) suberat, sed nullo jure in finitimas Urbes Tarvisii, Vicentiae, Patavii &c. quibus sui peculiare *Duces* erant. Non quod pares ii *Duces* forent Beneventanis & Spoletanis, eorum seriem contexuit Paulus, sed quod ipse in Foro Julii natus, res Patriae majori qua potuit diligentiam literis commendatas voluit. Ceterum postquam Carolus Magnus Langobardorum Regno potitus est, ut esset, qui Sclavos, Avars, & Graecos finitimos viribus suis comprimeret,

Forojuliano Ducatui varias Civitates subdidit, hoc est regionem, quae à Verona extenditur ulque ad Delinatiae, sive Delmatiae fines, ac propterea non contemnendum Adriatici litoris tractum, *Marchia* inde constituta, quae nomen suum accepit modo à Civitate *Fori Julii*, modo *Tarvisii*, ac tandem *Veronae*, prout nempe praecipuam suam Sedem in una ex his Urbibus constituebant Duces si e Marchiones Provinciae. Monendas tamen Lector, aliter visum fuisse amico olim meo, utique emunctae naris viro, P. D. Gaspari Beretto in Dissertat. Chorograph. praeposita Tomo X. Rer. Italicarum; scilicet *Marchiam Tarvisinam* (quae eadem ac Veronenfis) distincta fuisse à *Ducatu Forojulienfi*: cujus tamen rei idoneos testes nondum vidi. Quod certum est, in Lib. Antiquit. Estensium ostendi, sub Germanicis Imperatoribus

A eos, qui Forojulienfi Marchiae praerant, *Carinthiae Ducatus*, seu *Marchae*, simul praefuisse: quod etiam antiquius postea deprehendi. Nam vel sub ipsis Francorum Regibus easdem Provincias uni Praefecto traditas Annales Francorum produnt. Legitur illic ad Annum DCCCXIX. imperante Ludovico Pio: *Cum Baldricus Dux* (Fori Julii) *in Carinthiorum regionem, quae ad ipsius curam pertinebat, fuisset ingressus*. Praeterea in memoratis Antiquitat. Estensib. protuli Chartam spectantem ad ejus regionis Ducem ac Marchionem, qui ineunte Saeculo XI. floruit. Nunc alteram adjungere juvat, hoc est *Placitum à Duce* eodem, *Adalberone* videlicet, habitum Anno MKVII. quam ex antiquo Registro descripti Venetiis adservato apud sacras Virgines nobilissimi Coenobii Sancti Zachariae.

Charta Placiti ab Adalberone Duce ac Marchione habiti in Comitatu Tarvisino, ubi diremta est controversia pro Monialibus Veneris Sancti Zachariae adversus Abbatem Coenobii Patavini Sanctae Justinae, Anno 1017.

DUm in Dei nomine in Comitatu Tarvisinense, in Villa Axillo de Juvatus, per ejus data licentia in judicio resideret Dominus Adalperro Dux iustus Marchiae Carinthiorum, & Ramtaldus Comes istius Comitatus Tarvisinense, ad singulorum hominum iustitias faciendas ac deliberandas. Residentibus cum eo Wlafortus, Wilhelmus Comitibus, Thimo, Johanne, Yseledo Judices, Sviatopolo, Odelicus, Sinto, Ulverado, Malibec & reliqui plures. Ibiq. eorum cum praesentia Petrus Presbiter una cum Abbatore suo de Monasterio Sancti Zachariae Prophete, posito in Rivetate prope Curtis Palatio; ceperunt

Dicere: Jam plures vices reclamavimus nos ad vos Domne Adalperro Dux, ut nobis iustitiam faciatis de Johannes Abbas Monasterii Sanctae Justinae sito in loco Patavi, & de Johannes Notarius, qui est habitator in Monte Selice Advocatori suo: quia inter nos intencione surrexisset de Capella una, qui est constructa in onore Sancti Thome & Sancti Zenonis, cum omnibus casis, &c., qui est de Monasterio Sancti Zachariae Prophete; quibus posite ipsa Capella & rebus in Comitatu Patavense in Iudicia Montefilicana, tam in eodem loco Monte Selice ad pede ac ipso Monte cum ejus terris ididem per ceteris locis.

Unne

Unde nos ante hos dies ad locum, qui nominatur Leonicus, intencionem habemus, & noticia, qui investitus fuit, causata fuit in presentia suprascriptorum Walpertus & Wilhelmus Comitibus, & in eodem loco fuit paratus cum eo ad rationem standum & legitime finiendum. Unde posuit constitutum & unitum Placitum infra Comitatum Tervostanense, antequam eos de ipso Comitatu transisset, & inde finem percipiendum. Ecce me paratus cum eo ad rationem standum & legitime finiendum hic vestra presentia. Ad haec recordatus erat Dominus Adelpeyro Dux, Walpertus Comes, atque Wilhelmus Comitibus, quod sic esset per ita, sicut supradictus Petrus Presbiter observaverat. Et tunc ibi locus in eodem iudicio predictus Dominus Adelpeyro Dux eundem Johannes Abbas, seu & Johannes Advocatori suo cenit inquirere per ipsum Placitum. Et tunc in eodem loco presens omnium in eodem iudicio ipsam Cartulam, quod predictus Abbas demonstrabat cum suo Advocatore Johanne, quod factam habuisset Rotikerius bone recordationis Sancte Veronenis Ecclesie Episcopus, filius quondam Adelmari, ex Langobardorum genere, reprobata & falsitica inventa fuit, & ibi incisa: & per iudicium eisdem Petrus Presbiter cum Stephano Advocatori suo ad pars suprascripto Monasterio Sancti Zacharie ad proprio investivit, sicut ad proprio investitus fuit de predicta Capella, & de prenominate Casis &c. Et tunc ibi in eodem iudicio predictus Donno Adelpeyro Dux propter Deum, & anime Domini Henrici Serenissimi Imperatoris, ac sue mercedis, hanc Cartam noticiam scribere precepit ad opus ipsius Mo-

A „ nasterii Sancti Zacharie; & per fuisse, quam sua tenebat manus, „ misit bandum Domni Imperatoris „ in Mancosos aureos mille super „ eundem Petrum, seu pars predicto Monasterio Sancti Zacharie, & „ prenominate Capella, ut nullus quilibet homo inquietare & deversare audeat sine legali iudicio. Qui verò fecerit, praedictos Mancosos aureos mille sciat se compositurus medietatem partem Dominorum Regum, & medietatem praefato Monasterio Sancti Zachariae, ejusque „ successores Ancillarum Dei „. *Quidem & Ego Isceldo Notarius & Judex ex iussione suprascripti Domni Adelpeyro Dux, & Raimbaldo Comes, & Judicum ammonicionem scripsi hanc, Anno Domini Henrici gratia Dei Imperator Augustus Tercio, XV. Kalend. Februarii, Indictione XV.*

✠ *Signum manus suprascripto Donno Adelpeyro Dux interfuit, & manu sua Crucem fecit.*

Willhelmus Comes manu mea subscripsi.

✠ *Signum manus suprascripto Raimbaldo Comes interfuit, & Crucem fecit.*

✠ *Signum manus suprascripto Walpertus Comes interfuit, & Crucem fecit.*

Ego quide Isceldus Notarius & Judex noticiam scripsi, post tradita complexi & dedi.

Oculos haec Lector intendat in laudabilem radium Saeculorum morem. Nempe ubi coram iudicibus dubitatio ac lis ingerebatur de veritate aut falsitate alicujus Chartae, tum accuratum illius examen instituebatur. Quod si rite perspecta characterum formam, testium nominibus, notis Chronologicis, Tabellionis signo, aliarumque rerum collatione facta, apparebat, tabulas in controversiam adductas non legitimi Notarii authenticum opus, sed pravi cujusdam ne-

bulonis imposturam esse, cultello cedebantur ex Judicum decreto, ne quis in posterum iis uteretur, sive abuteretur in veritatis ac justitiae contumeliam. Ita apud Francos Thoderici Regis edicto statutum est, ut si quod Diploma sive Charta falsi daretur, continuo pergamina ipsa transferata ex hominum commercio secederet. Haec ergo occurrunt in monumento nuper allato: *Ipsa Cartula reproba & falsicia inventa fuit, & ibi incisa.* Addam tamen, ejusmodi Chartam, uti ex aliis ejusdem Ascesterii monumentis didici, non ideo proscripam, quod impostura foret, sed quod esset informis hoc est sine subscriptione Notarii, aut sine temporis nota. Fortassis in Charta ista legendum *Dux istius Marchiae, & Caventanorum.* Certe is utriusque Provinciae regimini praefectus dignoscitur. Quod si ille, qui *Veronensi*, sive *Tarvisinae Marchae* praecerat, *Cavintbiae* quoque imperabat, vix persuadere mihi possum, quin & *Forojulianae provinciae* intermediae dominaretur. Ego plura non addam de *Forojulienfi Ducatu*, nisi quod istum prae reliquis Ducibus nobilitavit Berengarius I. ex Duce Rex Italiae. Anno DCCCLXXXVIII., ac deinde Anno DCCCCXVI. Romanorum Im-

A perator creatus. Et quoniam rarissima occurrunt ejus monumenta, quo tempore Ducem tantummodo agebat, habeat heic locum Diploma Caroli Crassi Augusti, ex autographo existente Placentiae in Archivo insignis Monasterii Benedictinorum Sancti Sixti, ubi *Berengarius Dux* ab ipso Imperatore *consanguineus suus* appellatur: quae res confirmat dudum congesta ab Hadriano Valesio in Praefatione ad Panegyricum ejusdem Berengarii. Vide etiam infra Dissertat. XXII. de *Legib.*, ubi ostendam, *Eberhardum* quoque ejusdem Berengarii Patrem, atque *Hunvolum* ejus fratrem antea Ducatum Forojulienfi praefuisse. Monere tamen antea Lectorem volo, conjungi in Diplomate isto *Annum II.* Caroli Crassi cum die *V. Kal. Maij Anni DCCC-LXXXI.* An ita in authentico scriptum revera sit, decernere non auserim; neque enim illud sub oculis habui. Quod sane pronuntiare intrepide me posse reor, *Annus Secundus* vitiose heic positus fuit, sive error in pergamina sit, sive ab amanuensi processerit. Annus dumtaxat *Primus* Epoche Imperialis ejusdem Caroli tunc decurrebat, uti alia Diplomata ostendunt, atque ego infra ostendam in *Dissertat. XLI. de Nominib.*

Donatio trium praediorum à Carolo Crasso Imperatore
facta Petro Capellano Berengarii Ducis
Forojulensis, Anno 881.

IN nomine sancte & individue Trinitatis. Karolus divina favente clementia Imperator Augustus. Si ad preces fidelium nostrorum aures pietatis nostrae accomodamus, alacriores in nostro servitio eos reddere non dubitamus. Quapropter noverit omnium fidelium nostrorum tam presentium, quamque & futurorum solertia, Berengarium Ducem, & affinitate nobis conjunctum, nostram deprecasse clementiam, quatenus cuidam Capellano suo, Petrum nomine, concederemus quasdam res massaricias in Susinade, ubi Runcalia dicitur, unum videlicet, qui regere videtur per Maurinum, & alterum per Guibertum, tertium verò per Radevertum cum omni integritate, & sicuti ab ipsis detenti sunt & delaborati fuerunt. Sed quia per certius rata esse visa sunt predictis massariciis cum omni integritate eorum, cum castis & omnibus edificis, ac rebus, terris, vineis, pratis, pascuis, silvis, stalariciis, rivis, rupinis, ac paludibus, cultis & incultis, divisis & indivisis, cum finibus, terminibus, accessibus, & usibus aquarum, aquarumque ductibus, omnia & ex omnibus sicuti à predictis

A hominibus recti sunt & laborati fuerunt, de nostro jure in jure & potestate pre-nominati Petri Clerico & Capellano transfundimus, & perpetualiter ad possidendum per hoc nostrae auctoritatis preceptum confirmamus tam ipsi, quamque heredibus suis facientes exinde quicquid ipse visum fuerit. Unde precipientes per hanc nostram auctoritatem jubemus, ut nullus publice minister vel administrator aliquam violentiam aut diminorationem eidem vel ejus heredibus, vel cui ipse dederit ex predictis rebus facere pertempter, sed liceat eas quiete possidere, & cui-cumque voluerit, relinquere perpetualiter, omni remota vexatione atque diminoratione. Si quis autem, quod futurum esse non credimus, cujuscumque ordinis homo hanc nostram auctoritatem in quocumque corrumpere aut violare temptaverit, sciat se compositurum XXX. Libras auri obri-gi, medietatem Palatio nostro, & medietatem eidem Petro Clerico, vel ejus heredibus, aut cui ipsas res habere statuerit. Et ut firmum & stabile permaneat, propria manu confirmavimus, & anulo nostro sigillari precepimus.

Signum  Karoli Serenissimi Imperatoris.

Hernustus Notarius ad vicem Liurwardi recognovi & subscripsi.

Locus Sigilli cerei deperditi.

Data V. Kalendas Maji, Anno Incarnationis Domini DCCCLXXXI. Indictione XIV. Anno verò Imperii ejus II.
Actum Olonnae Curte Regia feliciter.

Ad haec illustris fuit *Ducatus Spoletanus*, Langobardorum Regum ac subsequen-
tium Augustorum temporibus, ita ut vel Anno Christi DCCLI. appellaretur magnifico sane titulo *gloriosus & summus Dux gentis Langobardorum in Spoletis*, ut constat ex ejus Placito producto in Annalib. Benedictin. à Mabillonio: cui interfucere *Porto Sculdarius, & Hallo Sculdarius*. Scribendum *Sculdais*, seu *Sculdafus*. Multa autem de Ducatu isto, cujus amplitudinem in Dissertat. II. indicavi, habentur in *Historiae Spoletanae* Tomo I. à Bernardino ex Comitibus Campelli edito Spoleti Anno 1672. uti & in *Regia Picena*, sive Historia Marchiae Anconitanæ, quæ Spoletani Ducatus pars fuit, e vulgata Maceratae Anno 1661. à Pompejo Compagnonio. Quod heic animadvertas velim, Carlomannus Italiae Rex in Diplomate Monachis Casauriensibus concessio, uti habetur Part. II. Tomi II. *Rer. Italicarum* pag. 812. & 817. Anno Christi DCCC. LXXVII. commemorat *ambos Spoletanos Ducatus*. Quæ dicendi forma

A nos docet, divisum antea fuisse insignem illum Ducatum in duos, & prodere satis videtur, cur uno, eodemque tempore duo Duces Spoletini occurrant, nempe Wido atque Lambertus. *Spoletio* unus, alter *Camerino*, seu *Firmo* praefuisse mihi creditur. Unam verò Chartam proferre heic lubet, quam in Antiquitat. Estens. Cap. 39. fueram pollicitus, spectantem ad *Guarnerium* hujus nominis fortasse Primum, *Ducem & Marchionem* ejusce regionis. Fuit hic Princeps natione Theutonicus; ejusque Conjugis nomen, nimirum *Altrudae*, nobis ex hac Charta lanotescet, quam suppeditavit mihi vetusta pergamena Archivi Estensis. A verò non abludat, qui hanc putet ad manus Estensium Marchionum delatam Anno MCCX. aut subsequen-
C tibus, quæ tempore dominabantur *Marchiae Anconitanæ*. Ceterum quum Decembri mense Anni MCLXVII. decurreret Indictio XI. veteris exscriptoris sphalma heic emendandum venit; nempe pro *Indictione IX.* restituenda est *Indictio XI.*

Traditio terrarum ac silvarum à Berardo filio Massari facta
Guarnerio Duci & Marchioni Spoleti, ac Altrudae
hujus uxori, Anno Christi 1117.

IN nomine sancte & individue Trinitatis. Anno ad Incarnatione ejus MCXVII. mense Decembri, Invidiense IX. Regnante Enrico Quarto Rege a Romanorum Imperatore Augusto. Itaque ego Berardus filius quondam Massari, bona mea voluntate per hanc Chartam trade tibi Guarnerio Duci & Marchioni, & Altrude Conjugi tue, & heredibus ex ea natis, vel nascituris, idest de ro mea, vel meo conquesto, quod habeo infra Comitatum Camerini, & in

D loco, qui nominatur in Monte Sancti Genesii, totam meam porcionem terre atque silvarum sine ulla mea reservatione, & omnem introitum cum exitu suo, in integrum tradidi, atque irrevocabiliter dedi predictam meam porcionem terre atque silvarum, quam habeo supra dicto Monte Sancti Genesii, Guarnerio Duci & Marchioni, & Altrude Conjugi tue, & omnibus heredibus ex ea natis, vel genituris; habendi, tenendi, possidendi & vendendi, aut donandi, & pro

Et pro suo iudicandi & faciendi quid vobis placuerit, quia sic inter nos convenit. Obligo me predictus Bernardus meoque heredes vobis predictis vestrisque heredibus, si hanc predictam rem egerimus, causaverimus, vel intentionaverimus, aut ab omnibus hominibus vobis non defensaverimus, componamus vobis per predicta byzancios triginta de bono auro. Et hec Carta firma & stabilis permaneat, hec Carta rogata à predicto Berardo.

✠ Ego Atto Judex scripsi.

✠✠✠ Signum manus Tebaldi, Alberico, & Arnolfo fratres, filii Arnolfi in hac Carta rogati testes.

Florentinus Lib. II. Vitae Mathildis titubans suspicabatur, eandem

A Comitissam dominatam quoque fuisse Ducatui Spoletano & Marchiae Anconitanæ; sed tabulis destitutus rem statuere non potuit. Est mihi nobilis Charta è M^osto Regeſto Cencii Camerarii depromta, unde satis lucis affulgere potest ad agnoscendum, utrique Provinciae (quae tamen olim una fuit) Comitissam praefuisse: quod & ab ejus patre Bonifacio, aliisque ante eum Principibus factum est. Intentis oculis sequentia lege, quae quamquam ultra centum annos è morte ipsius Mathildis scripta fuerint ei tamen subjectas aliquot olim terras in ea regione aperte indicant.

B

Litterae Domini Papae Honorii III. de recuperatione Caſtrorum & Terrarum Comitissae Mathildis, Anno 1221.

Honorius Papa III &c. Ne rerum gestarum memoria cum tempore labente labatur, & in oblivionem veritas veniens vagetur incerta, si ei fuerit fides adempta, inventum est authenticarum remedium scripturarum, quae falsoque perpetuantes memoriam, indubitatam fidem faciant veritati, quae sua luce clarescens, non patitur justitiam falsis calumniis obumbrari. Unae ad universarum notitiam volumus pervenire, quod quum magna pars Comitatus Comitissae Mathildis, qui totaliter ad Romanam Ecclesiam pertinent pleno jure, & à multis & variis personis detineretur indebite occupata, & tam Cives Spoletani, quam fere totus Ducatus Spoletanus nobis nullatenus responderint: nos in illo spe vestra totaliter posita, qui adest in veritate invocantis nomen ejus, quamquam infinitis & arduis essent negotiis inevitabiliter occupati, ad recuperanda jura Ecclesiae sollicitè intendentes, venerabili fratri nostro Ostiensi Episcopo, tunc Legationis fungenti offi-

C cio in partibus Lombardiae, direximus scripta nostra, ut duo Castra, videlicet Medicinam & Argellatam, quae Bononienses tunc temporis detinebant, ad demaniam Sedis Apostolicae revocaret. Qui juxta mandatum nostrum illa recipiens, dilecto filio Henrico de Paragnano, Subdiacono nostro, quamdiu nobis placeret, commisit fiducialiter gubernanda; & homines Caſtrorum ipsorum eidem nomine nostro fidelitatis juramenta praestantes, ei de rationibus nostris responderunt integre ac respondent. Deinde quum inter Spoletanos, Narnienses, Cocoronenses, & adjutores eorum ex parte una, & Interoanenses, Tudertinos, Fulginates & adjutores eorum ex altera, gravi guerra suboriti, ita quod praeter stragem virorum & multimoda rerum damna, & quaedam est gravius, animarum pericula, quae utraque pars incurverat, multi detinerentur hinc inde captivi: nos eis paterno compatientes affectu, licet quidam ex illis viderentur filiam obedientiam abjecisse, dilectum filium

D

E

Pandulphum Subdiaconum & Notarium nostrum illuc curavimus destinare, ut omnes ad pacis foedera inienda, tam spirituali quam temporali districtione compellens, captivos utrimque faceret liberari. Qui mandatum nostrum diligenter adimplens, studuit in manu forti corripere inquietos & pusillanimes consolari, & quorundam rebellium pertinaciâ congrue castigatâ, & captivis redditis libertati, Potestatibus Civitatum & Castrorum fere omnium de Ducatu, quos apud Bevaniam ad suam praesentiam evocavit, sub debito fidelitatis, & pœna nullo Librarum injunxit, ut in O. Clavis Apostolorum Petri & Pauli quælibet Potestas cum tribus vel quatuor de Civitate sua, vicem omnium habentibus, se apud Urbem Veterem nostro conspectui praesentaret. Quibus in praefixo termino in nostra praesentia constitutis, post tractatum diutinum tam super pace inter ipsos plenius reformanda, quam super Ducatu ad manus Ecclesiae retinendo, quod & cum praedicto Subdiacono tractaverant diligenter; tandem Perusini, Affilines, Fulginates, Nucerni, & Interamneses juxta mandatum nostrum munitiones, Castra & Regalia, sicut ea unquam habuit aliquo tempore claræ memoriae Dux Conradus, in manibus nostris libere resignarunt. Et licet Spoletani super iis, quæ de Ducatu Demanio detinebant, exhibuerint se difficiles, asserentes quod si praedictus Dux ea possedit, aliquando possessor fuerit violentus, tandem tamen super iis nostris paruerunt beneplacitis & mandatis. Et sic toto Ducatu ad manus Sedis Apostolicæ revocato, tam Ducatui, quam Affili & Nuceriae Comitibus dilectum filium nostrum R. Sanctae Mariae in Cosmedin Diaconum Cardinalem praefecimus in Rectorem. Qui omnia, quæ in iis ad Romanam Ecclesiam pertinent, obtinens pacifice ac

A quiete, cuncta pro voluntate sua disposuit & disponit, juramentis fidelitatis ab hominibus Ducatus & Comitatum sine difficultate receptis.

B Ad hæc quum quidam Theoticus Marefcalcus Castrum Precense detinisset diutius occupatum, nos missis illuc Nuntiis nostris, amoto exinde Marefcalco praedicto recuperavimus Castrum ipsum, universis habitatoribus ejus dilecto filio S. Camerario nostro ad hoc à nostro latere destinato, & ab eis honorifice & devote recepto nomine nostro fidelitatis exhibentibus juramenta. Unde nos tam idem Castrum, quam Radicosanum & Aquampendentem dilecto filio Muscae, Potestati Viterbensi fidei nostre commisimus, quamdiu nobis placuerit, gubernanda. Praeterea quum carissimus in Christo filius noster Fridericus Romanorum Imperator, tunc Rex, veniens suscepturus de manibus nostris Imperii diademata, venerabilem fratrem nostrum Metensem Episcopum, Imperialis Aulae Cancellarium, in Italiam praemisisset, misimus ad eum dilectum filium Raynaldum Monaldi Subdiaconum & Capellanum nostrum, ut ei vice nostra Comitatum Comitissae Mathildis libere resignaret, sicut à Rege ipso fuerat sibi jussum. Et licet Cancellarius ipse petitionem ejusdem Subdiaconi usque ad adventum Regis circa partes Bononiae distulisset, tandem tamen idem Rex tam de Castro Gonzagae, quam de aliis Castris, scilicet Pepugno, Bondeno Veteri, & Bondeno Novo, nec non de toto Comitatu & Podere ac Terris Comitissae praedictae, Magistrum Alatinum, Subdiaconum & Capellanum nostrum, qui erat cum eo, & eundem Raynaldum Ecclesiae Romanae nomine investivit, & eos constituit possessores, mandans ipsos per venerabilem fratrem nostrum Episcopum Taurinensem, Vicarium suum, in corporalem possessionem induci; & pra-

& praecipiens tam omnibus Militibus
 & habitatoribus Castrorum ipsorum quam
 aliis Vassallis de ipso Comitatu seu Ter-
 ris & Poderis, ut omnes ab omni ju-
 ramento, quo ipsi tenebantur ratione Ter-
 rarum ipsarum, penitus absoluti, eisdem
 Capellanis vel eorum alteri, seu cuilibet
 alii ab Ecclesia Romana missio, fidelita-
 tis iuramenta praestarent, & abjurarent
 ab iis contraria iuramenta. Quod si non
 facerent, scirent se ex tunc omnibus bo-
 nis Comitatus sive Poderis seu Terra-
 rum ab ipsis possessis Regia sententia
 perpetuo esse privatos. Praeterea injun-
 xit firmiter & mandavit Potestatibus,
 Consulibus & Rectoribus Civitatum,
 sub poena mille Marcarum, ut omnes
 possessiones Comitatus praedicti detentas
 ab ipsis, sine difficultate ac molestia
 qualibet restituerent, & absolverent om-
 nes de Comitatu & Terris praedictis ab
 omni iuramento, districtu, & obligatio-
 nibus, quibus ratione alicujus jurisdic-
 tionis, quam in eis hactenus exercue-
 rant, tenerentur eisdem. Et removerent
 Consules & Rectores, Bajulos, & si
 quos Officiales ipsis praefecerant: & ex-
 traherent quoscumque posuerant de Ter-
 ris ipsis de cetero memoratis Capellanis
 vel eorum alteri, seu cuilibet alii a Se-
 de Apostolica destinato ad retinendam
 possessionem, quam habent, & recupe-
 randam quam non habent, praestarent
 consilium, auxilium & favorem. Et sic
 factum est, quod multi Barones, Mili-
 tes, & alii Terrarum ipsarum eisdem
 Capellanis nomine nostro fidelitatis ju-
 ramenta praestantes, recognoverunt, se
 omnia, quae de Comitatu praedicto te-
 nebant, pro Romana Ecclesia possidere.

Verum quia Nobiles viri filii Comi-
 tum Alberti & Neresii, qui Castrum
 Gonzagae cum pertinentiis suis detine-
 bant invasum, praedictus Cancellarius
 eis sub poena mille Marcarum injunxit,
 ut Castrum ipsum sine difficultate qua-

A libet resignarent: quia id efficere venue-
 runt, nec voluerunt in Regis praesentia
 comparere, idem Rex de consilio suorum
 Principum Bannum ipsius Cancellarii
 confirmavit, & personas eorum sub per-
 petuo Imperii banno ponens, bona ipso-
 rum, ubicumque inventa forent, confi-
 scari praecipit, nisi usque ad diem Do-
 minicum proxime tunc venturum resigna-
 rent in manibus Capellanorum ipsorum,
 vel eorum alterius Castrum ipsum. Prae-
 cepit quoque Cremonensibus, Parmensibus,
 Reginis, Mutinensibus, Bononiensibus,
 & generaliter universis fidelibus suis,
 ut praedictis Nobilibus, adiutoribus &
 fautoribus, vel aliis detentoribus Castri
 praedicti facerent vicinam guerram. Inhi-
 buit etiam Mantuanis, Veronensibus, Fer-
 rariensibus, Brixiensibus, & aliis fide-
 libus suis sub obtentu fidelitatis & cer-
 ta poena, ne ipsis impenderent consilium,
 auxilium vel favorem, sicut in literis
 Regio sigillo munitis prospeximus plenius
 contineri. Et quia Castrum Bondeni Ve-
 teris dirutum erat, nuper reaedificatum
 est, & ab Ecclesiae Romanae fidelibus
 pacifice habitatur. Dilectus quoque fi-
 lius Albertus Comes Pratenfis, fidelita-
 tis nobis praestito iuramento, Terram
 Vallesi, Roccam Gonsenti, Monticellum,
 Arigazzam, Bargam, Pidierlam, Ca-
 sale, Roccam de Vico, Castreolum, Li-
 mognum, Graecum, Mugonum, Pillia-
 num, Monticellum, Fossatum, Torrem,
 Batum, & Savignanum cum pertinentiis
 suis recepit a nobis in feudum, unum
 D Asturem & duos Brucos pro eisdem
 Castris Ecclesiae Romanae annis singu-
 lis redditurus, quos etiam nobis pro u-
 no anno persolvit. Praeterea licet Mar-
 chiam Anconitanam ad manus suas Ec-
 clesia Romana pro majori parte teneret,
 nihilominus tamen praedictus Imperator
 eam nobis omnino quietans, & refuta-
 tionem faciens, prout in ipsius Literis
 plenius continetur, praecipit omnibus de

Marchia, ut nobis tamquam Domino suo de cetero plenarie responderent. Quumque nos postmodum dilecto filio Nobili viro Azoni Marchioni Estensi eam in feudum duxerimus concedendam, praesente Imperatore investientes eundem de ipsa Marchia per Vexillum, nos praenominatum Pandulphum Subdiaconum & Notarium nostrum, & Imperatoris, venerabilem fratrem nostrum..... Patriarcham Aquilejensem illuc curavimus destinare, ut eum in possessione Marchiae inducentes, ei faceret de omnibus rationibus suis integre responderi. Civitate tamen Anconitanâ, quamdiu nobis placuerit, in nostris manibus reservatâ, & universo Patrimonio beati Petri à Ponte Ceperani usque Radicosanum possesso & disposito pacifice ac quiete pro nostrae beneplacito voluntatis.

Datum Laterani, XII. Kalendas Martii, Pontificatus nostri Anno Quinto.

Hiscè Literis significare vult Honorius Pontifex, magnam partem Comitatus Comitissae Mathildis antea à variis personis occupatam, demum Apostolicae Sedi restitutam fuisse. Primo recenset totum Ducatum Spoletanum, & in fine Marchiam Anconitanam quam postmodum, ait, dilecto filio Nobili viro Azoni Marchioni Estensi in Feudum duximus concedendam, praesente Imperatore, investientes eundem de ipsa Marchia per Vexillum. De huiusmodi Investitura Marchiae Anconitanae Estensibus Principibus data infra sermo recurret in sequenti Dissert. VI. de Marchionibus. Reliqua Chartae hujus verba respiciunt hereditatem ditionum Comitissae Mathildis in aliis locis; ac propterea intelligimus, ejus dominationi olim subjunctum fuisse Ducatum Spoleti, & Marchiam Anconae. His adde, quae in Dissertatione Chorographica medii aevi Tomo X. Rer. Italicar. animad-

vertit Clariss. Berettus. Verum hætenus commemoratis Ducatibus praestitit amplitudine ac nobilitate Ducatus Beneventi, cui non una suberat Provincia, ac peculiare aliquae praerogativae contributae fuerant. Exploratum sane est, non secus ac Forojulienfes atque Spoletani, Regibus Langobardis paruisse Duces Beneventanos. Verum hi longe majori praeceteris auctoritate pollebant, qualem finitima ac opposita perpetuo Orientalium Imperatorum potentia exigebat. Francis verò Regibus Italiâ positis, elatiores etiam animos induerunt iidem Duces Beneventi. Arichis, sive Arigisus Dux, quantum vires tulerunt, Carolo Magno obnixus, impetratis tandem conditionibus levissimae servitutis, vix eum Dominum agnovit. Grimoaldus autem ejus filius, disruptis brevi pactis, & Monarchiâ arreptâ, variam belli fortem contra Francorum gentem sustinuit. Supremae deinde Francorum ac Germanicorum Caesarum ditioni se quidem subdiderunt ejus Successores, sed sublimi Principatus jure sibi servato. Quare non injuriâ scripsit Camillus Peregrinus in Opuscul. de Finib. Ducat. Benevent. *Videri, Francorum Reges, & qui post illos Italiae Regnum obtinuerunt, ipsumque Carolum, strictiori quodam jure Spoletanum Ducatum obnoxium habuisse prae Beneventano, qui memoratis Regibus vectigalis tantum fuit.* Utique Eginhardus in Vita Caroli Magni tradens, quam longe dilatatum fuerit ejus imperium, inter debellatas subjectasque Provincias Beneventanam quoque recenset. Ipse etiam Carolus in quodam Edicto apud Baluzium Tomo I. pag. 985. Capitular. non minus Francos quam Beneventanos eadem Lege constringit. Et quum Anno DCCCLI. Ducatum inter se partiti

titi fuerint Radelchis & Siconulphus, satis aperte iidem professi sunt, se Lodovicum II. Augustum revereri uti supremum Dominum suum. Idem ostendunt acta Ottonis Magni Imperatoris. Nihilo tamen secius, si supremam potestatem excipias, quam in Augustis Occidentalibus agnovere Duces Beneventani, propter quam eorum *homines*, hoc est *Vassi* fuerunt, & praeter aliquod tributum ab ipsis Ducibus persolvendum, quod Anno DCCCXIV. ascendit ad *septem Solidorum millia*, ac deinde penitus sublatum est: reliquum potestatis & auctoritatis fuit penes ipsos Duces non absmiles aliquot Italicis Principibus nostrorum temporum, qui jura suprema exercent, ac veluti Reges imperant, quamquam Romano Imperio & Augustis, praesito fidelitatis sacramento, obnoxii. Arichis, quem supra nominavi, ipsius Caroli Magni temporibus, abjecto Ducis titulo, quod dum stetit Langobardorum Regnum, ejus Praecessores fuerant usi, titulum *Principis* assumpsit, significaturus, ut puto, se ipsum veluti Regem regionis illius. Nunc etiam inter Neapolitanos Proceres pluris aestimatur *Principis* quam *Ducis* appellatio, quum tamen aliis in locis diversa opinio jamdiu invaluerit. Itaque Arichis se sacrandum, sive inungendum Episcopis obtulit, & Coronam est usus, & in reliquis agere Principem supremum coepit. Audi Erchempertum, Leone Ostiensi teste in Chronic. Casinens. Lib. 1. Cap. 9. ita loquentem: *Hic Arichis primus Beneventi Principem se appellari jussit, quum usque ad illum, qui Benevento praesuerant, Duces appellarentur. Nam & ab Episcopis ungi se fecit, & Coronam sibi imposuit, atque in suis Chartis, Scriptum, in sacratissimo nostro Palatio, in*

A *finem scribi praecepit.* Immo quum defecissent Reges ex Langobardorum gente, Beneventani Duces, quasi eorum successores aut heredes (quandoquidem tantâ auctoritate & potentia Populis ejusdem Nationis adhuc praeerant) suis Titulis alterum quoque addiderunt, se inscribentes *Gentis Langobardorum Principes*, uti multa eorum Diplomata apud Peregrinum & Ughellium, atque in hoc Opere fidem faciunt. Et quamquam Grimoaldus Arichisi filius Carolo M. sese subdidit, eodem Erchemperto teste, conditionibus nonnullis sese obstringens, brevi tamen suam Autocratiam recepit. Mabillonius in additam. ad Supplementum de Re Diplomatica ex Archivo Casinensi profert Notas Chronologicas Diplomatis Grimoaldi Principis, quod datum dicitur: *Quinto Anno, Mense Augusto, Tertiz Indictione*, ad eundem Grimoaldum Primura referens, *serè quod Grimoaldus non statim à morte Parris Ducatum inierit.* Sed minime animadvertit vir magnus, illic agi de *Grimoaldo II. Stovesair*, qui alteri successit Anno Chr. 806. Anno autem 810. decurrebat ejus *Annus V. & Indictio Tertia.*

D Jam monui, ideo ab Augustis Occidentalibus mitius actum cum *Ducibus* sive *Principibus Beneventi*, uberioraque relictam dominationis mensuram tum iis, tum *Principibus Salerni, & Comitibus Capuae*, aliisque, antiquum Ducatum Beneventanum inter se partitis, ne se Orientis Imperatoribus, qui finitimis in Urbibus regnabant, adjungerent, si quando durius haberentur ab Occidentalibus Augustis. Et revera non semel accidit, ut sive armorum vi adacti, sive spe majoris fortunæ illecti Principes ii Graecis adhaeserint. In Chronico Sancti Vincentii ad Vulturnum pag. 417.

Part. II. Tomi I. Rer. Italicarum habetur Diploma concessum à *Lan- dulpho & Atenulpho Beneventi Principibus* Godelperto ejusdem Coenobii Abbati Anno Christi DCCCCXVI. Tituli, quibus illi utuntur, nempe *Anthypani & Patricii*, duas ex potioribus Dignitatibus indicant, quas olim conferret Orientalium Augustorum Aula; satisque significant, hosce Principes tunc sub suprema Graecorum ditone fuisse. Iisdem institit femitis *Guaimarius I. Salerni Princeps*, ad quem dimidium Beneventani Ducatus spectabat ex divisione Anno DCCCLI. facta inter Siconulphum & Radelchim, cujus Acta leguntur apud Peregrinium in Histor. Princip. Langobardor. & mentio quoque habetur in Diplomate, quod nunc proferam. Donat in eo Guaimarius Ecclesiae Sancti Maximi, intra Civitatem Salernitanam fundatae à Guaiserio Principe genitore suo, Servum, cui nomen Lupus, una cum Uxore, Filiis & Filiabus, Nepotibus & Neptibus illius, & cunctis eorum rebus

A mobilibus & immobilibus. Dignus est, qui attente consideretur ejusmodi mos, nunc inter Christianos pene desuetus. Quo tempore Saraceni classe validâ (appellatur haec *storus*, sive *stolus*, unde postea Italica vox *Stuolo*) impetum fecere in Salernum, Lupus ille cum Barbaris iis, patriae suae & Christiani nominis hostibus, factionem inivit: quare tanquam proditor postremo supplicio plestendus erat. Verùm bene illi res cessit: nam intercedentibus, ut reor, Religiosis viris, in servitutem commutata est illius poena. Et quoniam is deinde uxorem duxit, ex qua filii ac nepotes sunt procreati, hinc factum est, ut universa ejus Familia, ne exceptâ quidem Coniuge, servilem conditionem Patris contraxerit secundum Legem VI. Liutprandi Regis Lib. IV. pag. 56. Part. II. Tomi I. Rer. Italicar. & Legem LXXII. Lotharii Augusti pag. 146. En ipsùm Diploma, quod ex archetypo existente in Archivo celebris Coenobii Cavenfis descriptum fuit.

Donatio Lupi Servi, atque integrae ejus Familiae, facta Ecclesiae Salernitanae Sancti Maximi à Guaimario I. Salernitano Principe, Anno Chr. 899.

IN nomine Domini Dei Salvatoris Jesu Christi. Declaro ego Guaimarius Princeps & Imperialis Patritius, quia concessum est mihi à sanctissimis & piissimis Imperatoribus Leone & Alexandro per verbum & firmissimum Preceptum Bullâ aureâ sigillatam, integram Sortem Benebentane Provincie, sicut divisum est inter Sichenolfum & Radelchisum Principem, ut licere me exinde facere omnia, quol voluero, sicut antecessores mei omnes Principes fecerunt. Proinde concessimus in Ecclesias beatissimi Maximi

D pro nostre salutis anime, quam Dominus Guaisferius Princeps pater meus à nobo fundamine construxit intus hanc nobam Civitatem Salernitanam, hunc Servum sacri nostri Palatii, Lupus filius Ragimperti, cum uxore sua, & filiis, filiabus, nuris, & nepotibus suis, cum omnibus rebus substantia illorum movile atque immovile, & cum omnibus illorum pertinentiis, pro quo ipse Lupus cum Sarracenis ambulavit, & pactuotes fuit, quando ipse storus super hanc predictam Civitatem resedit. Et proinde su-

E

pradi-

prædictus Lupus concessimus in prædicta sancta Ecclesia cum uxore sua, & filiis, filiabus, nuris, & nepotibus suis, sicut supra dictum est, pro eo quod postquam nobis culpatus fuit, postea autem ipsa ejusdem mulier super annum spatium ipsum Lupum habuit virum, & ipsis filiis, filiabus, & nepotibus suis postea genuerunt, & juxta legem ad sacrum nostrum Palatium perbenerunt potestatem. Cum omnibus rebus, substantiis suis, movile atque immovile, cum omnibus suis pertinentiis in supradicta sancta Ecclesia concessimus securiter abendum. Et constituimus, ut nullus Basilico, nec Stratigo, nec Protospatarius, aut Spatarius, Candidatus, aut Spatarius, aut Gastaldus, aut Sculdais, aut qualiscumque alius Serbus sanctorum Imperatorum habeant potestatem in illos, vel in eorum rebus quaecumque angariam vel dationem exigendum, sed ipsa jam dicta sancta Ecclesia omni tempore securiter illos possideat, sicut illorum sanctum verbum continet, quem nobis concessimus, ut omnes homines nostri liceret suos dominare Serbos cum omnibus rebus, substantiis suis vel actionibus, ut omnes residerent subtus sicum suam habesque omni contradictione sancti Imperii nostri. Iterum volumus, ut si Rector supraascripte Ecclesie illos vel illorum rebus subtrahere voluerit de potestate jam dictæ Ecclesie, revertantur in potestatem de hereditibus nostris, sicut per illorum supraascripte potestatis nobis concessum est, & ab illo tempore, quo ipse Lupus partuotes fuit, & ad potestatem nostri Palatii perbenit, cum omnibus rebus substantie, illorum, & usque modo cum omni illorum pertinentia sic in integrum in præfata sancta Ecclesia concessimus, sicut supra dictum est ad securiter abendum.

Quod vero Præceptum concessionis ex jussione supraascripte Potestatis scripsit Ego Ursus Notarius.

Actum Salerni de Anno Vigesimo tertio, & de Anno septimo Principatus Domini Guaimarii Principis filio meus, de mense Augustus, Secunda Indictione.



adeft Sigillum cereum cum effigie & literis
DNVS WAIMARIVS.

Uti quisque videt, profitetur heic Guaimarius, se suam auctoritatem agnoscere ab Orientalibus Augustis: concessum est mihi à sanctissimis & piissimis Imperatoribus Leone & Alexandro; ideoque is inscribitur Imperialis Patritius. Simul tamen significat ipse, quanta foret suae auctoritatis amplitudo, eamque paene supremam fuisse, in haec verba loquens; ut licere me exinde facere omnia, quod voluero, sicut antecessores mei omnes Principes fecerunt: quae mire produnt singulares olim praerogativas Principum Beneventi atque Salerni. Perrexerunt postea praestantissimae istae Langobardici sanguinis reliquiae per varias vias, variasque ditionum suarum sectiones in iis regionibus dominari, donec celeberrimo Nortmannorum Principi Roberto Guiscardo, ejusque fortissimis fratribus, ac nepoti contigit post Annum Christi ML. dejectis antiquis dominis, simulque Saracenis & Graecis, Apuliâ & Calabriâ totâ potiri, immo & universâ Siciliâ, & fundamenta statuere Regni, quod ambarum Siciliarum subinde appellatum est, nunc divisum in Regna Neapolis atque Siciliae. Ceterum dum supra laudati Principes viguerunt, Principatus sui Annos, Regum more in suis Diplomatis numerabant. Palatii, immo & sacri Palatii, & Camerae nomina

mina adhibebant; quod tamen & à Spoletii Ducibus aliquandiu factum videbimus. Ipsi Italiae Reges, quum Leges promulgabant, aut Privilegia largiebantur, *Tusciae* quidem, *Spoletii*, *Fori Julii*, sive *Austriae*, *Italiae* &c. mentionem facere consueverunt; sed fere semper à Benevento ac Salerno commemorando abstinebant: quod ii Principatus supremo veluti imperio fruentes pars quidem Italici Regni forent, sed alio sidere regerentur. Et sane in aliis quidem Italiae Ducatibus & Marchiis Duces & Marchiones constituebantur à Regibus aut

A Imperatoribus; & si quando filius in iis succedebat patri, non id factum nisi consensu & facultate praevia Augustorum aut Regum. At in Principatibus Beneventano & Salernitano, ac postea Capuano electione tantum, aut consensu Populi constituebantur Principes, atque ii ex hereditate successores habebant filios. Quod de *Annis Principatus*, & de *sacro Palatio* dixi, confirmatum eo nonnullis pergamenis, quae in Tabulario praelaudati insignis Monasterii Cavensis in Salernitano agro siti adservantur.

Gisulfi I. Salernitani Principis Diploma, per quod Johanni
Abbati Monasterii Salernitani complures terras
largitur Anno Chr. 950.

IN nomine Domini Dei Salvatoris nostri Jesu Christi. Concessimus nos vir gloriosissimus Gisulfus, aivina providentia Longobardorum gentis Princeps pro amore omnipotentis Dei, & pro salute anime nostrae, tibi Joanni Abbati, patri nostro, & in tuo Monasterio, quod a novo fundamento inus hanc Civitatem Salernitanam fundasti, terras pertinentes sacri nostri Palatii; quae est Iscla, ubi Duo-Flumina dicitur, Actu Lucaniano, in qua Ecclesia Sancte Genitricis Dei Mariae sita est; cum suis terris, silvis, aquis, & aquarum usibus per circuitum ipsius Ecclesiae, idest ex omnibus partibus milliaria quatuor, cum finibus & viis, & cum omnibus infra se habentibus, in ea ratione, ut amodo

C & deinceps per hoc nostrum roborem Preceptum ea, quae perlegitur, tu nominatus Joannes Abbas, tuisque successoribus, & pars vestri Monasterii, securo nomine habere & possidere valeatis, & omnia ex eodem faciatis quod volueritis, & à nullo ex nostris Judicibus, Comitibus, Castaldeis, vel à quibuscumque agentibus habeatis exinde aliquam requisitionem, sed perpetuis temporibus securiter & firmiter eos habeatis.

Quod verò preceptum concessionis ex jussione suprascriptae Potestatis scripsi ego Petrus Notarius.

Actum Salerno Palatio, de Anno XVIII. mense November, IX. Indictione.

Guaimarii fortasse Tertii Principis Salernitani donatio
facta Lucae Abbati

Anno 1005.

IN nomine Domini Dei Salvatoris nostri Jesu Christi. Nos Guaimarius divina opitulante clementia Langobardorum gentis Princeps, pro amore omnipotentis Dei, salutisque anime, ac patrie nostrae salvationis, quam & per postulationem Purpure Principisse dilectae conjugis nostrae, concedimus tibi Lucae Abbati Monasterium Sanctae Barbare, quod dedicatum est in pertinentia de Nove, finibus Salernitanis, cum omnibus rebus pertinentibus ipsius Monasterii, & cum Molino, quod edificatum est in fluvio de ipsa Bruca, & cum ipso Castaneto, quod est in pede de Monte, qui vocatur Tevorio, & cum ipsa Cesina, que est ultra ipsum fluvium, quam roncane fecit Cosina Abbas antecessor vester. Ideo ut diximus, inclitum ipsum Monasterium cum omnibus terris & vineis seu silvis, & jam dicto Castaneto & praedicto Molino vobis concessimus, cum omnibus infra se habentibus, omnibusque suis pertinentiis, & cum vice de viis suis, securiter vos vite vestre illud habendum, dominandum, possidendum, & omnia de ipso frudio sciendum, que volueritis. Et à nostris Judicibus, Comitibus, Castaldeis, vel à quibuscumque agentibus nullam exinde patiamini molestationem, sed amodo & omnibus die-

A bus vite vestre per hoc nostrum roborem preceptum predictum Monasterium cum omnibus suprascriptis, & cum omni sua pertinentia securo nomine habere & possidere valeatis in jam dicta ratione.

B Quod vero Preceptum concessionis ex jussione supradictae Potestatis scripsi ego Romoaldus in sacro Palatio, in Anno XVII. Principatus supradicti Domini Guaimarii gloriosi Principis, de mense Julio, Indictione III.

C Ad eundem Guaimarium spectat & subsequens Diploma; nam utrobique commemoratur Purpura Principissa dilecta ejus conjux. Sed exploratum mihi minime est, num heic de Guaimario III. Principe Salernitano sit sermo, an de ejus filio Guaimario IV. Neque enim viam inire potui tribuendi haec Primo aut Secundo Guaimario. Utique Tertio conjux fuit Gaitelgrima; sed & is ante illam alteram duxisse potuit, scilicet Purpuram. Quod si Diplomata haec referenda sunt ad Guaimarium IV. videndum superest, cur nulla Johannis ejus filii confortis in Principatu mentio fiat. Hujus uxor fuit Gemma Principissa, ut infra ostendam. Haec tenebras aliis dissipandas relinquo. Interim alterum Diploma exero.

Guaimarii fortasse Tertii Principis Salernitani Diploma, per quod
Cennamo Episcopo Montis Aurei multa donat,
Anno 1010.

IN nomine Dei & Salvatoris nostri
Jesu Christi. Nos Guaimarius, di-
vinâ opitulante clementiâ Langobardo-
rum gentis Princeps, pro amore omni-
potentis Dei, salutisque anime, & Pa-
trie nostre salvationis, quàm & postu-
lationem & obsecrationem Purpure Prin-
cipisse dilectæ conjugis nostre, concede-
mus & confirmamus in Ecclesia Venti
Michaelis Arcangeli sita in Monte, qui
dicitur Aurco, à super flubio Tusciano,
in quo vir venerabilis Dominus Cenna-
mus Episcopus preesse videtur, pertin-
tie sacri nostri Palatii de Dolecaria....
flubio Siler, ubi proprie nomen Pirvitel-
lo, dicimus, qui sunt.... ipsis vacue,
& silbis uno teniente per hoc finis de
pede.... Cripte, qui est super bia Car-
raria, in ora de campu, qui dicitur de
Calore, & ab ipsa Cripta rectum de-
scendente in ipsa bia, & prevaricante
ipsa bia, & rectum pergente in Pullo
Minore, & traberfante ipso Pullo, &
rectum pergente in alio Pullo Majore,
& per ipso Pullo saliente usque bia, qui
pergit ad Labandovia Sancti Laurentii;
& traberfante ipsa via, & saliente per
Aquario, rectum pergente in ribi Dono-
collo, & per ipso ribi ascendente usque
bia, qui pergit ad Altim, & per ipsa
bia pergentibus in partibus Septentrionis
usque Ballone, qui descendit erga campu,
qui dicitur de Erverusse, & per ipso
ballone descendente & conjungente se in
orto de campo, qui dicitur de Calore,
& per ipso orto descendente in ipsa
Cripta, qui est priore fine. Hac ve-

A tibus, omnibusque suis pertinentiis, &
cum bice de bis suis. Seu & concedi-
mus in jam dictam sanctam Sedem, ut
liceat pars ipsius Ecclesie, ejusque Re-
ctores in ipso flubio Siler da ipsa parte
in supra usque in.... de ipsa alimentæ
qualiter intrare, in ipso Siler jam di-
cto flubio clusamina facere & habere,
qualiter voluerint & ubi voluerint in
B ripis ejusdem fluminis à resina, & ex
imo facere & habere tum in ista parte
ipso flubio, quàm & in illa, & lin-
tre ibidem habere; & cum ipso lintre
liceat pars ipsius Episcopii homines &
animales, omnesque illorum utilitatibus
per ipso flubio portare in illa parte,
& reducere ad ista parte, qualiter
pars ipsius Ecclesie voluerit. Has om-
C nes supradictas res concessionis, ut supe-
rius dictum est, pars ipsius Episcopii,
ejusque Rectores amodo & semper secu-
riter habendum, dominandum, possiden-
dum, & omnia exinde faciendum, que
voluerint. Et à nostris Judicibus, Co-
mitibus, Castaldeis, vel à quibuscun-
que agentibus nulla inde pars ipsius E-
piscopii, ejusque Rectores patiantur mo-
D lestationes; sed amodo & deinceps per
hoc nostrum roborem Preceptum cunctari
nostram concessionem pars ipsius Episco-
pii, ejusque Rectores, seu vestro nomi-
ne habere & possidere valeat in juri
dicta discretionem.

Quod vero Preceptum concessionis ex
jussione supradicte Potestatis scripsi ego
Romaldus in Sagro Palatio, in An-
E no XXII. Principatus supradicti Domi-
ni Guaimarii gloriosus Principis, de men-
se Julius, Indictione Octava.

Ac proinde ab iis Principibus Episcopi & Abbates bona Ecclesiarum suarum novo Diplomate confirmanda curabant: quod Reges & Augusti in

reliqua Italia facere consueverunt. Exemplum habe in Diplomate eorundem Principum, quos nuper commemorabam.

Guaimarii III. ejusque filii Guaimarii IV. Diploma, per quod Amato II. Archiepiscopo Salernitano, ejusque Ecclesiae omnia jura confirmant, Anno 1023.

IN nomine Domini & Salvatoris nostri Jesu Christi, nos Guaimarius & Guaimarius, divina opitulante clementia Longobardorum gentis Principes, concessimus & confirmamus in Ecclesia sancte Dei genitricis ac Virginis Marie, ac beati Matthei Apostoli & Evangeliste, in qua Dominus Amatus venerabilis Episcopus regimen tenere viderur, pro amore omnipotentis Dei, & salutis anime nostre, seu & nostre patrie salvatione, per postulationem predicti Domini Presulis, & obsecratione Gaitelgrime Principisse dilecte conjugis nostre: omnes res Mortuorum ex nostri Palatii, que infra vel extra terras presati vestri Archiepiscopii sunt vel fuerunt pertinentes. Seu & concedimus in predictam sanctam Sedem omnes plateas, anditos, qui ubique intus hanc Civitatem cum presis & juris & casis vestri Archiepiscopii conjuncte sunt aut fuerunt, ut licentiam habeant pars vestri Archiepiscopii in ipsis plateis & andetis scalas ibidem ponere seu fabricare justa ratione, & desuper plateis & andito munimina & edificia seu piles & arcora facere, qualiter volueritis sic in altum, ut onerosa plaustrum obit in predicta ratione exinde incredere & recredere possint subtus ipsa edificia. Damus & concedimus in predictam sanctam Sedem omnem alvearium fluvium, qui ubicumque cum rebus predicti Archiepiscopii conjuncte sunt vel fuerint, ut licentiam habeant pars ipsius Ar-

Bchiepiscopii ponere palitiones in ipsis alveis facere, quam & in ripis, & aqua exinde levare & portare & dare vel voluerint, & Molina ibi edificare, qualiter vobis placuerit, donamus & concedimus, que ubique conjuncte fuerint ad ipsis fluminibus. Iterum & concedimus in presatam sanctam Sedem omnem angariam, & omnem servitium, & omnem censum vel dationem, & omnia & in omnibus quantum quantoque omnesque liberis omnibus, qui ubicumque jam dicti Archiepiscopii rebus sunt aut fuerint habentes, ut omnem servitium, & omnem censum aut angariam dare aut facere debuerint ad pars nostre Reipublice, semper dent & faciant illud in predictam sanctam Sedem. Quam & omnes res presati vestri Archiepiscopii, que nunc modo habetis, vel in antea residentes fuerint in vestris evedibus, pars vestri Archiepiscopii illis dominant, atque judicet, quomodo vobis placuerit. Quam & omnes Presbiteri & Diacones vel Subdiacones vel Clerici tam de intus ac Civitate, seu a foras de quantum quantoque vestra Diocesim pertinent, vos & vestris successoribus illos judicatis vel distringatis, eo tenore decernentes, qualiter sancti Canones docent. Quam & concedimus in predictam sanctam sedem, ut si aliquando tempore qualisque causationis habuerint, unde pars predicti Archiepiscopii juramento debuerint persolvere, non aliis personis eas persolvant, nisi Scaviones vestri Archiepiscopii,

pii, quomodo ex antiquitus consuetudo fuit. Et si qualiscunque homo servus vel angilla jam dicti Archiepiscopii battiderit ad esse componat, sicut ad liberi homines & ad liberarum feminas. Quam & concedimus in predictam sanctam Sedem riti & Censiles ipsius Archiepiscopii, tam masculi quam femine ibidem deserviant, sicut ex antiquitus deservierunt, & Censura persolverunt. Et nec illas vel illis, vel illas vel illarum eredes de rebus stabile nec vendere vel donare vel campiare possint sine iussione predicti Domni Archiepiscopi vel ejus successores. Seu concedimus & confirmamus in ipsam sanctam Sedem omnes concessionem, que ubique singulis vel Imperatoribus, Regibus, Ducibus, seu Principibusque concessa vel confirmata tam per Preceptum, quam & per Breve sigillatum, vel Cartarum munimina esse videntur; hac videlicet ratione, ut amodo & omni tempore pars predicti vestri Archiepiscopii, ejusque Rectores ipsas concessionem vel confirmationem omnes, quas diximus, habendi,

A possidendi, dominandi, & omnia exinde faciendi, quae & qualiter volueritis; & à nostris Judicibus, Comitibus, Castaldis, vel à quibuscunque agentibus pars prefati vestri Archiepiscopii, ejusque Rectores, per hoc nostrum roboreum Preceptum cunctas, quas diximus, securo nomine eas habeatis & possideatis, & queque volueritis, exinde faciatis absque omnibus publicis requisitionibus.

B Quod verum Preceptum concessionem ex iussionibus supradictorum Potestatum scripsit ego Aupfus Diaconus Salernitano Palatio, in Anno XXXV. Principatus supradicti Domni Guaimarii Principis, & V. Anno Principatus Domni Guaimarii ejus filio, Principibus, de mense Mayo, VI. Indictione.

C Vidisti Gaitelgrimam Guaimarii III. uxorem. Prodere nunc juvat uxorem Guaimarii IV. nempe Gemmam antea mihi memoratam: illius enim mentio est in altero Diplomate Monasterii Cavenis, ubi & videas mentionem Corporis Sancti Matthaei Salernum translati.

Guaimarii IV. Principis Salernitani Diploma, per quod Amato II. Salernitano Archiepiscopo, ejusque Ecclesiae, omnia jura ac bona confirmat, Anno 1032.

I N nomine Dei eterni & Salvatoris nostri Jesu Christi. Waimarius divina protegente clementia Longobardorum gentis Princeps, concedimus & confirmamus per hoc nostrum roboreum Preceptum, annuloque nostro signatum, in Ecclesia beate Dei genitricis & Virginis Marie sancte Salernitane Sedis, in qua Dominus Amatus Secundus venerabilis Archiepiscopus preest, & in Ecclesia beati Apostoli & Evangeliste Matthei, cujus Corpus veracissime obtinere credimus, pro nostro remedio anime, per obsecrationem Gemme Principisse dilecte con-

D jugis, omnia, que antiquitus in eadem sancta Ecclesia concessa sunt, & oblata fuerunt, & omnia, que tempore ipsius prefati Domni Amati venerabilis Archiepiscopi in ipsa sancta Ecclesia possidere ac dominare videntur. Insuper concedimus, ut omnia, que ipse predictus Dominus Amatus venerabilis Archiepiscopus ad sui potestatem & manus, & cuncta, que in suo cellario vel orreo congregari solent, neque per Preceptum, neque per violentiam de illius potestate & dominio minuentur. Quicumque autem post hoc nostrum roboreum Preceptum ex omnibus, que

que superius concessimus, quicquam minuerere voluerit, vel attemptare presumpserit, à predicto Domino Archiepiscopo excommunicetur, & in modum maledictionis mittatur danabilis, & ante conspectum Domini & ejus Genitricis inveniat, & perpetui anathematis vinculo insolubiliter religetur, quemadmodum Datan & Abiron, precepti Domini transgressores; vicum eum terra deglutiat, & exemplum sit cunctis, qui res sancte Ecclesie invadere nituntur. Non sit particeps perpetui Regni, & partem habeat cum Juda traditore. Instinguibilis crucietur flammis eternis. Non adipisci me-

A reatur vitam eternam, sed penas justineat sempiternas.

Et ut hec nostra supradicta concessio stabilis ac firma in eternum permaneat, Arupaldum Abbatem Scribam nostri Sagri Palatii scribere, annuloque nostro eam insigniri precepimus, de Mense Maggio, concurrente Indictione XV. Anno vero initiante nostri Principis Quarto....

B Eadem ratione Alfano I. Archiepiscopus Salernitanus cunctis suae Ecclesiae bonis Privilegium Gisulfi II. Principis acquisivit, ut è subsequenti Praecepto constabit.

Gisulfi II. Praeceptum, per quod Alfano I. Salernitano Archiepiscopo, ejusque Ecclesiae jura omnia ac bona confirmat, Anno 1058.

I N nomine sancte & individue Trinitatis. Gisulfus divina favente clementia Longobardorum gentis Princeps. Nos ab omnium Conditor dignas mercedes credimus accepturi, si sanctis ac venerabilibus locis curam & sollicitudinem impenderit; & quod ab eorum cultoribus postulati fuerimus in eisdem sanctis Locis, pro ut possumus, adimplemus. Idcirco amore & timore ipsius Conditoris ac nostri Redemptoris compulsus, qui pro salute nostra mortem sumere, & patriculum Crucis subire non dedignatus est, ut nos à morte liberaret, & perpetuam vitam tribueret, & pro salute hujus nostrae Salernitane Patrie, & per interventum tuum, o Domne Archiepiscope Alfane reverendissime ipsius Salernitani Archiepiscopatus spiritualis pater noster, & per postulationem Domine Gemme Principisse carissime genitricis nostrae, confirmamus in ipso Archiepiscopio integram Ecclesiam Sancti Martiris Viti, que constructa est intra hanc Civitatem secus plateam, que pergit ad portam, que Elinus dicitur, & in ipsa

C platea mercimonium conficitur: & omnes terras & casas ipsi Ecclesie pertinentes intra hanc Civitatem; & omnes res stabiles ipsi Ecclesie pertinentes foris hac Civitate, cum omnibus, que intra ipsas Ecclesiam & terras & casas & res sunt, cunctisque earum pertinentiis, & cum vice de plateis & viis & anditiis suis, & cum muniminibus ex eo continentibus, & cum omnibus rebus mobilibus ipsi Ecclesie pertinentibus; eâ ratione ut totum, quod dictum est, semper sit in potestate tua, Domne Alfane, & successorum tuorum. Et pars ipsius Archiepiscopii, & tu, & successores tui, licentiam habeatis de eo facere quod volueritis. Et confirmamus in eodem Archiepiscopio omnes terras & casas & potestas ipsi Archiepiscopio quomodocumque pertinentes intra hanc Civitatem justa ipsam plateam, in qua, ut dictum est, ipsum mercimonium conficitur, cum omnibus, que intra eas sunt, cunctisque earum pertinentiis, & cum vice de ipsa platea & de anditiis suis, ut semper sint in potestate tua, Domne

Archiepiscopo, & successorum tuorum, & pars ipsius Archiepiscopii, ad faciendum de eo tu & successores tui & pars ipsius Archiepiscopii, quod volueritis. Et concedimus in eodem Archiepiscopio, ut quando tu & successores tui & pars jam dicti Archiepiscopii volueritis intra ipsas terras & cavas & potechas in ipsa platea, plangas & secus eas ponere faciatis & habere quantas volueritis, & in ea lignamina rigere & habere, & super eas edificia qualiter volueritis, & in ipsis terris & castis & potechis & plancis, quot volueritis, homines ordinare licentiam habeatis, & carnes & alia mercimonia in eis mercimoniare & vendere & emere, quantas tibi tuisque successoribus & pars ipsius Archiepiscopii placuerit; & nullo tempore à pars nostre Reipublice aliquod tributum vel censum aut servitium seu pensionem illis omnibus tollere aut exigere querat vel imponere faciat, neque portaticum seu plateaticum in hac nostra Civitate & foris per totum nostrum Principatum Salerni num dent, sed omne tributum & censum & servitium, portaticum & plateaticum pensionem, quod per annum pars ipsius nostri Sacri Palatii illi, qui in eis, ut dictum est, mercimoniaverint & vendiderint & emerint facere & persolvere debuerint, tibi tuisque successoribus & pars ipsius Archiepiscopii faciant & persolvant. Et confirmamus in eodem Archiepiscopio omnia, que per Romanorum Pontificum Privilegia ac decreto, & per Imperatores & Reges ac per Principes predecessores nostros antecessoribus vestris & vobis & in ipso Archiepiscopio confirmata & concessa per quemlibet modum fuerunt, & omnia, que in ipso Archiepiscopio ab aliis hominibus per quemlibet modum data fuerunt, ut semper sint in potestate tua & successorum tuorum & pars ipsius Archiepiscopii, ad faciendum

A ex eo, quod volueritis. Et neque à nostris Judicibus, Comitibus, Castaldeis, neque à quibuscunque actoribus nostre Reipublice, & quolibet tempore, tu & successores tui & pars ipsius Archiepiscopii habeatis ex hoc, quod in dicto Archiepiscopio concessimus & confirmamus, aliquam contrarietatem; & semper & in perpetuum illud tu & successores tui & pars ipsius Archiepiscopii securiter habeatis & facieatis ex eo quod volueritis. Textum verò harum confirmationum & concessionum scribere precepimus tibi prandum Levitam & Scribam hujus nostri Sacri Palatii, Anno nobis à Deo concessi Principatus Septimo decimo, Mense Majo, concurrente Indictione XI.

C Nunc autem addendum, fluctuasse jura Principum Beneventi ac Salerni. Nam modò nullam ii agnoscebant Principem supremum, modò Imperatoribus Occidentis parebant, aut Graecis sese in clientelam tradebant, cive sese subdebant; immo & interdum ibi sunt dominati Graeci, dejectis Principibus ipsis. Quum verò in Occidente Latinorum Caesarum vires praevalerent, se eorum Vassallos afferere non duditabant, amplissimam tamen auctoritate servatam. Caroli Magni, & Ludovici II. temporibus jus Occidentalium Imperatorum in eos quoque Principatus supra innui. Eadem jura restaurata videas ab Ottone Primo, Secundo, & Tertio, uti & ab Henrico inter Augustos Primo, ut alios Augustos praeteream. Caesareae potestatis in ea loca certum quoque indicium dabunt Literae Ottonis II. & Henrici I. à quibus Salernitani Praesules Privilegia sibi confirmanda curaverunt. Ea nunc addere juvat ex praeaudati Monasterii Cavenfis Archivo deprompta.

Otto II. Augustus Johanni Salernitano Episcopo jura ac bona omnia confirmat, Anno 982.

IN nomine sancte & individue Trinitatis. Otto superno favente nutu Romanorum Imperator Augustus. Si justis Deoque divinis locis non solummodo preesse, verum etiam prodesse studuerimus, presentis vite suffragium, & eterne remedium invenire non titubamus; & si in pristinum gradum erigere conamur, nostri Imperii culmen sublimare procul dubio credimus. Quapropter nostrorum omnium presentium videlicet ac futurorum fidelium industria noverit petitionem & interventum nostre dilecte conjugis nostri Imperii participis. Per hanc nostri Precepti presentem paginam, prout juste & legaliter possumus sancte Salernitanæ Sedis Ecclesie in beati Apostoli Matthei site honorem, ubi cotidie summe Trinitati debite dicuntur laude, atque Johanni Episcopo ipsius prefate Ecclesie Vicario nostro fideli concedimus & confirmamus omnes res & proprietate ab antiquis Principibus ipsius Civitatis predictæ concessas Ecclesie, seu ea, que Gisulfus Princeps cum uxore sua Gemma ibi optulit pro suarum remedio animarum, tum ea, que intra eandem Civitatem habere videntur, tum extra, cum terris illis, que ultra fluvium Tusciano prefate Ecclesie pertinere videntur usque ad fluvium qui dicitur Siler, seu in Comitatu Capuzio, & Dalicaria, & in ceteris locis predictæ Ecclesie pertinentibus, que dici vel nominari possunt, una cum utriusque sexus familiis, Aldiis, & Aldiabus, cum angariis & conzibus, cum campis, vineis, pratis, silvis, molendinis, piscationibus, venationibus, a-

A quis, aquarumque decursibus, juribus, privilegiis, immunitatibus, tam in scriptis quam sine, juste & legaliter eidem Ecclesie pertinentibus: cum Capellis & aliis in intrecum. Quamobrem precipientes jubemus, ut nullus Princeps, Dux, Marchio, Comes, Straticio, Episcopus, vel quilibet nostro sub Imperio, magna parvaque persona degens audeat prefatas res Ecclesie, vel Episcopum inquietare, molestare, vel ob aliquo sibi pertinenti sine legali judicio divestire presumat: sed liceat prenominatum Episcopum, suosque successores cuncta huic paginole prescripta regere, & ad utilitatem Ecclesie tenere, omnium hominum contradictione remota. Si quis vero temerario ausu hujus nostre concessionis paginam violare questierit, sciat se compositurum trescentum Libras auri, medietatem Camere nostre, & medietatem predictæ Ecclesie & Episcopo suisque successoribus. Quod ut verius credatur, & ab omnibus diligentius observetur, in calce impressione nostri sigilli insignita confirmare jussimus.

D Signum Domni Ottonis serenissimi & invictissimi Imperatoris Romanorum Augusti.

Johannes Cancellarius ad vicem Petri Episcopi & Archicancellarii recognovi & scripsi.

Data XIV. Kalendas Majas, Anno Dominice Incarnationis DCCCC-LXXXII. Anno Regni Domni Ottonis XXII. Imperii autem ejus X. Indictione X.

E Actum prope Tarentum feliciter. Amen.

Henrici II. Regis, inter Augustos Primi Diploma concessum
 Amato II. Archiepiscopo Salernitano, per quod ei
 confirmat omnia jura, Anno 1022.

IN nomine sancte & individue Trini-
 tatis. Henricus divinâ favente cle-
 mentia Romanorum Imperator Augustus.
 Si iustis, Deoque divinis locis non so-
 lum preesse sed etiam prodesse studueri-
 mus, presentis vite suffragium & eter-
 ne remedium invenire non titubamus;
 & si in pristinum gradum erigere cona-
 mur, nostri Imperii culmen sublimare
 procul dubio credimus. Quapropter om-
 nium fidelium sacre Dei Ecclesie, no-
 strorumque presentium ac futurorum com-
 prehendat universitas, qualiter interven-
 tu ac petitione Theoderici nostri dilecti
 Cancellarii per hanc nostri Precepti pre-
 sentem paginam, prout iuste & legali-
 ter possumus, sancte Sedis Ecclesie in
 beati Apostoli Matthei site honore, ubi
 quotidie summe Trinitati debite canun-
 tur laudes, atque inviolabiliter & per-
 petualiter Amato ipsius prefate Eccle-
 sie Archiepiscopo, nostroque fidei, de
 novo concedimus & confirmamus omnes
 res & proprietates ab antiquis Principi-
 bus ipsius Civitatis predictae hec conces-
 sas Ecclesie, seu ea que Gisulfus Prin-
 cept cum uxore sua Gemma ibi obtu-
 lit pro suarum remedio animarum, tam
 ea que intra eandem Civitatem habere
 videntur quam extra, cum terris illis,
 que ultra fluvium Tuscanum prefate
 Ecclesie pertinere videntur usque ad flu-
 vium, qui dicitur Siler, seu in Comi-
 tatu Capuaci & Dulicaria, & in cete-
 ris locis jam dicte Ecclesie pertinenti-
 bus, que dici vel nominari possunt. In-
 super etiam concedimus Castrum Libani
 cum omnibus adjacentibus sibi, quemad-
 modum illud antiquitus ipsa Ecclesia
 tenuit & dominata est per Precepta &

A quascumque scriptiones, Castrum videlicet
 Libani, quod à Grimoaldo & Alfano ger-
 manis injuste invasum est. Concedimus
 denique & confirmamus eidem Ecclesie
 omnes mortuorum res, que in ipso Epi-
 scopio vel in rebus suis sunt aut erunt
 ad futurum, omnesque res mobiles sive
 immobiles, que ab antiquitus Deum ti-
 mentibus hominibus oblate ibi sunt; ac
 omnes concessionnes ejusdem sancte Eccle-
 sie concessas à Principibus & Ducibus
 seu Regibus. Consiles namque omnes e-
 jusdem Ecclesie, ut pars prefati Episco-
 pii dominetur, jubemus, nullo contradi-
 cente, sicut antiquitus fecerat. Nostra
 namque Imperiali auctoritate ei concedi-
 mus confirmationes, ut pars ejusdem E-
 piscopi habeat potestatem ad Ecclesie e-
 jusdem jus ordinare infra eamdem Civi-
 tatem quinque Macellatores, ubi volue-
 rit, ad carnes vendendas. Statuentes si-
 quidem illi concedimus & confirmamus
 omnes illas res, que ab ejusdem Episco-
 pi jure sine ratione & justitia post obi-
 tum sancte recordationis Petri, ejusdem
 Ecclesie venerabilis Episcopi ablate
 sunt per Johannem Episcopum, qui
 inordinate eandem tenuit Sedem. Ut si
 qua ante scriptio per manus ejusdem Jo-
 hannis facta, ostensa fuerit, judicamus
 eam pro muneve irritam & inanem, eo
 quod contra Canonicam auctoritatem suam
 deseruit Sedem, & ad aliam accessit:
 quod omnino fieri non potuit secundam
 auctoritatis Canonum instituta. Statui-
 mus, ut pars prefati Episcopi distringat
 omnes forenses Presbiteros sibi pertinentes
 ac Clericos, omnesque eorumdem familias,
 scilicet illos, qui in Diocesi ejusdem E-
 piscopii habitant: Volumus ut judicet &
 distrin-

distringat sine ulla partii publice contrarietate. Et in suo servitio habeat, ut Canones jubent. Omnes quippe supradictas res illi confirmamus una cum terris, vineis, campis, pratis, silvis, pascuis, montibus, vallibus, planitiis, aquis, aquarumque decursibus, ripis, molentinis, piscationibus, forestis, venationibus, servis, ancillis, Aldiis, Aldiabus, ancariis, censibus, pensionibus, Capellis, Castellis, Villis, ac omnibus que dici aut nominari possunt, prefate Ecclesie juste & legaliter pertinentibus in integrum. Precipientes igitur omnino jubemus, ut nullus Dominus, Princeps, Straticus, Marchio, Episcopus, Comes, Vicecomes, nullaque nostri Regni magna vel parva persona prefate Ecclesie res, vel Episcopum inquietare, molestare, aut in aliquo sine legati judicio disvestire presumat. Sed liceat eidem Amato Archiepiscopo prefati Episcopii res tenere, possidere, atque per hoc nostrum Preceptum predictas res ad utilitatem sue Ecclesie adquirere, omnium hominum contradictione remota. Si quis autem (quod absit) hujus nostre auctoritatis presumtuosus violator extiterit, sciat se compositurum auri purissimi Libras mille, medietatem Camere nostre, & medietatem ejusdem Episcopii regentibus. Quod ut verius credatur, diligenterque ab omnibus observetur manu propria roborantes hanc paginam nostro sigillo insigniri jussimus.

Signum Domini Henrici serenissimi Imperatoris Augusti.

Theodericus Cancellarius vice Eberardi Episcopi, & Archicancellarii.....

Data pridie Kalendas Junii, Anno Incarnationis Domini M..... Inaietione V. Anno vero Domini Henrici II. regnantis..... Imperii vero IX.

Actum Trojae feliciter. Amen.

A Praeter Principatus Beneventanum, Salernitanum, & Capuanum, à postremo hoc excisum, Ducatus Neapolitanus celebris olim fuit. Nunquam Regibus Langobardis, aut Augustis Latinis, ac Principibus nuper laudatis contigit, ut praeclarissimam illam à seris Saeculis Urbem, quamquam non semel pertentatam, suae conditioni adderent. Eligebatur ibi à populo Dux. Is verò supremâ auctoritate fruebatur, nisi quod interdum, aut potius fere semper, tum Civitas, tum Duces uti supremum Dominum reverebantur Imperatorem Graecum. Magistri quoque Militum olim appellati Principes, quibus ejusdem Civitatis regimen committebatur. Qui titulus aut minorem, aut breviorē, quàm Ducis, auctoritatem nescio an indicare possit. Venetiis quoque Anno DCCXXXVII. uti Dandulus scribit in Chronico, interempto Urso Duce, quum in successoris electione discordes essent civium animi, annualem Rectorem sibi praeesse statuerunt, quem Magistrum Militum appellaverunt.

B Quae quidem dignitas secundum Graecorum usum Tribunatu major, super eos & cunctum Populum potestatem obtinet. Quare Ducum perpetua, Magistrorum annua potestas fuisse videtur, nisi novis suffragiis ipsa identidem confirmaretur. Neapoli tamen non precaria, sed stabilis fuit Magistri Militum appellatio. Praeterea iidem interdum Tribuni Militum, saepius verò Consules appellati occurrunt. De his Ducibus mentio est in Johannis Diaconi Histor. Episcop. Neapolitan. Part. II. Tomi I. Rer. Italicar. itidemque in Chronico Casinensi, & in Vita Sancti Athanasii Neapolitani, atque in aliis veterum monumentis. Meminit & Bibliothecarius in Vita Gregorii II. Neapolitanorum Ducum Exhibarati &

C

D

E

Johannis. Alii tibi occurrent apud Peregrinium in Histor. Princip. Langobard. Sed potissimum vide in eadem Part. II. Tomi I. Rer. Italicar pag. 431. Diploma datum Anno DCCCCXLIV. à *Johanne Consule & Duce Neapolis*, ejusque filio *Marino Duce Leoni Abbati Vulturvensi*. Eximiam fuisse ejusmodi *Ducum* auctoritatem ex hoc monumento patet; atque aliunde constat, Ducatum illum non solum Neapolim, sed & alias Cam-

paniae Urbes in litore maris fuisse complexum. Et diu quidem illorum Ducum potentia perduravit, ita ut vel Saeculo Christi XI. *Leo Ostiensis* in Chronico Casinensi meminerit *Sergii Consulis & Ducis Neapolitani*. Ad hunc ipsum pertinet Charta, quam debeo diligentiae ac amori *Josephi Muschae* Sacerdotis Neapolitani, ex Archivo Monasterii antiquissimi Sanctorum Severini & Sossii depromptam.

Donatio, sive confirmatio facultatis piscandi in Lacu Patriensi, facta Roccio Abbati Monasterii Neapolitani Sanctorum Severini & Sossii à Sergio IV. Consule & Duce Neapolitano, Anno 1011.

IN nomine Dei Salvatoris nostri Jesu Christi. Imperante Domino nostro Basilio magno Imperatore, Anno XXXVII. sed Constantini magni Imperatoris fratre ejus, Anno XXXV. àe XVII. Januarii, Indictione II. Neapoli. Nos *Sergius* in Dei nomine Eminentissime Consul & Dux, concessimus & firmamus vobis *Domno Roccio venerabili Abbati Monasterii Sanctorum Severini & Sossii*, ubi eorum venerabilia requiescunt corpora, & per vos in superscripto sancto & venerabili vestro Monasterio, ut licentiam & potestatem habeatis vos & posteri vestri superscripti venerabilis & sancti Monasterii, ponere & habere una paratura ad piscandum cum duas londras in medietate nostra parte militiae de Lacu Patriensi, & omni quodcumque exinde habere & tollere potueritis, in vestra, posterisque vestris, sit potestate quidquid exinde facere volueritis, etiam licentiam & potestatem habeant vestris hominibus, quos ibidem direxeritis ad piscandum in ipsa medietate nostra partibus militiae redditum facere & habere, & ligna & pa-

leas exinde extrahere, quantas ad eis necessarium fuerit. Et numquam presumimus nos, aut posteris nostris, nec nostris ordinatis, quod in eodem Lacu Patriensi posuerimus & ordinaverimus, nec alia quacvis persona vobis, posterisque vestris, nec ipsorum hominibus vestris exinde aliquid tollere, aut querere, nec contrahere perennis, ac perpetuis temporibus: Et neque à nobis superscripto *Sergio Dei gratia Consul & Dux*, neque à posteris nostris, qui post nos in nostro honore, locoque Duces accesserint, nullo tempore, numquam vos superscripto *Domno Roccio venerabili Abbati*, aut posteris vestris, nec superscriptus *Sanctus Venerabilis Monasterii*, quod absit, habeat exinde aliquam quacumque requisitionem aut molestiam per nullum modum, nec per summam personam à vobis, & in perpetuis temporibus. Quam concessionem, sicut superius legitur à nobis facta, *Petro Primario* scribere precepimus, in qua & nos subper pro ampliori ejus firmitate manus proprias subscripsimus, die & Indictione superscripta. Et hoc recordando firmamus, ut hec omnia, &

ex omnibus suprascriptis, que superius vobis concessimus & firmavimus, in vestra posterisque vestris, suprascriptoque Sancto Venerabili Monasterio sint potestate ad habendum in sempiternum, profugiandum perennis ac perpetuis temporibus: & nunquam presumetis vos, aut posteris vestris alicui, vel ubique illud dare, aut credere, nec extraneare per nullum modum; & si facere presumeritis maneat, aut nullam habeat firmitatem in se.

* Sergius Consul & Dux subscripsi. *

Pagius in Critic. Baron. auctor est, Anno Christi DCCCCLXXVI. Basi-

A lium & Constantinum Romani Junioris filios, eodem tempore Imperium iniisse apud Graecos. Verum testem habemus Chartam istam, tantummodo post tres annos Constantinum renuntiatum fuisse Augustum: Anno quoque MLXV. dominabatur Neapoli Sergius eminentissimus Consul & Dux, atque Domini gratia Magister Militum, uti fidem facient tabulae, quas ad me misit Cl. Vir Johannes Carminius Falco, nunc Episcopus Marturanensis, ex Neapolitanis pergamenis descriptas.

Johannis II. Archiepiscopi, & Sergii V. Ducis Neapolitani Charta, per quam Ittae Urli Comitissae filiae, quaedam Neapolitanae Ecclesiae bona concedunt, Anno 1065.

I N nomine Domini Dei Salvatoris nostri Jesu Christi. Imperante Domino nostro Duce Constantino magno Imperatore, Anno Quinto, die XXII. mensis Julii, Indictione III. Neapolis. Hece jam preteritos septuaginta & unum annos expletos. Visus itaque fuit vone memorie Domnus Sergius Domini gratiam Archiepiscopus sancte Sedis Neapolitane Ecclesie concedere & tradere per chartulas concessionis at quondam Petro & Gregorio uterinis germanis, filiis quondam Petri & quondam Mariae honesta femina jugalium personarum, integra Clusuria de terra ipsius sancte Neapolitane Ecclesie, positum at Sanctum Sossium ad Area foris muris istius Civitatis Neapolis, de quantum ibi detinuit scripto genitori illorum, & quantum intus ipsa Clusuria abuit & pertinuit Aligerni famulo scripte sancte Neapolitane Ecclesie, una cum interficis suas, quot est intus eadem Clusuria in una detinentia: utraque cum arboribus

Tom. I.

C & introitum suum, & omnibus sibi pertinentibus. Quam vero scripta integra Clusuria de scripta terra diviserunt inter se scriptis germanis per merissis divisionis, hece jam preteritos annos quadraginta unum. Unde per ipsa merisse tetigit a scripto quondam Gregorio portio ex ipsa Clusuria a parte Septentrionis iusta icaba publica, qui pergit ad ipso loco Sanctum Sossium. Unde reliqua portio ex ipsa Clusuria a parte Meridie tetigit scripto Petro germano suo. Quam & ipsa portio scripti quondam Petri modo pertinet de scripta sancta Neapolitana Ecclesia, eo quot sine proprium heredes defunctus est. De qua benisti tu, videlicet Itta honesta femina, filia quondam Urli Comitissae una cum quidem

D

E Domna Maria religiosa Monaca & gubernatrix Monasterio beatissimorum Nicandri & Marciani atque Patriacie, puellarum Dei, & cunctas ejus Congregationes Monacharum ipsius Monasterii. Et cepistis rogare & postulare nos,

Y

vide.

videlicet Johannes Domini gratiam Archiepiscopus scripte sancte Sedis Neapolis Ecclesie, & Sergius in Dei nomine eminentissimi Consuli & Duce, atque Domini gratia Magister Militum: ut pro Domini amore, & pro mercedibus & saluationibus anime nostre, seu & pro bigore scripte sancte nostre Neapolitane Ecclesie tribueremus & daremus seu ceaderemus tibi scripta Itta honesta femina parenti nostra, filia scripti quondam Ursi Comitum parenti nostri, hunc de heredibus scripti quondam Gregorii, qui nominabatur Boffa, integra scripta portione scripti quondam Gregorii de scripta integra Clusuria de scripta terra cum omnibus sibi pertinentibus pro scripto Monasterio, pro infirmorum, qui de ipsa Congregationes Monacharum infirmaberint: & tribueremus tibi exinde illum licentiam & pertinentiam, quam exinde pertinet in scripta sancta nostra Neapolitana Ecclesia. Iterum daremus & concederemus tibi scripta Itta honesta femina parenti nostra & scripta Icaba, qui pergiebat ad Area nostra, qui modo est explanata iuxta eadem Clusuria à parte Septentrionis, una cum duos passus de latitudine de terra, quam ipsa sancta nostra Neapolitana Ecclesia habet intus ipsa portiones scripti quondam Gregorii de scripta Clusuria iuxta area Picula Fabrita, qui pertinet de scripta sancta nostra Neapolitana Ecclesia.

Et quia acquiebitur ipsum rogatum vestrum, & hec in presentis concedimus tibi scripta Itta honesta femina parenti nostra, scripta Icaba, qui modo est explanata & pastenata, cum scriptos duos passus de scripta terra, qualiter superius legitur, una cum omnem licentiam & pertinentiam, quam ipsa sancta nostra Neapolitana Ecclesia habet in scripta portione scripti quondam Gregorii Boffa, qui eam tetigit de scripta Clusuria de scripta terra. Etiam & nos tribuimus

tibi, ut licentiam & potestatem abeat ut hunc scripta integra portione scripti quondam Gregorii Boffa de scripta integra Clusuria de scripta terra cum omnibus sibi pertinentibus, de scriptis heredibus suis, ad habendum illud ipse Monasterio una cum omnia, quem vobis superius concessimus in sempiternum pro utilitatem infirmorum, qui de ipsa Congregationes Monacharum infirmaberint. Iterum concedimus & damus tibi licentiam & potestatem, abeat omni tempore hominibus, qui laborant ipsa terra, quam tu comparaberis pro ipso Monasterio, & ipsum, quem vobis concessimus, ut supra legitur, adunare omnem laborem ex ipsas nominatibus terras, & excuniarie in scripta area Picula Fabrita pertinente scripte sancte nostre Neapolitane Ecclesie in sempiternum. Et neque à nobis iam dictus Sergius in Dei nomine eminentissimus Consul & Dux, atque Domini gratiam Magister Militum, neque à posteris nostris, qui post nos in nostros honores accesserint, nec ob ipsa sancta nostra Neapolitana Ecclesia, nec à nobis personas summissas, nullo tempore numquam tu scripta Itta honesta femina parenti nostra, aut scripto Monasterio, quot absit, abeat quacunque requisitione de scripta terra, que comparaberis de ipsis heredibus scripti quondam Gregorii Boffa, cum omnibus sibi pertinentibus, ut supra legitur: nec de ipsum alium, ut superius legitur, aut molestia per nullum modum, nullamque adinbenta ratione à nunc & in perpetuis temporibus, quia ita nobis bene voluntatis complacuit. Si quis autem potentis vel impotentis homo Secularis aut Sacerdotales ordine inautus contra hanc Chartulam benigne presumeris, & ea in quacunque parte ebacuare questerint per se aut per summissas personas, sub abathematis vinculis sint obligatus: beniat eis maledictione, que continet in centesimo hoc.

bo Psalmos: fiat eis sicut Dathan & Airon, quos virvos obsorbuit terra: & sicut Acetofel Consiliario Davit: & sicut Anania & Safigra, qui mentientes ante pedes Apostolorum exspiraverunt: seu & cum omnibus hereticis & excimaticis tenebrosa partem possideat cum Anna & Cayfas & cum Juda traditores Domini nostri Jesu Christi. Insuper componat pars ipsius infidelis à partem fidem serbantis, & à scripto Monasterio auri Libras sex Vysanteos. Et hec chartula, qualiter superius legitur, sit firma imperpetuum.

Scripta vero per manus Johannis Curialis & Scriniarii, qui ista firmissima Chartula pro nostra juxione & absolutione scripsit die & Indictione scripta Tertia.

- * Johannes Archiepiscopus subscripsi.
- * Sergius Consul & Dux subscripsi.
- * Petrus indignus Sacerdos & Primicerius sancte Neapolitane Ecclesie subscripsi.
- * Einricus Archipresbiter & Cymiliarca sancte Neapolitane Ecclesie subscripsi.
- * Stephanus Presbiter & Capitularis sancte Neapolitane Ecclesie subscripsi.
- * Adelgisus Archidiaconus sancte Neapolitane Ecclesie subscripsi.
- * Sergius Diaconus sancte Neapolitane Ecclesie subscripsi.

* Petrus Diaconus sancte Neapolitane Ecclesie subscripsi.

* Stephanus Subdiaconus sancte Sedis Neapolitane Ecclesie subscripsi.

* Johannes Subdiaconus sancte Neapolitane Ecclesie subscripsi.

* Sergius Subdiaconus sancte Neapolitane Ecclesie subscripsi.

* Ego Johannes filius Domni Leoni testi subscripsi.

* Ego Johannes filius Domni Ursi testi subscripsi.

* Ego Johannes filius Domni Johannis testi subscripsi.

* Ego Johannes Curialis & Scriniarius complevi & absolvi per scripta Tertia Indictione.

Vides heic numeratos Annos Imperii Constantini Ducae Imperatoris Graeci. Hinc inferre potes, Neapoli viguisse adhuc ejusdem Augusti jura; cujus Annus Quintus si revera, ut habet Charta, decurrebat Anno Christi MLXV. anticiparit Pagius non satis congrue annos illius Imperii. Sergius etiam Quartus istius Avus Neapolitanis praefuit, Monasticam demum vitam amplexus. Uti veri mihi videtur simile, Marinus Comes Cumanus, ad quem subsequens Charta spectat, signata annis Constantini Monomachi Imperatoris, illius filius fuit.

Marinus Comes Cummanus, Sergii IV. Consulis & Ducis Neapolitani filius, aliquot jura donat & confirmat Laurentio Hegumeno Monasterii Sanctorum Sergii & Bacchi, Anno 1044.

IN nomine Dei Salvatoris nostri Jesu Christi. Imperante Domino nostro Constantino magno Imperatore, Anno secundo, die XXVII. mensis Martii, Indictione XII. Certum est, nos Marinus Comes, filius quondam vone recordationis Domini Sergii, in Dei nomine eminentissimus Consul & Dux, & postmodum vero Monachi, à presenti die promptissima voluntate promitto vobis Domino Laurentio venerabilis Ygumenus Monasterii Sanctorum Sergii & Vachi, qui nunc congregatus est in Monasterio Sanctorum Theodori & Sebastiani, qui adpellatur Casa Picta, situm in Viridarium, & cuncta sancta & veneranda vestra Congregationem Monachorum scripti sancti & veneranti vestri Monasterii; eo quod ego questivit scripto vestro Monasterio, ut omni annue dare solitus est per consuetudinem in ipsum Comitatum meum de Castro Cummano, quas ego tenere videor, una Tractoria de vinum mundum, tractum usque intus ipso Castro nostro Cummano pro illa obedientia vestra, que habetis in loco, qui vocatur Quarto Major. Et pars autem vestra aicervat, ut non exet ita. Et post hec autem placuit mihi, quo pro Domini amore, & redemptionis anime mee, ut ego vobiscum exinde nullam intentionem habere; sed facere vobis ego exinde chartula offertionis, ut hic & apud eternum Dominum requiem invenire valeam. Deinde & ego per anc chartula à die presenti offero & tralo vobis & per vos in eodem sancto & venerando vestro Monasterio, ipsa Tractoria de vinum, ut supra legitur. Et nec ego nec posteris meis, qui ipsum Ca-

Astellum Cummanum tenuerint, nec nostris ordinatis querere illam non debeamus, nec querere faciamus vobis, posterisque vestris, aut in scripto vestro Monasterio, nec in scripta obedientia vestra per quaecumque modum, nec per summissas personas, nec per ullam adinventam rationem, aut per nullum umanum studium vel arbitrium, à nunc & in perpetuis temporibus. Sed ut superius diximus à die presentis & usque in sempiternum sit à nobis vobis & per vos in eodem vestro Monasterio, ejusque vestre Congregationis presentibus & futuris offerta & tradita in sempiternum. Et neque à nobis scripto Marino Inclito Comite scripti Castri Cummani, neque à posteris nostris, qui ipsum Castellum tenueris, nullo tempore nunquam vos aut posteris vestris, vel scripto vestro Monasterio, ejusque sancte vestre Congregationis scripti vestri Monasterii presentibus & futuris, quod absit, abeat exinde aliquando quacumque requisitionem aut molestia per nullum modum, nec per summissas personas à nunc & in perpetuis temporibus. Insuper promitto & afirmo vobis, ut si quavis personas vos, aut posteris vestris, aut scripto vestro Monasterio, vel ipsa vestra obedientia exinde questierit, per nos aut pro nostris heredibus seu posteris, qui ipsum Comitatum & ipsum Castellum Cummanum tenuerit, vobis posterisque vestris & in scripto Monasterio vestro nos & posteris nostris eos einde desuper tollere, & tacitos facere debeamus absque omni vestra damnietate; nullam exinde dantes aut qualivet mittentes occasionem; quia ita nobis in omnibus vone voluntatis complacuit. Si quis

autem

autem ex nobis vel de posteris nostris, aut de nostris ordinatibus, ut supra legitur, vel alias quavis personas potens vel impotens, quobis tempore contra anchoratula oblationis venire presumerit per se aut per summissas personas, vel eam vacuam aut irrita facere voluerit per quibus molum, tunc ille sit innodatus sub vinculo anathematis trecentorum decem & octo Patrum; abeatque partem cum Juda traditore Domini nostri Jesu Christi, ut in diem Judicii ante communem Judicem sit damnandus. Insuper componat in scripto Monasterio auri Libras duas Bolanteas. Et ec chartula offertionis, ut supra legitur, sit firma.

Scripta per manus Sergii Scriniarii pro se intra Duodecima Indictione.

* Hic signum manus scripto Marino Comit. quod ego pro eum subscripsi.

* Ego Marinus filius Domni Aligerii testi subscripsi.

* Ego Sergius filius Domni Gregorii testi subscripsi.

* Ego Johannes filius Domni Sergii testi subscripsi.

* Ego Sergius Scriniarius complevi & absolvi pro scripta XII. Indictione.

Iis etiam Saeculis multum sibi nominis peperit Amalfitana Civitas, cujus Populus navigationi & mercaturae in primis addictus, formam Reipublicae assumpta, Praesidem sibi eligere consuevit, cui titulus *Consulis*, *Comitis*, ac demum *Ducis* fuit. De origine & Praefectis Populi illius vide quae habeat Anonymus Salernitanus in Paralipomen. Hist. à me editis Part. II. Tomi II. Rer. Italicarum. Verum heic juvat Urbem, cui olim ingens nominis gloria accessit, aliquantulum illustrare, edendo videlicet fragmentum non contemnendum Amalphytanae Historiae. Acceptum refero illius donum P. D. Eustachio Caracciolo Clerico Regulari Neapo-

litano ex praeclarissima gente Principum Torellae genito, quem ob eximias animi ac ingenii dotes, & singularem erga me humanitatem, libentissime semper commemoro. Ille verò è Colledaneis MStis Johannis Baptistae Bolviti adservatis Neapoli apud Clericos Regulares in insigni Coenobio Sanctorum Apostolorum, idem fragmentum describendum mihi curavit. Nempe Bolvitus, nobilis vir, cujus Familia in album Nobilium Neapolitanorum inlata est, quidquid ad Historiam inclytæ ac Regiæ Urbis Neapolitanae pertinens reperire potuit, in sex volumina coëgit: cui studio immortalus est Anno 1592. Annos quinquaginta duos natus. Testatur autem non uno in loco Bolvitus, ex Amalphytano Chronico haec tantum fragmenta sibi fuisse conspecta, quum tamen Marino Frecciae Jurisconsulto celebri Neapolitano integrum ad manus fuisse videatur literis Langobardicis in pergamena exaratum; namque ab eo memoratur illud Chronicon in Libris de *Subfeudis*, ac praecipue ubi differit de *Officio Admirati Maris*, & de *Provinciis & Civitatibus Regni*. Et profecto quae supersunt, fragmenta esse dumtaxat, nemo non agnoscat. Quare nil mirum, si heic desiderantur nonnulli ex Amalphytanis Ducibus, quos idem Bolvitus Amalphytanae Civitati olim dominatos arbitratur, uti & nonnulli ex ejus Urbis Archiepiscopis. Exempli causâ auctor idem est, Anno MXCVI. Amalphis Ducem constitutum fuisse *Marinum* cognomento *Sebastos*: quippe in antiquo Codice Monasterii Cavenensis, complectente Libros Bedae de *Temporibus*, haec adnotatio in margine legitur: *Anno Domini MXCVI. Rogerius Comes Siciliae cum valido exercitu Christianorum & Saracenorum venit in Campaniam,*

niam, & obsedit Nuceriam XI. Kalendas Junii in Vigilia Pentecostes, & eam debellavit. Et inde profectus Amalphiam obsedit eam cum Rogerio Duce Apuliae & Calabriae, & terra marique pugnavit. Mox Amalphitani Marinum Sebastos Ducem sibi constituunt, & Comitem & Ducem repulerunt: qui reversi sunt sine effectu, sicut venerant. Obsidionis Amalphanæ ad eum Annum meminere etiam Lupus Protospata, & Gaufridus Malaterra Lib. IV. Cap. 24. Sed neuter mentionem facit de Marino isto Duce. Equidem doleo, excidisse tantam partem Amalphita-

ni Chronici; sed quando pauca hæc è naufragio evasere, eorum saltem vitæ in posterum caveamus. Et quamvis fabulam sapere videatur Amalphitani Populi origo hæc tradita: attamen memineris, longe antea, ut supra monui, ab Anonymo Salernitano non aliam fuisse memoriæ proditam. Fortasse Scriptor hic, uti & Salernitanus, ab antiquioribus Amalphanorum Historiis ista accepere; aut saltem à Salernitano, qui floruit circiter Annum Christi DCCCCLXXX. Amalphanus noster hæc delibavit.

CHRONICI
AMALPHITANI

NUNQUAM ANTEA EDITI

FRAGMENTA

Ab Anno Chr. CCCXXXIX. usque ad Annum MCCXCIV.

CHRONICI AMALPHITANI FRAGMENTA.

C A P. I.



TEmpore, quo magnus Imperator Constantinus Civitatem Constantinopolim reaedificavit coelesti visione, invitare coepit universas gentes Romanorum ad no-

vam Romam, hoc est Constantinopolim, quae antiquitus Byzantium vocabatur. Quumque multitudo Procerum Romanae gentis properaret ire in Constantinopolim cum omnibus suis rebus & familiis, ascenderunt naves, relinquentes propria, quum ad nova aedificia properarent, quae ipsi Imperator Constantinus fertur promississe. Hic autem Imperator obiit in partibus Persiae Anno Dominicae Incarnationis CCCXXXIX. Venientes itaque ad partes Solavoniae, irruit in eos tempestas valida, & huc illuc navibus dispersis, duae solummodo naves ex eis naufragio periere. Quarum homines cum uxoribus & familiis suis nudi & vacui evaserunt, & salvi facti sunt in loco, qui Ragusia appellatur. Ad quem statim quum pervenissent, rogaverunt habitatores loci illius dicentes: Nos enim Romani Patricii sumus, & valde faeva tempestas huc naufragos nos jastavit. Rogamus ergo vos humiliter: concedite nobis aliquod hujus Terrae spatium, in quo vobiscum habitare

A possimus. Quibus habitatores loci respondentes dixerunt placabiliter: Parati sumus vos recipere. Ita enim provincia quamvis non sit ampla & delectabilis, sicut nobis esset opportuna, sufficiat tamen vobis & nobis. Insuper solatia, & expensa uxoribus & familiis vestris dabuntur sufficienter. Qui hoc audito sumserunt * viros habitantes cum eis multis temporibus. Igitur Ragusii Romanis invidentes, oblitis promissionibus, & delectationibus antiquis, coeperunt eos opprimere & odio habere: Romani autem hoc perpendentes, cogitaverunt dimittere Ragusiam per mare, & alias invenire regiones. Qui caute ablati navibus Ragusianorum, ascenderunt in eas ipsi cum omnibus familiis ac rebus eorum. Et navigantes ad partes Italiae applicuerunt ad locum, qui dicitur Melphium. Ubi dimisso nomine Romanae gentis, quo prius nuncupabantur, jam non Romani, sed Melphitani appellati fuerunt. Ad quem locum quum pervenissent, ignorantes, quo tenderent, manserunt ibi longo tempore. Italia vero quum opprimeretur diversarum gentium potestatibus, locusque Melphii esset parvus & vilis, dissi Melphitani metuentes, ne subjugarentur dominationi praedictorum potestatum, deserentes Melphium, pervenerunt usque Ebulum, quod est in partibus Salernitanae Civitatis. Ubi per aliquod tempus permanserunt. Quidam autem huc illuc discurrerent &

Z

explo-

explorantes, pervenerunt usque ad montana, ubi nunc Scala dicitur. Videntesque incolae loci illius homines ignotos, sed formâ corporis honestos, & honestiores eloquio, ad invicem admirati sunt multum, dicentes eis: Rogamus vos ergo diligenter, ut aliquantis diebus nobiscum heic moneatis: Quod est factum. Sed quia locus Ebuli non videbatur eis securus & tutus ad habitandum, propter diversitatem gentium & dominorum, qui ibi morabantur & dominabantur, habebant propter ea sollicitudinem, visu pariter & auditu, de inveniendo aliquem tutum & securum locum, atque à natura munitum. Propterea iidem Melphitani, qui Scalam usque pervenerant, de loci situ perscrutabiliter inquirentes, descenderunt ad Vallem, quae ex parte Occidentis subjacet monti, qui nunc Scala vocatur, perlustrantes usque ad plagam litoris. Cujus loci situs eis valde placuit propter eius securitatem, & copiam duorum fluminum, quibus Scala circumvallatur. Et cum gaudio apud Ebulum remeaverunt ad suos, renuntiantes eis omnia, quae viderant, & invenerant. Quibus quia facile non crediderunt, ut possent effici certiores, miserunt quosdam prudentiores ex eis. Quibus euntibus, & omnia circumspicientibus esse, sicut fuerat eis in veritate relatum, ad suos cum gaudio redeuntes dixerunt: O Romani, invenimus loca munitissima contra omnes adversarios, cum copiosis aquarum fluminibus. Quorum assertioni credentes, statim praeparato & disposito itinere cum uxoribus suis, & aliis rebus & familiaris eorum pervenerunt usque Scalam, habitantes ibi.

C A P. II.

Denique post longa tempora descendunt de Scala ad Vallem illam usque ad litus maris, quod ibi subjacet ex parte Occidentis. Et in eo loco ipsi Mel-

A phitani coeperunt aedificare Urbem ad exemplum aliarum Civitatum, appellantes eam Analphiam. Et habitaverunt in ea pacifice usque ad tempus Sicardi Principis Beneventi & Salerni. Nondum enim Principatus Salerni divisus erat à Principatu & dominatione Principatus Beneventi.

C A P. III.

B Quum praedictus Princeps evidenter intellexisset, quod gens Analphitanorum cresceret prudentiâ & virtute, ut Langobardorum & Neapolitanorum genus promodico reputarent, seduxit majorem partem Analphitanorum muneribus & promissionibus; inducens eos ad destructionem propriae patriae & Civitatis. Cuius muneribus magnisque donis & amplis beneficiis jam illi corrupti, dicere coeperunt suis consanguineis occulte, & per epistulas consulere & suadere, quatenus propriam patriam & terram relinquerent, & ad loca uberiora & potentissima, Principis munificentia convolarent. Ad haec illi tale dabant responsum per nuntios & per literas: Dona multa & ampla Principis Domini vestri, & loca deliciofa vobis sint. Nobis autem sufficit haec montuosa terra.

C A P. IV.

E Interea Princeps praedictus considerans Analphitanorum Populum immobilem & intrepidum permanere, quadam nocte iidem Analphitani, qui erant cum Principe & cum Langobardis non parvis, occulte noctis tempore per secreta & improvisa loca intraverunt Civitatem Analphiae, parvo murorum aditu imminente; eamque capientes, duxerunt omnes Analphitanos secum in Civitatem Salerni, quos Princeps collatione beneficiorum placavit sibi, & in quibus debuit & potuit, honesto modo honoravit.

C A P. V.

Hujus tempore, Corpus Beati Bartholomaei Apostoli de Lipari in Beneventum translatum est Anno Incarnationis Domini videlicet DCCCXL.

C A P. VI.

Hujus etiam temporibus Beatissimae Triphomenae Virginis & Martyris, de Regione minori in Amalphiam translatum est Corpus, & infra breve tempus de Amalphia in Beneventum translatum est.

C A P. VII.

Tempore autem non longe elapso Sicardus Princeps occisus est à suis, quum regnasset annis septem. De cujus morte Amalphitanorum Populus grandi dolore permotus est. Et ac Salernitanis, qui eos offenderant, desiderantes sumere ultionem, habito occulto consilio, irruerunt in homines Salernitanæ Civitatis, depraedantes eos, & partem hujusmodi Civitatis igni succenderunt. Quibus peractis statim cum honore Amalphiam reversi sunt. Sequenti verò Anno, hoc est, ab Incarnatione Domini DCCCXLIV. Principatus Beneventi & Salerni divisus est in duos. Nam Radelchis tenuit Principatum Beneventi, & Sicconulphus tenuit Principatum Salerni.

C A P. VIII.

Anno itaque regressionis Amalphitanorum de Salerno in Amalphitanam Republicam Anno Domini DCCCXL Kalendis Septembris, Tertiae Indictionis, Anno verò I. Principis Radelchis, Amalphitani elegerunt sibi primum Praefectum nomine Petrum. Sequenti verò Anno alio proximo elegerunt sibi Sergium Praefectum filium Constantii Comitis. Deinde Maurum Praefectum. Post haec elegerunt duos per annum. Post istos incoepit esse super eos Johannes cum Urso Comite Praefectus. Et post eos Muschus Comes cum Sergio Comite. Iterum Leo Comes cum Tauro Comite.

A Post hos Lupinus Comes cum Comite. Sequitur Ursus Comes cum Sergio Comite, qui dictus est de Marino. Deinde Sergius filius Gregorii Magister Militum.

C A P. IX.

B Denique post multas Amalphitanorum gentes, juraverunt omnes Amalphitani & Atranenses Domino Marino filio Domini Luciani filii Domini Pulchri Praefecti, & fecerunt sibi illum plenissimum & Seniore Praefectum. Et regnavit una cum Domino Sergio filio suo annis XIV. Quem populus Amalphitanorum cum deposuisset, caecavit eum, & misit Neapolim. Post hunc factus est Dominus Maurus Mauri filius Cumarii Musci, & Dominus Sergius filius Domini Petri Comitis, filii Mauri Vicarii Antiocheni. Qui regnavit annis V. Quorum unus, scilicet Dominus Sergius, jactavit eum de honore suo, mistens illum apud Salernum. Et praedictus Dominus Maurus rexit Amalphitanos annis IV. & Amalphitani deposuerunt eum. Postquam factus est Senior Dominus Urso filius Marini Comitis de Pantaleone Comite filio Cumarii Musci, & regnavit mensibus sex, deposuerunt eum. Post hunc factus est Dominus Urso Galastaricus filius Domini Johannis filii Solni Romani Vitalis. Et regnavit mensibus sex. Et deposuerunt eum. Iterum autem reversus est Dominus Marinus Dux, qui vixit caecus, & regnavit una cum Domino Pulchro filio annis VII. & deposuerunt eundem. Post hunc remansit idem Dominus Pulchrus filius ejus, qui regnavit annis VII & mortuus est. Deinde factus est Senior Sergius filius Sergii de Deodatu, una cum Petro Episcopo filio Urst, filii quondam Petri, filii Pancali. Et regnantibus ambobus simul anno uno removerunt Petrum Episcopum. Post ipsum regnavit Dominus Sergius solus annis V. Post hunc factus est

est Dominus Manso ejus nepos, filius Lupini, filii Turcii, filii Mauri, Vicarii de Antiochia, & regnavit diebus XVIII. & deposuerunt eum. Postea Marinus filius Leonis, filii Marini, & regnavit annis VI. & captus est à Surrentinis, pugnando in mari cum eis cum navibus.

C A P. X.

Post haec omnia Anno Dominicae Incarnationis D.CCCXIII. Dominus Manso Fusilis, filius Domini Leonis filii Domini Ursi, factus est magnus Dux Amalphantanorum. Qui regnavit annis XVI. & factus est Monachus in Monasterio Sancti Benedicti de Monte, & ibi fecit Ecclesiam.

C A P. XI.

Deinde in Anno Domini DCCCCXXVIII. Dominus Mastarus filius Domini Mansonis praedicti, excellentissimus Imperialis Patricius, factus est Dux Amalphantanorum, & regnavit annis XL.

C A P. XII.

Post hunc Anno Domini DCCCCLXVIII. factus est Senior Dominus Mastarus minor filius praedicti Domini Mastari gloriosi Ducis, filii quondam Domini Masonis Ducis. Qui regnavit in Ducatu Amalphantanorum cum Domina Androsa matre sua annis quatuor. Et occisus est.

C A P. XIII.

Jam verò Anno Domini DCCCCLXXII. factus est sine aliquo scandalo Dux & Patricius Dominus Sergius filius Domini..... Comitit, filii Domini Sergii de Musco Comite, & Imperialis Patricius. Sed qui fecit occidere Mastarum in monte. Regnavit autem annos septem & menses sex, & mortuus est.

C A P. XIV.

Anno verò Domini DCCCCCLXXIX. Dominus Manso Imperialis Patricius, & Antipatus, filius praedicti Domini Sergii factus est gloriosus & perfectissi-

mus Dux, & regnavit annos circiter quatuor. Quem Dominus Oserius frater ejus degradavit, & cepit cum omnibus filiis ejus, & factus est ipse Senior Anno Domini D.CCCCLXXXII. Hic regnavit anno uno & mensibus novem, & mortuus est. Eo vero anno finiente, Dominus Manso, qui degradatus fuerat, recuperavit dominium, & regnavit aliis annis sexdecim, & mortuus est.

C A P. XV.

Anno verò Domini Millesimo Dominus Johannes Petrella filius supradicti Domini Mansonis Ducis factus est Dux & Patricius. Et regnavit annos tres, & mortuus est.

C A P. XVI.

Anno verò MIV. Dominus Sergius filius praedicti Domini Johannis factus est Senior. Et regnavit cum Domino Johanne filio suo annis tredecim. Hunc Dominum Sergium Ducem & Patricium Amalphantanorum Populus jactavit & deposuit de Civitate. Et quia recessit in Romagnam cum eodem Johanne filio suo amplius non regnavit.

C A P. XVII.

Quem Dominum Johannem iterum elegerunt sibi Ducem & Seniore Anno Domini MXIX. mense Januarii, X. Indictione. Et regnavit annis XIII. Et hic fecit Seniore secum Dominum Sergium filium suum, qui regnavit similiter aliis annis III. & fugerunt Neapolim.

C A P. XVIII.

Deinde verò Anno Domini MXXXV. factus est Senior Dominus Manso filius supradicti Domini Sergii patris etiam supradicti Domini Johannis cum Domina Maria genitrice sua. Et regnavit annis IV. & mensibus III. Quo regnante praedictus Dominus Johannes frater ipsius rediit de Neapoli, & recuperato dominio cepit praedictum Dominum Mansonem ejus fratrem, & duxit eum apud Insulam Galli, & coecavit eum, & subsequenti

quenti anno recessit, & iuit in Constantinopolim.

C A P. XIX.

Post hæc autem Anno Domini MXXXIX. Dominus Guaimarius Princeps Salerni factus est Dux Amalphiæ de mense Aprilis, Indictione VII. Et regnavit annis V. & mensibus VI., quibus completis, Dominus Manso jam coeatus recuperavit Terram, & regnavit aliis annis IX. circa.

C A P. XX.

Anno Dominicæ Incarnationis MLII. Dominus Guaimarius Princeps Salerni interfectus est Anno principatus sui XXIII. Cui successit Gisulfus filius ejus.

C A P. XXI.

Anno Domini MLIII. mense Aprilis, Indictione VI. homines Amalphiæ & Atrani rebellaverunt expellentes prædictum Dominum Mansonem Ducem & Patrium. Subsequenti autem mense Octobris VI. Indictione, supradictus Dominus Johannes Patritius rediit de Constantinopoli, & recuperavit dominium, & regnavit annis XVI. & mortuus est.

C A P. XXII.

Huic successit Anno Domini MLXIX. Dominus Sergius ejus filius, & regnavit annis V. in pace. Jam verò post ejus obitum successit ei Dominus Johannes ejus filius. Qui antequam incoeperat regnare, vix ad modicum temporis intervallum, de mense Novembris XII. Indictione perdidit Terram & dominium Anno Domini MLXXIV. quod ei abstulit illustris Dux Robertus Guiscardus de gente Normannorum nobiliter oriundus. Regnavit autem in Ducatu Amalphiæ annis VIII. & mensibus VIII. Et obiit Anno Domini MLXXXII decimo septimo Calendas Augusti, IX. Indictione.

C A P. XXIII.

Hæc admonet locus, ut aliquid ex gentibus Ducis Roberti Guiscardi, &

A profapia generis sui interponatur; nec non quando Normanni primum in Apuliam venerunt. Anno verò Dominicæ Incarnationis DCCCCXCIX. quidam nomine Melb Catipanus primitus in Apuliam conduxit Normannos, quos secum habens, bellum cum Graecis in Apulia apud Basantellum commisit. Et non multum post temporis intervallum, ipse Melb Catipanus Civitatem Asculanam cepit, & multas alias Civitates & Castros, non desistens pugnare. Anno autem Dominicæ Incarnationis MXI. fames valida Italiam invasit. Quo etiam tempore idem Melb Catipanus cum Normannis Apuliam expugnavit. Sequenti verò Anno Basilius & Constantinus fratres Catipanum suum nomine Bubaganum magnâ cum thesauri pecuniâ duxerunt in Apuliam, ut circuens regiones sibi vindicaret, ac Imperiali dominationi subjugaret. Qui veniens omnia coepit tranquille agere, atque strenue ordinare. Hic in Apuliæ finibus Anno Domini MXIII. reaedificavit Civitatem diu dirutam muris parvis, quæ nunc dicitur Troja, & antiquitus Civitas Aclana vocabatur.

C Ipse autem nominatus Catipanus in finibus Samnii & Apuliæ reaedificavit atque constituit Urbes, & Oppida. Ipsaque Regio usque hodie Capitmata ex suo nomine nuncupatur.

C A P. XXIV.

Anno Dominicæ Incarnationis MXXXIX. Indictione VII. mense Julii, Normanni jam ingressi in Apuliam, ter, uno die cum Graecis gravi bello dimicaverunt juxta Aufdum. Et Normanni victores extiterunt. In ipso quidem proelio fuit Drogo Normannorum Comes, & quatuor ex fratribus ejus.

C A P. XXV.

Anno Dominicæ Incarnationis ML. Indictione III. Drogo Normannorum Comes defunctus est. Cui Hunfridus frater ejus Normannorum Comes successit, tenuit.

tenuitque potestatem ejus honoris per annos VII.

C A P. XXVI.

Leo autem Papa multis precibus ab Henrico Imperatore filio Conradi Imperatoris motus, per quorundam Samnitum suggestionem, Anno Dominicae Incarnationis MLIII. mense Julii, Indictione VI. venit Beneventum, ut Normannos de Apulia expelleret. Qui movens inde gressum, similiter cum Alemannis, quos Imperator secum portaverat, apud . . . Civitatem, & in finibus Salerni & Apuliae cum Normannis acriter pugnavit. Commisso itaque bello, Normanni totum Alemannorum exercitum in ore gladii miserunt. In ipso quidem belli apparatu defecerunt Alemanni, & ii, quorum suggestione in ipsorum auxilium venerant. Leo autem Papa minime per quod venerat perficere valens, reversus est Romam, unde cum armatorum manu in bellum processerat, quamque Sanctus fuisset. Hoc autem egit, quod non ejus id erat officium; neque hoc illi permissum fuerat à Domino, qui pati venerat, suosque ut ab aliis magis paterentur, quam ut alios persecuterentur, praemonuerat. Exercitus sui multitudo copiosa caesa est, ipso perspicente. Non enim Dominus Discipulis suis, & Successoribus suis praeceperat, ut seculares, veluti Principes sequuti materiales gradus, in Populum corruerent, sed verbo & dicto monerent pie, & conversationis exemplo instruerent.

C A P. XXVII.

Humfridus Comes Normannorum suum diem clausit extremum Anno Domini MLVII. relinquens sibi successorem filium suum strenuum Militem, nomine Bayelardum. Sed Robertus, qui nominatur Guiscardus, ipsius Humfridi Comitis frater, natus ex communi patre Tancredo Normannorum Comite, honorem illum sibi arripuit, praedictum Bayelardum nepotem suum expellens.

C A P. XXVIII.

Tancredus autem fuit timoris Dei non immemor. Qui duodecim filios habuit, quorum primus fuit Sarnus, qui Miles insignis exstitit; secundus autem Comes Goffridus, pater Roberti Comitis de Lavello; tertius verò Drogo Comes, de quo superius est scriptum; quartus autem Humfridus, & ipse Comes, qui propter fortitudinis suae prudentiam grandia faciens, pro nomine appellatus fuit; erat enim astutissimus & ferox, fortisque viribus; quintus exstitit Comes Humfridus; sextus Malogerus Comes quoque probus atque formosus; septimus itaque fuit Robertus Guiscardus. Hic autem per animi astutiam, ingenique prudentiam primus ex Normannorum genere, Apuliae Ducatum, honoremque adeptus est, quinimo non multo post sibi subegit Calabriam, & Lucaniam, atque Siciliam: militum namque disciplinam gloriosissime auxit. Octavus autem fuit Albertus armis strenuus; nonus Tancredus; decimus Humfridus Comes de Sancto Nicandro, paterque Roberti Comitis de Principatu: fuitque ipse Humfridus acer ingenio, constans animo, senisque naturâ. Undecimus Frumentinus; duodecimus Rogerius Siciliae Comes, qui Miles insignis exstitit, justitiae tenax, suis, suorumque opibus succedens, Ecclesiam Dei atque Sacerdotum consolans. Habuit etiam praedictus Tancredus filias tres.

C A P. XXIX.

Ricardus de gente Normannorum cum Jordano ejus filio factus est Princeps Capuae Anno Domini MLVIII. Indictione XI. Contra quem misit Imperator Goffridum Marchionem, ut expelleret Ricardum & Jordanum. Sed non potuit ille Marchio intrare Terram Laboris. Commissum est enim pluries bellum inter Ricardum Principem supradictum & Marchionem Goffridum apud Aquinum. Et

quia

quia iste minime praevaluit, propterea Ricardus fugavit Gotsfridum. Et tunc dicitur Princeps fecit Jordanum filium suum Comitem Aversae. Qui genuit filios Ricardum, Robertum, & Jonatham. Jonathas autem obiit sine liberis, & habuit in uxorem sororem Rogerii Comitis Siciliae.

C A P. XXX.

Comes Robertus Guiscardus Anno Domini MLX. vocatus à Trojanis civibus, ipsorum Civitatem in suam potestatem suscepit. Qui non post multos dies cum suo exercitu in Calabria Cusentiam cepit, ac omnium Normannorum Dux factus est. Et accepit uxorem Sicligaydam Guaimarii Principis Salerni filiam ex qua habuit filios Rogerium, Robertum, & Guidonem, & filias quinque. Ex altera prima verò uxore, nomine Alberada, prius habuit filium nomine Boëmundum. Sed idem Dux Nicolaum Papam regnare fecit, & fidem Romanae Ecclesiae servavit. Et statim more solito eundem Papa cum Apostolica potestate canonice investivit per Vexillum cum totis ejus Terris.

C A P. XXXI.

Ipse autem Nicolaus naturali est vita sanctus Anno Domini MLXII. Cui successit Alexander Papa. Quo Anno Princeps Ricardus Capuam cepit, eamque ordinavit. His autem diebus Robertus ad Alexandrum Papam proficiscens devenit, sicut fecit ad Nicolaum Papam.

C A P. XXXII.

Robertus Dux cepit Civitatem Vestis Anno Dominicae Incarnationis MLXVII. apprehenditque Caiypanum nomine Benatum. Hoc etiam tempore Dux praedictus Barum obsedit Apuliae Civitatem, & triennio eam incessanter terrâ marique fatigavit.

C A P. XXXIII.

Anno verò Domini MLXX. Indictione VIII. Robertus Dux Civitatem Ba-

rensem longa obsidione fatigatam cepit. Et inde movens exercitum in Siciliam ire praeparavit. Obseditque Panormum, ditissimam Siciliae Civitatem, & viriliter eam expugnavit, cepitque Anno Dominicae Incarnationis MLXXIII. Et exinde portas ferreas & columnas marmoreas quamplures cum capitibus effervi fecit Trojam in signum victoriae suae. Anno subsequenti ordinatis ibi municipiis, ipse Dux Trantum in Apulia Civitatem cepit.

C A P. XXXIV.

Alexandro Papa vitâ functo, eidem Anno Dominicae Incarnationis MLXXIII. cum maximo honore successit electus Papa Gregorius. Hic autem beatus Pontifex assumpsit sibi in amicos omnes Primates Campaniae, Apuliae, & Calabriae. Dux autem Robertus cepit Anno Domini MLXXV. Sanctam Severinam Civitatem Calabriae loco munitissimam. Tertio verò Anno, postquam obsederat eam, cepit quoque Civitatem Cusentiae, obsesâque Sanctâ Agathâ, quam incessabili oppugnatione cinxerat, cepit eandem.

C A P. XXXV.

His etiam diebus cum suo exercitu Dux Robertus proficiscens obsedit Salernum Civitatem, ob medicinae utilis artis peritiam diu famosam & praecipuam. In qua Gisulfus Princeps frater uxoris ejusdem Ducis Roberti, intus pugnabat. Dux autem Robertus acriter eandem Civitatem incessanter terrâ marique expugnavit, & non destitit, donec post septem menses obsidionis cepit illam mense Decembris Anno Dominicae Incarnationis MLXXVII. captusque ab eo fuit Gisulfus. Qui fame coactus, Turrim majorem, in qua se tuebatur, se cum suis reddidit Duci.

C A P. XXXVI.

In eadem verò Civitate Salerni ipse Dux Robertus construxit Ecclesiam in honore

honorem Beati Matthaei Apostoli & Evangelistae.

C A P. XXXVII.

In Panormo verò fecit idem Dux Robertus Monasterium in honorem Sanctissimae Dei Genitricis Mariae semper Virginis, Anno primo postquam cepit Salernum.

C A P. XXXVIII.

Idem Robertus Dux Beneventum obsedit acriter. Et jam expugnasset, nisi Romanus Pontifex, cujus praecepto parebat, hoc eidem Duci prohibuisset, & nequaquam ab incepto destitisset, donec eam Civitatem quoque cepisset.

C A P. XXXIX.

Simili modo Ricardus Princeps Capuanus Neapolim obsedit ipso eodem Anno, & fortiter illam Civitatem oppugnavit undique, ut eam caperet. Sed eodem Anno in eadem obsidione Princeps ipse obiit, Anno verò Principatus ejusdem XX. Indictione I. Fuit autem hic Princeps staturâ procerus, fortis animo, ingenio astutus, argutus & formosus, circa benevolas & fideles personas mansuetus atque benignus; rebellibus verò atque perfidis valde terribilis. Cui successit Jordanus ejus filius. Hic autem Jordanus accepit in matrimonio Guaitylgamiam filiam Guaimarii Principis Salerni, ex qua habuit filios Ricardum, Robertum, atque Jonatham.

C A P. XL.

Praedictus verò Robertus Dux obsidens Vicum Civitatem cepit eam Anno Domini MLXXX. ibidem grandia facientem fratrem suum capiens. Statimque lumine privari fecit eum, ex eo quod ipse & alii plures Barones rebelles exstiterunt. Ceteri verò metu perterriti male substituerunt. Sequenti Anno cepit Spinacorbam; & paucis evolutis diebus ipse Dux cepit Hydruntum, cepitque Tarentum. Deinde venit Salernum, & inde movens gressum processit

A ad Gregorium Papam, & ab eo accepit Vexillum Sancti Petri, de mense Junii apud Cipparanum.

C A P. XLI.

His autem diebus venit ad Ducem Robertum quidam dicens se Michaëlem Constantinopolitanum. Et valde conquestus est, se exinae expulsus fuisse. Ipse Dux Robertus proposuit auxilium sibi dare. Et, ut ejus mos est, diligenter illum accipiens, ac honorabiliter curam habens, secum duxit eum usque Salernum. Et inde movens gressum ad Hydruntum, ibidem Dux Anno Domini MLXXXI. assumpsit exercitum, apud Constantinopolim ire cupiens. Qui mare transiens cum Boë mundo filio suo applicavit Avellonam, ducens secum cum exercitu suo etiam uxorem suam, nec non praedictum Michaëlem, qui se Imperatorem dejectum fuisse conquerebatur. Et dimisit Rogerium filium suum, cum omnibus sibi commissis in Apuliam. Inter haec interim Nicephorus Botoniates Constantinopolis factus Imperator, adventum Roberti Ducis audiens, duxit Alexium magnum domesticum suum, cui commisit militiam, deditque sibi maximam thesauri copiam, ut non solum Christianorum, verum etiam Paganorum exercitum magnum congregaret, atque Duci Roberto viriliter resisteret. Qui Civitatem Adrianopolim pergens, quoscumque poterat, capiebat quotidie, & singulis diebus fidelitatis sacramentum sibi ab illis fieri studebat, quorum unicuique multa tribuebat, plurima jure jurando promittebat. Ceteris autem militibus, qui adhuc Nicephori dominium timebant, nihil interim tribuebat, sed eos saepe sic alloquebatur, dicens: Libenter vobis dare multa Imperator ipse promisit mihi, & thesauros mittere. Saepe etenim propter hoc ad eum accessi. Sed quia non misit, valde doleo. Sed ipse Alexius, ut suis creditoribus quasi redde-

ret, vasa propria, & vestes, quibus utebatur, quibusdam largiebatur, dicens: Si esset mihi posse tantum de meis largiendi (prudentes viri veluti estis,) ego vos ditissimos facerem. Et haec incessanter machinabatur, ut omnes ad se militum voluntates traheret. Pro quibus etiam ire ad Imperatorem disposuit, loquens ut sua quasi omnia illis donaturus transmittat. Qui dum Constantinopolim processisset, quoscumque potuit secum duxit. Et simili modo eos donis & promissionibus sibi allexit, subtrahens animos eorum ab Imperatoris amore. Qui in illa infelicitate numquam potuit esse securus. Alexius vero ipse postquam venit ad Imperatorem; tamquam fidelis Dux ad Dominum, ut eum magis securum redderet, simpliciter est loquutus. Sed quasi de se timens, noctu e Constantinopoli fugit, & ad exercitum properavit, & reversus est dicens: Imperator, propterea quod vestra stipendia efflagito, mihi vult mortem dare..... (a).....

C A P. XLII.

Petrus de Alaneo Archiepiscopus Ecclesiam Amalphanam dedicavit. Ipsum Palatium in nostro Archiepiscopatu fabricavit. Vineas quoque & hortos pastinavit. Et in Tramoto multa inferteta Castanearum infructuavit. Hic sevit plusquam annos XXII.

C A P. XLIII.

Eo vero defuncto iterum Clerus & Populus fieri fecerunt Johannem Archiepiscopum cognomento Sparanum. Qui fuit praeclarus in omnibus. Hic sedit annos VIII. cum dimidio, quum esset M XCVI. ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi.

C A P. XLIV.

Dominus Petrus Capuanus Cardinalis portavit Corpus Sancti Andreae Apostoli de Constantinopoli in Analphiam An-

Tom. I.

A no Domini MCCVIII. Et collocavit illud in Confessione, quam & cum titulo desuper ipse Cardinalis fecerat fieri de suo proprio sumtu infra navem Majoris Ecclesiae. Quam Confessionem postea compleri fecit Archiepiscopus Johannes Capuanus.

C A P. XLV.

B Et sub eo tempore quaedam navis Romanorum passa est naufragium in litore Civitatis Amalphanae juxta Doganam vetustam.

C A P. XLVI.

C Et quinque annis in Ecclesia Amalphanana & Civitate ejus positum fuit Interdictum. Post quinque annos Capitulum plures Ecclesiae possessiones vendidit. Et redemptum fuit Interdictum Centum Unciis.

C A P. XLVII.

Hic Archiepiscopus Matthaeus de Alanio ivit Romam ad Concilium generale, quod celebravit Dominus Innocentius Papa III. Anno Domini MCXXV. In quo Concilio dictus Dominus Matthaeus Archiepiscopus compressus fuit à nimia pressura Populi in ostio Ecclesiae Sancti Johannis Lateranensis, ubi Concilium celebrabatur, & ex illa pressura mortuus fuit.

C A P. XLVIII.

E Et successit in Archiepiscopatu Amalphiae Dominus Johannes Canonicus Amalphiae, filius Domini Johannis Capuani, qui fuit frater Domini Petri Cardinalis Sanctae Romanae Ecclesiae cum titulo Sancti Marcelli.

C A P. XLIX.

D Dominus Philippus Augustaricius, Praesul & Civis Amalphiae fecit suis expensis Campanam magnam, & novum ac pulcherrimum Campanile Anno Domini MCCLXXVI. Fecit etiam idem fieri Mythram auream.

A a

C A P.

(a) Multa desiderantur in fine hujus Capituli. Defunt & quamplurima alia Capitula in textu originali.

C A P. L.

Domnus Andreas de Alanco, Praeful & Civis ejusdem Civitatis Amalphiae, moribus ornatus, virtutibus decoratus, gratus Deo, benevolus omnibus satis, nobilis & discretus, Pontificatus Anno primo, & Anno Domini MCCXCIV. in inferiori Gructa, ubi est Corpus beatissimi Andreae Apostoli, fecit fieri caelum ornatum stellis cum diversis ornamentis; Crucem magnam cum pede de argento deaurato, & aliam Crucem argenteam deauratam.

F I N I S.

A Venio nunc ad Surrentum & Cajetanam, quae Urbes & ipsae olim Ducis nomen suis Praefectis dedere, quo tempore sui erant juris. Verum finitimis Principibus potentioribus cedere coactae, honoris tamen gradum in illorum titulis servarunt. Cujus rei & ego producere possum testes tabulas, in quibus Guaimarius IV. Salernitanus Princeps inscribitur etiam Dux Amalfis & Surrenti. Diplomatis hujus exemplum debeo supra laudati Monasterii Cavenfis Tabulario.

Donatio facta Ecclesiae Sancti Felicis à Guaimario IV. & Gisulfo II. Principibus Salernitanis, Anno 1051.

IN nomine Domini. Trigesimo tertio Anno Principatus Domini nostri Waimarii glorioli Principis, & Duodecimo Anno Ducatus ejus Amalfis & Surrenti; & Decimo Anno Principatus & ipsorum Ducatum Domini Gisulfi eximii Principis & Ducis, filii ejus, mense Martio, IV. Indictione. Dum coram presentia suprascripti Domini nostri Guaimarii Serenissimi & à Deo conservati Principis & Ducis, essemus nos Amatus & Joannes Judices, & plurima suorum more solito circumadesset turba filium, ipse Dominus Princeps & Dux, semper solitus placidum Deo exhibere famulatum, & cupidus in sanctis locis de rebus suis dare, per hanc Cartulam dedit in Ecclesia beati Confessoris Felicis, quae intra res suas, quae sunt in finibus Lucanie, constructa est, de terris suis campestribus, & cum vineis, quae sunt propinque ipsi Ecclesiae, & ex omnibus partibus terris ipsius conjuncte per mensuras justo passu hominis mensuratas. A parte Occidentis finis via, & passus centum octoginta. A parte Meri-

C diei est finis, sicut aliquantum vallitellum discernit, & passus centum. A parte Orientis sunt passus centum octoginta, & revolvit in ipsam partem Orientis per vallonem passus septuaginta, & revolvit in partes Septentrionis passus octoginta sex. Ab ista parte Septentrionis, sicut aliquantum vallone discernit, & passus ducenti triginta; cum omnibus, quae intra ipsas terras sunt, cumque earum pertinentiis, & cum vice de ipsa via. Ea ratione, ut semper sint in potestate Custodum ipsius Ecclesiae, & ipsis terris utantur, suantur, & de usufructu earum faciant quod voluerint. Et ipse Dominus Princeps & Dux obligavit se & suos heredes semper defendere Custodibus ipsius Ecclesiae suprascriptam donationem ab omnibus hominibus, quibus per ipsos Dominum Principem & Ducem, & illius heredes, illud, vel ex ipso comodo, quocumque datum aut obligatum aut alienatum parverit, & qui pro illorum parte & dato quascumque causationes de eo ipsis Custodibus jam dictae Ecclesiae preposuerint. Et si, sicut super-

superius scriptum est, ipse Dominus Princeps & Dux, & ejus heredes ipsis Custodibus jam diſſe Eccleſie non adimpleverunt, & ſupraſcripta, vel ex eis quicquam removere aut contradicere preſumpſerunt, obligavit ſe & ſuos heredes componere Cuſtodibus ipſius Eccleſie ducentos auri Solidos Conſtantin. & duas Chartulas unius tenoris, hanc quam ipſi Eccleſie emiſit, & alteram quam ipſe Dominus Princeps reinet, te Romoaldum Notarium ſcribere precepimus, qui inter fuſti.

* Ego qui ſupra Anatus Judex.

* Ego qui ſupra Joannes Judex.

Ducum quoque Cajetanorum mentio eſt in antiquis monumentis; immo ſuos etiam Rectores Fundani Civitatis Saeculo Decimo Ducis titulo ornat. Refert Ughellius in Appendice ad Tomum V. Ital. Sacr. in Episcop. Cajetan. tabulas ſcriptas, Imperante Domino noſtro piſſimo perpetuo Auguſto Ottone, Anno Imperii ejus Octavo Decimo (ideſt Anno DCCCCLXIX. illud enim Decimo delendum eſt) & temporibus Domini Johannis glorioſi Conſulis & Ducis, filii Martini (potius

A Marini) glorioſi Conſulis & Ducis filius ejus, Anno Octavo, menſe Martio, Gajeta. Inter eos, qui adſunt, memoratur Dominus Marinus Dux Fundanus. Anno etiam MLXIV. memoratum videas Raynerium Comitem filium quondam Domini Leoni glorioſi Conſuli & Ducis. Et Anno MCV. Ricardus Dux Gajetanorum & Comes Sueſſanorum. Verum tot Apuliae, Campaniae, & Calabriae Principatus ſenſim Saeculis Undecimo & Duodecimo coaleverunt unà cum Sicilia in Principes Nortmannos, uti ex ejus regionis Hiſtoria conſtat. Urum tamen addere placet ad illuſtrandam Regni Neapolitani Hiſtoriam. Certum eſt, Robertum Guiſcardum inclytum Ducem inter alia Principatu Salernitano fuiſſe potitum, quem cum ampliffima aliarum ditionum copia in Rogerium Ducem filium ſuum tranſmiſit. Cujus rei etſi nihil opus eſt adducere teſtes, attamen ex Archiſo ſupra laudati Monafterii Cavendiſis Diplomata duo deſcripta producere ſtatui, Salerni Dominum eundem Rogerium nobis oſtendentia.

Rogerus Apuliae & Calabriae Dux, ſive Robertus Guiſcardus Dux
ejus pater, Caſtellum de Comite concedit Alfano I.
Archiepiſcopo Salernitano, Anno 1080.

IN nomine ſancte & individue Trinitatis. Rogerus divina favente clementia Dux. Si divina cultum, ſancte Eccleſie honorem atque cultorem debita reverentia ordine digno attendimus, proſeſo noſtra devotione circa ſanctam Dei Eccleſiam diligentiffimam curam ac ſolacium adhibere debemus, ut tanto noſ ſuperna pietas gratioſe protegat, quanto ferventius ſuam Eccleſiam pro viribus exaltare atque tueri ſatagimus. Incirco pro amore omnipotentis Dei & Domini

D noſtri Jeſu Chriſti, & ſancte ejus Genitricis & Virginis Marie, & beati Apoſtoli & Evangeliſte Mathei, & ſalute anime noſtre, noſtrorumque omnium parentum, & petitione Domine San.... dilecte conjungis noſtre, concedimus in Archiepiſcopio hujus nobis à Deo conſeſſe Salernitane Civitatis, cui Dominus Alfanoſus gratia Dei Archiepiſcopus preeſſe dignoſcitur, locum qui dicitur Caſtellum de Comite, quod modo ipſi Curti noſtre jure pertinet, cum hominibus, ter-

ris, & vineis, Ecclesiisque, & cum omnibus, que illic habemus, & cum omnibus que homines illius loci modo habent, vel habituri erunt; ea ratione, ut pars, loca & homines, & omnes ex eis descendentes semper sint in jurisdictione ipsius Salernitani Archiepiscopii & non aliter, nisi ut cuncta servitia & census & donationes, & quidquid nobis & parti nostre Reipublice facere & persolvere debent & debuerint, ipsi Domino Archiepiscopo, ejusque successoribus & parti ipsius Archiepiscopii omni tempore faciant & persolvant, & neque à nobis & nostris Judicibus, Comitibus, Gastaldeis, neque à quibuscumque Actoribus nostre Reipublice habeant ipse Dominus Archiepiscopus, ejusque successores, & pars ipsius Archiepiscopii quolibet tempore, ex hoc quod ut dictum est concessimus, aliquam contrarietatem, sed in perpetuum secure illud habeant, & ex eo, quod voluerint, faciant. Quod si quis temerario ausu hujusmodi concessionis violator extiterit, sciat se compositurum auri purissimi Libras quinquaginta, medietatem nostre Curie, & medietatem parti ipsius Archiepiscopii. Et hec concessio, ut superius legitur, semper firma & inconcussa permaneat, Scriptum vero hujus nostre concessionis scribere precepimus tibi Ursoni nostro Notario, Anno Dominice Incarnationis MLXXX. mense Octobris, Indictione IV.

A Habeo heic tenebras, sive è Charta ipsa, sive è Librarii incuria offusas. Octobri mense Anni MLXXX. respondet Indictio IV. At quomodo Rogerius tunc temporis non tantum Dux fuit, sed & Diplomatum largitor, vivente adhuc & dominante Roberto Duce ejus patre? Contra apud Ughellium Tom. VII. Ital. sacr. in Archiepiscop. Salernitan. profertur Diploma ejusdem Roberti Ducis datum ipsi Alfano I. Archiepiscopo Salernitano, ipso Octobri mense ejusdem Anni MLXXX. Quid est ergo, quod ejus filius Rogerius ipso tempore Ducem & Dominum Salerni agit? Uti que pro Rogerius scriptum fuisse videtur in ea Charta Robertus. Si tamen Rogerii nomen servatum velis, aut serius consignanda erit Charta, aut conjiciendum, ipso Anno MLXXX. Rogerium à patre consortem Ducatus fuisse renuntiatum: quod hætenus Anno subsequenti, aut etiam Anno MLXXXII. factum Eruditi censuerunt. Verùm conjectura ista ruit, ubi alterum Diploma consideres, quod mox subdam, à Rogerio ipso datum Anno MLXXXIX. Ducatus verò nostri Anno Quarto. Ergo Anno MLXXX. nondum Dux à patre constitutus fuerat Rogerius.

B

C

D

Confirmatio omnium jurium ac bonorum facta Alfano II.
 Archiepiscopo Salernitano à Rogerio Duce
 Apuliae, Anno 1089.

IN nomine Sancte & individue Tri-
 nitatis. Rogerius filius gloriose me-
 morie Domini Roberti excellentissimi Du-
 cis. In divinum cultum & sancte Ec-
 clesie honorem atque utilitatem debitâ re-
 verentiâ & ordine digno attendimus; pro-
 fectò devotione tota circa sanctam Dei
 Ecclesiam diligentissimam curam & so-
 latium adhibere debemus, ut tanto nos
 superna pietas gratius protegat, quanto
 ferventius suam Ecclesiam pro viribus ex-
 altare atque tueri satagimus. Idcirco
 pro amore omnipotentis Dei & Redem-
 ptoris nostri Jesu Christi, & pro salute
 anime prefati nostri Genitoris & nostre,
 concedimus & confirmamus in sagro Saler-
 nitano Archiepiscopo, cui nunc Dempnus
 Alfanus gratia Dei Archiepiscopus preest,
 integram terram, que Pratum Domni-
 cum dicitur, quod est foris hac nobis à
 Deo concessa Salernitana Civitate, per
 fines & mensuram justo passu..... ho-
 minis mensur..... a parte Occidentis
 est finis terram ipsius Archiepiscopii,
 que similiter Pratum dicitur: à parte
 Setentrionis est finis Via antica, que
 modo non frequenter uicitur, & discer-
 nit ab hac terra, & alia terra cum
 arbutis, quam nos retinemus: & per
 ipsam Viam mensura passus centum: à
 parte Orientis similiter est finis terra,
 quam nos retinemus, & passus septua-
 ginta octo, & revolvit in partem Occi-
 dentis juxta eandem finem passibus sex-
 decim, & revolvit in partem Meridiei
 similiter passibus octuaginta & duobus
 usque Fontem, qui ibi est. Et deinde
 per medium ipsum fontem recte descen-
 dit, & vadit in parte Meridiei usque
 viam, que ducit prope litus maris: ab

A ipsa parte Meridiei est finis eadem Via,
 & per eam recte mensura passibus se-
 ptuaginta octo usque superscriptam prio-
 rem finem. Et eadem quoque terra per
 superscriptas fines & mensuras in ipso
 Archiepiscopo, ut dictum est, concedi-
 mus & confirmamus cum omnibus, que
 intra eam sunt, cunctisque ejus perti-
 nentiis, & de ipsis viis, ea ratione ut
 semper sit in potestate supradicti Domni
 Alfani Archiepiscopi, ejusque successo-
 rum, & licentiam habeant de eo face-
 re, quod voluerint. Nec non concedimus
 & confirmamus in eodem Archiepiscopo
 omnia, que a singulis nostris predeces-
 soribus, videlicet Imperatoribus, Regibus,
 Ducibus, atque Principibus, ibidem con-
 firmata atque concessa, seu data vel
 oblata tam per Precepta quàm etiam per
 Breves sigillatos, seu per Cartarum nu-
 minina esse videntur, ut semper pars
 ipsius Archiepiscopii cuncta ea securiter
 habeat, & faciant ex eis quod volue-
 rint. Et neque à nobis nostrisque here-
 ditibus & successoribus, neque à nostris
 Judicibus, Comitibus, Castaldis, neque
 à quibuscumque auctoribus Reipublice no-
 stre, seu aliis quibuslibet hominibus, ipse
 Dominus Archiepiscopus, ejusque succes-
 sores, & parres ipsius Archiepiscopii
 habeant ex eis, que, ut dictum est, in
 prefato Archiepiscopo concedimus & con-
 firmamus, quolibet tempore aliquam con-
 trarietatem; sed in perpetuum ea omnia
 securiter habeant & faciant ex eis, si-
 cut supra scriptum est, quod voluerint,
 omni publica & aliorum hominum con-
 tradictione remota. Quod si quis forte
 temerario ausu hujus nostre concessionis
 & confirmationis quolibet tempore viola-

tor extiterit, sciat se compositurum auri purissimi Libras centum, medietatem Camare nostre, & medietatem partibus ipsius Archiepiscopi. Et hec nostra concessio & confirmatio semper firma & inconcussa permaneat. Textum vero hujus nostre concessionis & confirmationis, tibi Landulfo meo Notario scribere precepimus, & cum meo Tipario plumbeâ bullâ bullari jussimus, Anno Dominice Incarnationis MLXXXIX. Ducatus vero nostri Anno Quarto, mense Julio, concurrente Indictione XII.

A * Ego Rogerius Dux me subscripsi.
 * Signum Guarnavii Comitis Capuataquensis.
 * Ego Paganus de Florenza.
 Ex his habes Rogerium Ducem Guiscardi filium, dominantem quoque Salerni. Atqui Anno sequente MXC. invenio Robertum divina clementia annuente Comitem Salernitani Principatus, & Privilegia more Principum concedentem. En Chartas ipsas ex ipso Cavenli Coenobio deductas.

Robertus Comes Principatus Salerni Alfano II. Archiepiscopo Salernitano omnia bona & jura confirmat,
 Anno 1090.

IN nomine Domini Dei eterni & Salvatoris nostri Jesu Christi. Anno ab Incarnatione ejus MXC. temporibus Domini nostri Rogerii gloriosissimi Ducis, mense Junii, Indictione XIII. Robertus divina clementiâ annuente Comes Salerni Principatus, filius quondam Domini Comitis Guillelmi. Justum esse credimus & conveniens rationi, ut ea que Ecclesiis justa & pia largitione Principum & oblatione fidelium conferuntur eis, ab omnibus Christi fidelibus stabilitate perpetua conferantur. Per hoc enim vite eterne acquiritur meritum, & pro animabus eterna.....perpetuo comparantur. Ea propter notum esse volumus perenniter universis, quod nos scientes, Casale Liciniani cum omnibus hominibus & pertinentiis suis, terras ad Sanctum Petrum de Thoro, Portum cum Lunare & passagio, hac cannitias pro piscibus capiendis in fluvio Silaris, atque totum tenimentum cum terris & silvis de loco, qui dicitur Petta, Ecclesiam Sancti Viti cum Curte sua & terris, in eodem loco existentem, nec non & quasdam alias possessiones, & terras cultas

C & incultas in pertinentiis Terre nostre Eboli existentes, sacrosancto Salernitano Archiepiscopo, in quo Dominus Alfano Secundus Archiepiscopus preest, per bone memorie Dominum G. filium Secundum gloriosum Principem gentis Longobardorum & Principatus Salerni, divine miserationis nutu esse data perpetuo & concessa, ad preces prefati Domini Archiepiscopi, & Domine Gilie dilecte conjuncis nostre, & pro remissione peccatorum nostrorum, atque ob reverentiam beati Matthei Apostoli & Evangeliste, cujus precibus apud Deum quotidie adjutamur, de consensu & voluntate Domini nostri Rogerii Ducis incliti, predictorum Archiepiscopo, ejusque Pastoribus quantum ad nos pertinet, possumus, & habemus, concedimus, damus, & perpetuo predicta omnia confirmamus. Insuper concedimus & mandamus statuentes, ut omnes homines presentes & futuri tam in predicta nostra Terra Eboli, quam de Casale Liciniani Vassalli Archiepiscopi sepe dicti habitantes, sint in predicta Terra nostra Eboli, & in pertinentiis suis perpetuo liberi & esempri

pti ab omni datione, & ab omni jure
 astricture, plateatici, & portatici, tam
 in personis, quàm in mercibus & in re-
 bus suis, quas intronitent in Ebulum
 vel extraxerint de eodem. Et ut isdem
 homines Vassalli Archiepiscopi supradic-
 ti de omni questione & placito, que in-
 ter se habuerint, vel contra eos, quomo-
 documque moventur ab aliis, semper co-
 ram Bajulis & Judicibus predicti Dom-
 ni Archiepiscopi & successorum ejus, at-
 que memorati Archiepiscopi debent libere
 conveniri. Propter quod concedimus ei
 Curiam in Terra nostra Ebuli super ipsis
 semper regere & habere, secundùm quod
 eam ipsum Archiepiscopum in ipsa Ter-
 ra nostra Ebuli novimus habuisse hacte-
 nus & habere. Preterea de affluentiori
 gratia & mera liberalitate nostra conce-
 dimus ex nunc, & in perpetuum damus
 sepe dicto Domino Archiepiscopo & suc-
 cessoribus suis, atque Archiepiscopo me-
 morato & confirmamus p.....as de om-
 nibus relictibus nostris platearum, plan-
 carum tincte * ulente predictæ nostre
 Terre Ebuli, & de omnibus nutriti-
 vis animalium, que nos & successores no-
 stri habemus & habuerint in eadem Ter-
 ra & in ejus pertinentiis quomodocumque;
 ea ratione ut omnia supra dicta que in
 presentia Judicum Roberti & Johannis
 & testium subscribendorum voluntarie de-
 dimus & concedimus Archiepiscopo su-
 pradicto, semper sint juris & ditionis
 ipsius Archiepiscopi & Pastorum ejus,
 & potestatem habeant de eis semper fa-
 cere quod voluerint, at utilitatem & ho-
 norem perpetuum Archiepiscopi memora-
 ti. Propter quod per nostram bonam vo-
 luntatem & convenientiam promittimus,
 & per factam stipulationem dicto Dom-
 no Archiepiscopo pro parte sua & Ec-
 clesie sue obligamus nos nostrosque succes-
 sores & heredes cuncta, qualiter superius
 scripta sunt, semper ipsi Domino Archie-
 piscopo, eiusque successoribus, & parti-
 bus ipsius Archiepiscopi defendere & an-

A testare ab omnibus hominibus: & cum
 pars ipsius Archiepiscopi voluerit, pote-
 statem habeat per se ea defendere quali-
 ter voluerit, & neque à nobis nostrisque
 successoribus seu heredibus, atque ab a-
 liis quibuslibet hominibus aliquam mole-
 stiam seu requisitionem ex iis, quæ su-
 perius jam dicto Archiepiscopo concedi-
 mus, donamus, & confirmamus, ipse
 B Dominus Archiepiscopus & successores sui,
 seu pars ipsius Archiepiscopi patiantur,
 sed in perpetuum ea omnia securiter ha-
 beant, possideant, & disponant. Si quis
 fortè temerario ausu harum nostrarum
 concessionum, donationum & confirma-
 tionum violator extiterit, sit sub male-
 dictione Domini nostri Jesu Christi, &
 à Regno suo separetur, & cum Juda
 C preditore in eterno gehenne incendio sit
 dampnatus. Amen. Denique pro securita-
 te atque defensione Archiepiscopi supra-
 dicti ego Robertus Comes una cum Da-
 nina Gilia Comitissa conjuge mea hoc
 Preceptum fieri fecimus, & tibi Johan-
 ni Notario scribere jussimus, & tam
 nomina nostra quam nomina Judicum
 predictorum & testium subscribendorum
 D testari fecimus, & sigillo nostro sigillari.
 Actum & confirmatum in Castello,
 quod Murus nuncupatur, Anno, mense,
 & Indictione supradictis.
 Que omnia ego Johannes Notarius
 Castellum de Muro scripsi, & meo
 signo signavi.
 * Ego Robertus Comes supradictus
 istud confirmo.
 * Ego Gilia Comitissa istud idem
 E approbo.
 * Ego qui supra Robertus Judex.
 * Ego qui supra Johannes Judex.
 * Ego Mellus de Tabella istud firmo.
 * Ego Johannes Pipe istud testor.
 * Ego Ursus de Curanna hoc vidi
 & audiui, & testis sum.
 * Ego Geroldus de Contursi testis sum.
 Ejusdem Diplomatis mentio est in
 altera Charta, quam subjicio.

Possessio capta ab Alfano II. Archiepiscopo Salernitano quorundam
honorum sibi concessorum à Roberto Comite Principatus
Salernitani, Anno 1098.

IN nomine Domini Dei eterni & Sal-
vatoris nostri Jesu Christi. Anno ab
Incarnatione ejus M^oXC^oVIII. temporibus
Domini nostri Rogerii gloriosi Ducis,
Mense Junio, Sexta Indictione. Cum
coram presentia Domni Alfani gratiâ
Dei Archiepiscopi sancte Sedis hujus Sa-
lernitani Archiepiscopatus essemus nos Jo-
hannes & Grimoaldus Judices, aliique
complures homines, inter quos specialiter
convocati aderant gloriosus filius quon-
dam Pandulfi Comitis & Johannes fi-
lius quondam Guaiserii, & Bernardus
filius quondam Alserii, Johannes qui
dicitur Piper, & Ursus qui dicitur de
Kiranna, una cum quodam Johanne No-
tario, accesserunt dicentes, missos esse à
Roberto Comite Salernitani Princi-
patus, filio quondam Gulielmi Comitis,
& Gilia Comitissa uxore ejus: &
in eadem presentia ostenduerunt unum Pre-
ceptum sigillo ipsius Roberti Comitis si-
gnatum, qualiter ipse Robertus pro a-
more Dei, & salute anime prefati ge-
nitoris sui, simul etiam pro salvatione
sua & ejusdem conjugis sue, & redem-
ptione peccatorum illorum, presentibus
testibus, qui in eo subscribendi erant
per interventu prefate Gilie Comitissa
conjugis sue, concesserunt, obtulerunt
donaverunt, & remisissent, in Ecclesiam
sanctae semper Virginis Dei genitrici
Marie & beati Apostoli & Evangelis-
te Matthei, que est Sedes ipsius Saler-
nitani Archiepiscopatus, cui Dominus Al-
fanus Secundus Archiepiscopus preest, to-
tam & integram terram, que dicitur de
Rivo Petroso per fines, que in eodem Pre-
cepto adnotate sunt. Insuper & obtulerat
& remiserat in eodem Archiepiscopio Ec-

Aclesiam Sancti Georgii ibi propinquam,
cum terris & silvis & pascuis & aquis
& vineis & omnibus ad ipsam Ecclesiam
pertinent, & qualiter à Rectore ipsius
Ecclesie, qui nunc ei preest, tenentur
& possidentur, & dominatus est per un-
num diem & unam noctem, cum vice
de viis & pertinentiis suis. Pariter et-
iam concesserat & obtulerat in eod m
B Archiepiscopato homines & censiles suos,
quorum nomina in ipso Precepto ascri-
pta esse videntur, cum uxoribus & li-
beris eorum & omnibus stabilibus &
mobilibus, reusque illis pertinentibus,
& cum omnibus rebus stabilibus, que
fuerant Andree & Papa Theori & Pe-
tri de Aurilia; ea ratione ut omnia su-
perius dicta semper essent juris hac di-
Ctionis ipsius Archiepiscopii: & prefa-
tus Dominus Archiepiscopus, ejusque
successores, & pars ipsius Archiepisco-
pii licere haberent de heis facere quod
velent, sicut ipsum Preceptum conti-
net, quod scriptum est per jam dictum
Johannem Notariumque presenti Anno,
preterito Mense Majo, presentique Indi-
ctione. In quo ipse Robertus Comes,
& Gilia Comitissa, & Mellus de La-
vella, & dictus Johannes Presbiter,
Ursus & Geroldus de Conturso sub-
scripti sunt. Et ut ipsum Preceptum o-
stensum hac lectum fuit, ipsi Johan-
nes Piper, & Ursus de Kiranna di-
xerunt, se etiam interfuisse & vidisse
& audivisse cum omnia in eodem Pre-
cepto leguntur fieri, & de ejus ipsum
E Preceptum firmari, & dicto Johanni
Notario scribere ipsi Comes & Comi-
tissa precepissent: & ipsi Johanni &
Urso ab ipsius Comite & Comitissa cum
sum-

summa devotione iussu fuisse, ut ipsum Preceptum pro illorum parte ad hanc Sanctam Sedem adducerent, & super Altare beati Apostoli & Evangeliste Matthæi illud ponere; quatenus ipse Dominus Archiepiscopus, ejusque successores, & pars ipsius Archiepiscopii licentiam haberent de ipso Precepto & omnibus, sicut idem Preceptum continet, facere quod voluerint. Quapropter ipsi Johannes Piper & Ursus de Kiranna simul cum dicto Domino Archiepiscopo & Clero ipsius Archiepiscopii, unâ nobiscum & supra omnibus, qui, ut prelegitur, convocati fuerant, prefatam Ecclesiam Sancte Dei Genitricis & virginis Marie, & beati Apostoli & Evangeliste Matthæi introiverunt, & jam dictum Preceptum super ipsum Altare Sancti Matthæi posuerunt; promittentes & fidem ipsi Domino Archiepiscopo prebentes, ut omnia, velud ipsum Preceptum continet, fieri. Et ita de eis ipsum Preceptum jam dicto Johanni Notario scribere ipsi Comes & Comitissa iussissent, & specialiter ipsi Johanni & Urso mandarent, ut ipsum Preceptum ab illorum parte adduceretur; eodem sacro Altari, ut dictum est, poneretur. Postea vero ipse Dominus Archiepiscopus benedictionem dedit ipsi Johanni Piper & Urso pro parte dictorum Comitis & Comitisse trecentos sexaginta Solidos monete istius Civitatis: qualiter tibi Alfano Notario, qui interfuisti, scribere precepimus.

* Ego qui supra Johannes Judex.

* Ego qui supra Grimoaldo Judex.

* Signum manus dicti Geroldi.

* Signum manus prenominati Johanni filii Guaiserii.

* Signum manus prefati Berardi.

Sed quis iste Robertus Comes Principatus Salernitani? Nihil de eo mihi occurrit apud accuratissimum Camillum Peregrinum. Immo Romualdus ipse Salernitanus Archiepiscopus, qui

Tom. I.

A altero Saeculo Chronicon scripsit, à me editum Tomo VII. Rer. Italicar. nullum de eo verbum facit. Is verò in utraque Charta inscribitur *Filius quondam Comitis Guilielmi*. Conjecturam meam profero. Hieronymus Surita, sive Dominicus à Portonariis in Praefatione ad Historiam Gaufrædi Malaterræ, Tomo V. Rer. Italicar. censuit, Guilielmum Ferreabrachium, primum Apuliæ Comitem, fratrem scilicet Roberti Guiscardi natu majorem, sine liberis vivendi finem fecisse. Sed videndum, an non ipsius Guilielmi Ferreabrachii filius fuerit *Robertus*, ut nuper vidimus, *Comes Salernitani Principatus*. Guilielmus Apulus in Poëmat. de Normann. Lib. 4. edito Tom. V. Rer. Italicar. narrat, à Roberto Guiscardo Duce electum successorem, & adscitum ad Ducatus consortium fuisse Rogerium filium, quo tempore idem Robertus bellum Graeco Imperatori intulerat. Addit curae *Roberti Comitis* Rogerium adolescentem commendatum fuisse:

D *Jus proprium Latii totius, & Appulae quaque
Cum Calabria, Siculis, loca Dux dat
habenda Rogero.
Roberto Comiti committitur, atque Girardo.*

Quis verò fuerit iste *Robertus*, continuato sermone indicat Poëta, haec subdens:

E *Alter fratre satus, fidissimus alter amator.*

Quum ergo *Robertus Salernitanus Comes Guilielmi Comitis* filius fuerit, illum putare fas est eundem, cui traditus fuerit educandus Rogerius Guiscardi filius, & cui pater fuerit Guilielmus Ferreabrachia. Is autem Salernum Feudi titulo consequutus fuit

B b

se

se censendus est: quod & indicant ejus verba, quum nempe ait, se do nationem illam facere *de consensu & voluntate Domini nostri Rogerii Ducis incliti*, atque Annos ejus Ducatus enumerat.

Sed regrediendi tempus est; jam enim nos advocat *Ducatus Tusciae*. Si adquiescendum Cosmo ab Arena in Serie Ducum Tusciae pag. 54. qui erudite hoc argumentum versavit, vel sub ipsis Regibus Langobardis *ad morem Forojuliensis Ducatus adlectus est Dux ad regendum & Tuscum*. Contra Matthaeus Palmerius in Chronico suo ad Annum DCCLXXVI. scripsit, sub Regibus Langobardis Tusciam *Ducatus* appellatione minime fuisse distinctam; eorum enim temporum Historiam percurrenti, nulli alii occurrunt Duces, praeterquam Beneventanus, Spoletanus & Forojuliensis: atque in ejusmodi sententiam inclinasse etiam videtur doctissimus Vir Camillus Peregrinus in Lib. de Ducat. Beneventano. Verum prae laudatus Cosmus ab Arena, ut suam opinionem validioribus niti fundamentis ostendat, praecedente sibi Francisco Maria Florentino in Monument. Comitissae Mathildis, profert circiter Annum Christi DCXXX. aut DCLVI. *Tasonem Ducem Provinciae Tuscae*, à Fredegario in Chronic. num. 69. memoratum: & postea *Allonifnum, Walpertum, Oberium, Albertum, & Tachipertum*, qui ante Caroli Magni Imperium (ut is opinatur) ejus Provinciae *Duces* fuerunt; tum sub Francis *Allonem, Wi-*

chevamum, Bonifacium I. & Bonifacium II. ejus filium, ex quibus progeniti sunt Principes nobilissimi *Adalberti* duo *Duces & Marchiones Tusciae*, propagatores Familiae Estensium Marchionum, uti in Antiquitatibus Estensibus pluribus conjecturis productis perquam verisimile ostendi. Verum multa sunt, quae me absterrent (absterruerunt antea & amicum, eundemque eruditissimum virum D. Gasparem Berettum Monachum Benedictinum in Dissertat. Chorographica medii aevi num. 98. quam edidi Tom. X. *Res. Italicarum*) ab opinione Florentinii & Cosmi supra laudati amplectenda. Quum enim aperte jam intellexerimus, fuisse olim *Duces* sive Praefides *unius Civitatis*: quicumque ante Annum Christi Octingentesimum à Cosmo de Arena recensentur, dubitare possumus, num fuerint unius potius *Lucensis Urbis*, quàm universae *Tusciae Ducis*. Neque Fredegarius illius auctoritatis Scriptor est, ut eadem omnino controversiam hanc dirimendam sinamus, scribenti de rebus à se non parum remotis. Praeterea significare ejus verba possunt *Tasonem* unum ex *Ducibus Tuscae Provinciae*, non verò Rectorem Provinciae universae. Legi olim & descripti è ditissimo Tabulario Archiepiscopi Lucensis antiquissimam Chartulam, quam heic ad commodum Eruditorum apponere juvat, barbariem quidem undique spirantem, sed non minus gratam Antiquitatum amatoribus.

Donatio praediorum facta Ecclesiae Sancti Petri in Civitate Lucensi à Fortunato Presbytero, ejusque filio Bonualdo Presbytero, reliquum vitae in Monasterio agere cupientibus, licentiâ per eos petiâ à Teleperiano Episcopo, & Walperto Duce, Anno 713.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi. Regnante Domino nostro Liutprand viro excellentissimo Rege Anno Regni ejus Secundo per Indictione Undecima feliciter quod in terra pax hominibus bone voluntatis &c. Ego Fortunato religioso Presbyter una cum filio meo Bonuald. v. v. Presbyter, nus ad sancto Domini commendare Altario, & fragilis hic periturus relinquere, dum eum Domino meo Jesu Christi complacuerit, in loco qua natis sumus Vico, qui vocatur Cassiana, uno potente consilio Deo dignum est, nus habitare in Monasterio petivimus licentiam Domni Teleperiani Dei gratia Episcopo, & cum gratia Domni Walperti Duci nostro Civitatis nostre Lucensis, quantum virtus animi, & ad fundamentis, fabricis, vestibulis Ecclesiis constitucimus in honore Sancti Petri a Suprascripto Fortunato decrevi inter me & filiis meis, ut ego pro omnibus rebus meis indefenito prope ipsa Ecclesia Presbyteri modiorum duodecim, & vergario medi loco uno prope ipsa Ecclesia omnia in integrum, idest portiuncula mea in integrum ego Fortunato per mercedem & remedium anime mee offero Deo & Ecclesie Sancti Petri, quem mihi heredem constitui simul & ego Bonuald v. v. Presbyter ipsa portiuncula mea quanta pars, qui mihi ad fratribus meis advinet, excepto campo vel vergario, qualiter superius legitur, quod in potestatem portionis Fortunati demisimus. omnia & in omnibus parte mea cultum adque incultum, movile vel

A immovile scoque semoventibus, omnia in integrum offero Deo & Sancti Petri, quem mihi heredem constitui tam movile quam immovile seo semoventibus, quidquid habere visi sumus, vel adhuc conquivere potuerimus ab hac die firma ad ipsa sancta vertute in integra possedeat, & unquam ullo tempore ad novis retragendum est ad alia Ecclesia aut ad alium Sacerdotem, quod ad novis offertum est, nisi qui inivi Abbas fuerit, & quem voluerit secum habere, & si quis filiis vel nepotibus nostris sine conjure Deo servare voluerit, & regulariter vivere, ipsi fruatur in honore Domini; & si Abbas de hac luce migratus fuerit, & dormieret cum patribus suis, quem Monaci ipsi elegerint de eo Monasterio ipso sivi a-veant Abba ordinatus, & si quis de novis quod ab se substragere volueret, vel proprio defendere, vacuus & enanis exinde exeat, & dona nostra in integro Deo & Sancto Petro permaneat confermatam.

D Quam viro Cartulam dotalium ego Sichead à XI. indignus Presbyter ex jussione Domni Thalesperiani venerabili Episcopo, vel ex rogatus Fortunati & Bonuald Presbyter hanc Cartula dotalium scripsi & perpetui temporibus permaneat.

Actum in Civitatem Lucense sub die, & Regnum, & Indictione suprascripta feliciter.

Signum manus Fortunati viri religiosi benefactori & conservatori.

Signum manus Bonualdus venerabili Presbytero, benefactori & conservatori.

Signum manus Benetato filio ejus consentientis.

Signum manus Roduald V. D. filio ejus consentientis.

Signum manus Bavonte filio ejus consentientis.

Signum manus Widicau V. D. testis.

Signum manus Wileradu V. D. testis.

Signum manus Benenato V. D. testis.

Signum manus Mauricioni V. D. testis.

Et post hanc completa Cartula rememoravimus particellula nostra de Oliveto in Vaccule, ego Fortonato & Bonuald parte nostra in integrum offerimus Do & beati Sancti Petri, quem novis heredem constituimus.

Ego Sicherado indignus Presbiter hanc Cartulam ex autentico fideliter exemplavi.

Vides heic preces porrectas ab hisce Presbyteris Domno Walperto Duci nostro Civitatis nostrae Lucensis. At haec evincere videntur, in una Lucensi Civitate ejusque agro conclusam fuisse Walperti hujus Ducis auctoritatem, neque majorem excogitandam in ceteris, quos ante Annum DCCC. Lucensia monumenta exhibent. Si Walpertus Provinciam universam Ducis titulo rexisset, Dux Tusciae, non autem Dux Civitatis nostrae Lucensis appellandus fuisset. Haec praeficiens Franciscus Maria Florentinus, emunctae naris Scriptor, utpote quem non lauit ejusmodi Charta, eamque minime dissimulavit in Monumentis Mathildis Comitissae Lib. 3. opinatus est, Walpertum, ceterosque supra memoratos Duces à Lucensi Urbe, uti capite Tusciae Provinciae, titulum Ducis assumpsisse, non secus ac Dux Fori Julii ab Urbe ejus nominis dicebatur Dux Forojulienfis, & nihilominus in integram Provinciam suam protendisse potestatem, quam titulo Marchionis rege-

bant. Verum palmaris inter hos Duces differentia intercessit. Universae Provinciae nomen dederunt primariae Urbes Beneventum, Spoletum, ac Forum Julii; neque enim alia tunc appellatio in usu erat: ac propterea qui Ducem Forojuliensem dicebat, continuo significabat integrae Provinciae Forojulienfis Praefectum. Contra verò Provinciam Tusciam Langobardis appellare semper in usu fuit, & nunquam Provinciam Lucensem: quare qui Praesidem illius Provinciae significare voluisset, Ducem Tusciae, non Ducem Civitatis Lucensis, appellasset, uti revera factum est, quum regimini unius Ducis tota Tusciae Provincia Saeculo Nono commendari coepta est. Quamobrem restat, ut adhuc Walpertum, ejusque Successores ad Annum saltem DCCC. unius Lucensis Urbis Duces, sive Praesides censeamus. Nam quod Florentinus nuper laudatus opinatur, Cosmus verò de Arena, & Pagius uti certum statuunt, nempe Desiderium Tusciae Ducem Anno Christi DCCLVI. adlectum fuisse Regem Langobardorum, bonis tabulis caret. Immo Dandulus in Chronico pag. 142. Tom. XII. Rer. Italicarum de eo scribit: Desiderius itaque, qui Dux Istriae erat, auxilio Papae factus est Rex Longobardorum. Accedit, quod jam supra innui, Paullum Diaconum in Historia Langobardica identidem commemorasse Duces Beneventi, Spoleti, ac Fori Julii, & ne unum quidem Tusciae Ducem oblivioni eripuisse. Quare tantum de hisce unis silentium, tanta verò cura de reliquis? Nunquid non & Tuscia nobilissima Provincia fuit, & latissime protensa ac illustris? Sane haec me eo vehementius ad opinandum impellunt, nondum uni Duci universam Tusciae Provinciam tunc fuisse commissam, sed qui-

quidem pluribus, qui more Comitum suam quisque Civitatem regerent ac tuerentur. Denique ad hujusmodi quaestionem absolvendam opportuna mihi videntur, quae Hadrianus Papa habet in Epistola 60. ad Carolum Magnum Francorum Regem apud Duchesnium, Tom. III. Scriptor. Francic., scripta, ut conjecturae suadent, circiter Annum DCCLXXVI. Ibi enim mentionem facit Reginaldi, qui nunc in Clusina Civitate Dux esse videtur. Ex iisdem Literis deducitur, tunc eam Civitatem spectasse ad Tusciam Langobardorum, ac propterea ad Carolum tunc Italiae Regem, ipsumque Reginaldum ex *Gastaldio Castri Felicitatis* creatum fuisse ab eodem Rege *Ducem Clusinum*. Rursus in Epistola 74. idem Pontifex conqueritur apud Carolum Regem de invasione, quam *Gundibrandus Dux Civitatis Florentinae in Monasterio Sancti Hilarii ingerit*. Evincunt haec, si probe pensentur, ante Annum DCCC. non unum, sed plures *Duces* eodem tempore in Tuscia fuisse, & Lucensem Ducem nondum jus dixisse universae illi Provinciae. Deinde verò imperante Ludovico Pio, ut habetur in Francorum Annalibus ad Annum DCCCXXVIII. *Bonifacius II.* egregius Comes videtur latiori potestate usus, & reliquis *Tusciae Comitibus* praefuisse ac imperasse, quandoquidem iis ad se accitis contra Piratas Africae expeditionem suscepit.

At certe extra dubitationis aleam positum est, *Adalbertum I.* ejus filium, atque hujus Successores universam rexisse Tusciam titulo *Ducis* atque *Marchionis*. Vide infra in Dissertat. X. de *Minor. Justit. Ministr.* Placitum ab eo habitum Anno DCCCLXVII. ubi appellatur *Inlusterrimus Dux*. Dicitur etiam *Comes & Marchio*

A idem *Adalbertus I.* in tabulis à me productis Cap. XXII. pag. 210. Antiquitat. Estens. Quod si non his tantum titulis Principes ii insigniti nobis occurrunt in Chartis antiquis, sed interdum etiam *Comitis*, uti jam pridem monuit Florentinius in Vita *Mathildis*: non alia de causa id factum opinari licet, nisi quia praeter totius Tusciae Praefecturam, ii titulo *Comitis* uni Civitati praefuere, hoc est Lucensi. Inter pergamenas Archiepiscopi ejusdem Urbis unam vidi scriptam Anno *Incarnationis DCCCXC. post ovito Karoli Imperatoris Anno Tertio* (nulla haec Regis facta mentio indicat, nondum in Tusciam penetrasse auctoritatem *Berengarii I.*, aut *Guidonis de Regno tunc concertantium*) VI. *Kalendas Junias, Indictione octava.* Ibi *Viventius Presbyter* bona permutat cum *Gerardo Lucensi Episcopo.* Et *Adalbertus Comes direxit Missos suos* (videlicet ad aestimandas terras). *Hi sunt Rosfridus Notarius & Schabinus &c.* Habes haec *Adalbertum II.* Tusciae *Marchionem Comitis* appellatione tantummodo donatum. Ita in aliis Anni DCCCLXXIV. & Anni DCCCLV. ac DCCCL. Contra in Charta exarata *Berengarius gratia Dei Rex.* Anno Regni ejus *Deo propitio XIII. Duodecimo Kalendas Septembris, Indictione III.*, idest Anno DCCCC. *Adalbertus Subdiaconus* terras commutat cum *Petro Episcopo Lucensi*, & ad eas visitandas *Adalbertus Dux direxit Missos suos.* Idem legitur in altera Charta scripta Anno XX. *Ludovici Imperatoris, Sexto Idus Februarii, Indictione III.*, idest Anno DCCCLXX. Ita quoque in Chartis Annorum DCCCLXIV. DCCCLXXIV. DCCCLXXXVI. In Charta verò autographa conscripta, *Regnante Domino nostro Berengarius, gratia Dei Imperator Augustus, Anno Imperii*

perii ejus VI., Nonas Decembris, Indictione IX., idest Anno DCCCCXX. haec verba occurrunt: *alio lato tenet terra, quae quondam fuit Adalberti Marchioni.* Dixi Anno DCCCCXX., quia Indictionis Nonae ingressum sumi à Kalendis Septembris ejusdem Anni. Verum postquam exordium Imperii Berengarii I. ex iis, quae adnotavi in Dissertat. LVI. de Religion. Christian. decurrere coepit die 24. Martii Anni DCCCCXVI. reliquum est, ut Sextus Annus Imperii illius exordium sumferit eodem die ac mense Anni DCCCCXXI. ac propterea *Indictio Nona* in Charta hac Annum tantummodo DCCCCXXI. implet, aut Charta ipsa vitio aliquo laborat. Redeo ad titulos *Ducis & Marchionis*, quibus Tusciae Praesides olim fruebantur. Postremo hoc titulo quamquam ii progrediente tempore frequentius distinguerentur ac uterentur, attamen ne primum quidem posuere, aut oblivioni mandarunt. Bonifacius magnae Mathildae Comitissae pater, saepe *Dux & Marchio* inscriptus reperitur, & apud Florentinum in Monument. Mathild. Lib. 3. pag. 118. hisce verbis designatur Anno MXXXVIII. *Bonifatius divina miseratione Tuscorum Dux & Marchio:* quae satis produnt, Tusciam non minus *Ducatum*, quam *Marchiam* fuisse appellatam. Neque revera ullus ibi amplius *Dux* erat praeter illum, qui universae Provinciae imperitabat; nam singulis Civitatibus Praefecti tunc Titulo dumtaxat *Comitum* donabantur. Ita in al-

tera Charta, quam produxi supra Dissertat. I. de exter. gentib. idem inscribitur: *Nos Bonifacius Marchio & Dux Tusciae.* Attamen post haec tenus dicta non dissimulabo, quid in Diplomate Ottonis III. Augusti apud Canonicos Lucentes adservato mihi occurrerit. Scilicet ibi commemoratio fit *Ducis & Marchionis Lucensis Civitatis.* Illud autem non alia de causa, ut supra Florentinus conjiciebat, factum videtur, nisi quia *Lucensis Civitas* iis temporibus fuit *Sedes Marchionum Tusciae, & Provinciae caput*, sicuti & ego jam animadverti Cap. XVII. Antiquitat. Estens. Rursus enim moneo, in Charta Anni MCCXXIV. (scribe MCXXIV.) quam Ughellius Tom. I. Ital. Sacr. in Episcop. Lunensib. protulit, atque ego à vitiis praecedentibus expurgatam recudi, nequaquam legendum esse *gloriosa Civitas Luna, super universam Tusciae Marchiam caput ab exordio constituta:* sed quidem *gloriosa Civitas Luca.* Itaque uti olim *Verona, Tarvisum, Spoleum, Ancona* Marchiis nomen dedere, ita & *Luca* aliquando dedisse potuit. Neque tamen dissimulandum, *Pisas* etiam aliquando hoc honore insignitas fuisse, hoc est antea, scribente Liutprando Lib. 3. Cap. 4. *Histor. Pisani, quae est Tusciae Provinciae Caput.* Nempe *Duces, seu Marchiones Tusciae* in una potius quam in altera Civitate habitantes *Ducali Sedi* appellationem *Capitis* conferebant. Nunc Diploma nuper à me indicatum accipit.

Ottonis III. Augusti Praeceptum, quo Canonicis Cathedralis
Lucensis omnia eorum bona confirmat, Anno 998.

IN nomine sancte & individue Tri-
nitatis. Otto divina favente clemen-
tia Romanorum Imperator Augustus. Quia
debet Imperiali magnificentie loca sancta
ditare atque venerari, & omnibus Kri-
stianis de animabus suis curam atque sol-
licitudinem gerere: ideo dignum duxi-
mus modo in presenti sanctissimi Mar-
tini Episcopi locum Lucae Sanctum in
aliquo locupletare, ut & ipsis, pro qui-
bus donatum est ad refrigerium, & no-
bis ad remedium proficiat sempiternum.
Quapropter considerantes nos hoc, & in
animo volentes, prece & amonitione
fidelis nostri War..... Capellani, con-
firmamus predicto Sancto loco, sicuti o-
lim Ugo, Lotharius, Avus, & Ge-
nitor noster, atque Precessores nostri
Reges, & Imperatores pro remedio ani-
marum Adelberti Marchionis, & Ber-
tae Comitissae, nec non & suarum,
dederunt beato Martino Pontifici, Ec-

Aclesieque sue site Lucae, suisque fidelibus
ibi pro tempore Deo famulantibus Sa-
cerdotibus, Diaconibus, Subdiaconibus
quoque, ceterisque pro tempore ibidem
ordinatis; videlicet Curtem unam, quam
predicta Berta suo precio comparavit,
& dicitur Massa Grausi, consistens in
ipso Comitatu Lucensi, cum terris &c.
BStatuimus ut Episcopus loci nullam quo-
quam in tempore de praefatis Curtibz
potestatem habeat, neque inde se intro-
mittat, nisi ad Canonicorum auxilium
& salvationem. Et si, quod absit, à
potestate eorum praefatas Curtes Episco-
pus loci, aut ullus invasor tulerit, aut
aliquid subtraxerit: tunc deveniant in
Cpotestatem Ducis & Marchionis Lu-
censis Civitatis tamdiu, donec talis E-
piscopus venerit, qui praefatas Curtes
in iure & potestate Canonicorum esse
permittat, &c.

Signum Domni Ottonis



invictissimi Imperatoris Augusti.

Heribertus Cancellarius vice Petri Cumani Episcopi notari.

Data Kalend. Septembris, Anno Dominicae Incarnationis DCCCCXCVIII. Indi-

ctione VI. Anno Tertii Ottonis Regni XV. Imperii vero III.

Actum in Castello Marlia juxta Lucam feliciter,

Pendet chordula fericea rubea & flava sine Bulla.

Aliqua mihi, dum haec describe-
rem, oborta dubitatio est, archety-
pum ne, an exemplum antiquissimum
Dpergamena illa exhiberet; sed in ea
sententia confirmatus fui, archety-
pum eam dicendam esse, ex quo in
Tabu-

Tabulario Capituli Canoniorum Patavii simile Diploma mihi occurrit, datum eodem Anno, atque in ipso


A loco Lucensis agri: quod & ipsum proferendum cenlui.

Otto III. Imperator omnia Privilegia & jura confirmat Ursoni Episcopo Patavino ejusque Ecclesiae, Anno 998.

IN nomine sanctae & individuae Trinitatis. Tercius Otto divina favente gratia Imperator Augustus. Si sanctis & venerabilibus locis digna conferimus munera, aut collata à piis & religiosis viris Imperiali auctoritate confirmamus, ad statum Imperii nostri proficere credimus. Quapropter omnium Sanctae Dei Ecclesiae, nostrorumque fidelium praesentium & futurorum comperiat industria, qualiter pro Dei amore, nostraeque remedio animae per hanc nostri Praecepti paginam confirmamus & corroboramus Ecclesiae Sanctae Dei Genitricis Mariae, & Sanctae Justinae, quae caput est Patavensis Episcopii, cui praeesse videtur Urfo Episcopus, nosterque fidelissimus, omnia Praecepta & mundiburdia à nostris praedecessoribus Regibus vel Imperatoribus eidem Ecclesiae concessa, om-

B nesque Plebes, Cortes, Abbatias, Senodochia ad presatum Episcopium juste & legitime pertinentia, & nominatim Curtem Saccum nominatam cum placitis, districtis, & omnibus, quae dici vel nominari possunt ad presatam Curtem pertinentibus. Precipientes itaque nostra Imperiali jubemus potentia, ut nullus Dux, Episcopus, Patriarcha, Abbas, Marchio, Comes, Vicecomes, nullaque nostri Imperii magna parvaque persona presatam Sanctam Patavensem Ecclesiam, Rectoresque suos de cunctis, quae per Praecepta vel mundiburdia juste & legaliter jura dictae Ecclesiae concessa vel confirmata sunt, inquietare, molestare, vel disvestire sine legali presumat auctoritate. Si quis igitur hujus nostri Praecepti violator extiterit &c.

Signum Domni Ottonis



invictissimi Imperatoris Augusti.

Heribertus Cancellarius vice Petri Cumani Episcopi notari.

Data X. Kalend. Septembris, Anno Domini Incarnationis DCCCCXCVIII. Indictione VI. Anno Tertii Ottonis, Regni XV. Imperii III.

Actum in Marlia juxta Lucam feliciter.

Tenuia quaedam vestigia apparent Sigilli olim appensi.

Quod solum in Lucensi Diplomate animadvertendum est, etiam Kalendis Septembribus currit *Indictio*

E *Sexta*, quae immutari tunc solebat. Sed varius usus Indictionum fuit, aut fortasse mihi dies excidit ante Kalen.

Kalendas illas adnotatus, uti in Patavino factum videas. Finem habuisse titulum *Ducalem* in Mathilda Bonifacii filia, suspicatus est supra memoratus Florentinus, quum revera illius Successores occurrant uno *Marchionis* titulo contenti. Inter alios *Welfo Sextus*, celeberrimus Princeps ex Estensi Linea Brunsvicensium Ducum, in suis Diplomatis Anni MCLX. hos praeferit titulos: *Welfo Dei gratiâ Dux Spoleti, Marchio Tusciae, Princeps Sardiniae, Dominus Domus Comitissae Matildis*. Sed animadvertendum est, *Philippum Suevum* postea Romanorum Regem, se ipsum inscripsisse Anno MCXCV. *Ducem Tusciae*, ut ex ejus

A | Diplomate constat apud Margarinum in Bullar. Casinenf. Tom. 2. Constit. 218. Tandem quod singulare habuit Tusciae Ducatus, ejus regimen interdum, sive concedentibus, sive tolerantibus Augustis, commissum fuit feminis, virilem tamen animum in pectore gerentibus. Ejusmodi fuere *Beatrix* supra laudati Bonifacii Marchionis ac Ducis olim conjux, ejusque filia generosa mulier Comitissae *Mathildis*, quibus tum *Ducissae*, tum *Comitissae* titulus in usu fuit. Pro dunt hoc varia illarum monumenta, quorum unum heic inserere placet, adservatum Mutinae in Archivo sacri Canonicorum Collegii.

Concordia inita inter Albertum de Bajoaria Nobilem Mutinensem,
& Eribertum Episcopum Mutinensem de Canonica
Civitatis Novae, coram Beatrice Comitissa
& Ducissa Tusciae, Anno 1075.

I N nomine Domini Dei & Salvatoris nostri Ihesu Christi. Anno ab Incarnatione ejusdem MLXXV. Sexto Idus Junii, Indictione Terciadecima. Manifesta causa est michi Alberto filio quondam Alberti de Bajoaria, quod in presentia Domne mee Beatricis Comitisse & Ducis, ejusque jussu ac voluntate pactum donationis causâ est positum inter me & Heribertum Episcopum Mutinensis Ecclesie, ut si unquam in tempore agere aut causare vel molestare presumpsero contra suprascriptum Episcopum, vel ejus successores, aut contra eorum Missum, idest nominative quandam Canonicam de Citanova, quam habere & detinere visus fui à parte Mutinensis Ecclesie, omniaque ex omnibus quicquid michi prescripto Alberto pertinet de jam dicta Canonica, sive per scriptum aut sine scripto, sive per Beneficium aut per quodvis ingenium; & si de meo

C | dato aut facto exinde in aliam partem apparuerit, cui ego dedissem aut fecissem; vel si in antea ego vel mei heredes dederimus aut fecerimus jam dictam Canonicam; si hoc apparuerit & clarum factum fuerit: tunc componere promitto una cum meis heredibus viginti Libras Papiensium denariorum, medietatem Domne mee Beatrici vel ejus heredibus, ac medietatem suprascripto Heriberto Episcopo vel ejus successoribus. Et insuper hoc pactum firmum & stabile permaneat, sicut supra legitur, quia sic inter nos convenit. Et nec michi liceat ammodo ullo tempore nolle quod semel volui; sed quod hic à me semel factum vel conscriptum est, sub jurejurando inviolabiliter observare promitto cum stipulatione subnixa.

E | Actum in Casa Sancti Cesarii feliciter.

Signum manus supra scripti Alberti, qui hoc pactum, ut superius legitur, fieri rogavit, & ei relictum est.

Signa manuum Bulgari de Nonantula, & Mansfredi de Sorbaria, qui in his omnibus, sicut superius legitur, rogati sunt testes.

Ego Bernardus manu mea subscripsi. Rotechildus Notarius Sacri Palatii scripsit, post traditum complevit & dedit.

Quae heic appellatur *Civitas Novae*, eadem est, cujus occurrit mentio in Testamento Caroli Magni Anno DCCCVI. apud Baluzium Tom. I. pag. 442. Capitular. Reg. Francor. Mutinensis enim Populi pars quo tempore eorum *Civitas* à Graecis *Bononiae* atque in *Exarchatu* dominantibus identidem vexabatur, simulque à circumfluentibus fluviiis exlegibus afflicta, paludibus circumquaque obsidebatur, lares transfulere ad locum paucis millibus passuum ab Urbe nostra distitum ad Occidentem in *Via Aemilia*, quam *Claudiam* appellamus: ibique *Civitate* constructâ nomen loco indidere *Civitatis Novae*, quod adhuc durat sub vocabulo *Cittanuova*. Hodie nihil aliud è tot aedificiis superest, nisi Templum Parochiale sub Archipresbyteri cura. De ista *Civitate* multus erit mihi sermo in *Differt. XXI. de antiquo Italiae statu*. Ducibus haetenus commemoratis denique addendi sunt *Venetiarum Duces*, antiquissimi & ipsi, quorum illud praecipuum decus est ad nostros usque dies suam continuasse seriem ordine non interrupto. Nam quamvis ne olim quidem ii pertinerent ad Regnum Italiae, in Italia tamen erant; ac praeterea digna in primis est incluta illa, & à tot Saeculis gloriosa Respublica, quae veteres suos Principes

A habeat in omnium monumentis minime neglectos. Jam in *Differt. II. de Regn. Ital.* monui, Venetorum Duces Italicis Regibus nunquam paruisse; idque luculentius confirmari potest ex *Diplomate* concessio circiter Annum DCCCXL. à Lothario I. Augusto Petro Venetiarum Duci, quod habes in *Annalib. Venet. Andreae Danduli Tomo XII. Rer. Italicar.* Ibi memoratur *Pax* inita à *Carolo Magno* cum *Imperatoribus Orientis*, quemadmodum temporibus *Avi nostri Caroli* per decretum cum *Graecis* sancitum possederunt. Sed quid in ea *Pace* decretum est? Nos heic edocebit idem *Dandulus Lib. 8. cap. 1.* de ipsa illa *Pace* scribens: *Per hoc quippe Decretum Carolus approbans, quod cum Nicephoro actum fuerat, Novam Venetiam à se abdicavit, permittens Venetos amodo per totum Occidentale Imperium terras suas possidere, & illis immunitatibus gaudere, quibus sub Graecorum universalis Imperio gaudere soliti erant.* Simile, immo amplius *Privilegium* à *Carolo Crasso* Augusto retulit *Johannes Venetiarum Dux* Anno DCCC-LXXXIII. quod nobis idem *Dandulus* servavit. Ac praesertim mirere, quod ibi scriptum est, scilicet ut in quacumque parte *Regni Italici* invenirentur *Veneti*, ii adhuc *Ditioni Ducis* subjecti essent, atque ab ipso puniendi: quae intelligenda reor de rebellibus ac fugitivis *Venetis*, quibus ne in terris quidem *Italici Regni* sive *Romani Imperii* asyllum concedebatur. Vide pariter in eodem *Chronico Diploma* *Otonis III.* datum *Petro Venetiarum Duci* Anno DCCCXCII. Olim ergo extra fines *Italici Regni*, & immunes à *ditione Regum Italicorum* fuere *Veneti*: verum an à *Graecorum imperio*, protectionis saltem jure penderent, disputari

sputari quidem potest, & negare impavide nemo possit. Non erat iis temporibus in Italico solo, regionibusque conterminis gens ulla fatis tam benignis usa, quae inter potentissimos Reges plenissime Libertatem suam tueri posset aut auderet, servire nescia. Hinc erant Langobardi, aut Franci Reges in omnem dilatandae potentiae occasionem intenti; illinc Graeci Imperatores, qui portiones aliquot antiquae dominationis retinebant, & ad deperdita recuperanda quotidie inhiabant. Nisi Populus exiguus medius horum ab alterutrius imperio aliqua ex parte pependisset, brevi in eorum praedam & servitutem cessisset.

Et quidem Graeci, vel post occupatas à Langobardis plerasque Italiae partes, Ravennam, Istriam, Delmatiam, aliasque maritimas Urbes ad Adriaticum fretum diu tenuerunt; simulque aliquid juris retinuisse videntur in Inulas, quae nunc splendidissimam Venetiarum Urbem aut efformant, aut circumcingunt. Refertur à Dandulo, Baronio, aliisque Scriptoribus Epistola Gregorii II. Papae, scripta *Urso Duci Venetiarum* Anno DCCXXVI. ubi postquam enarravit occupatam à Langobardis Ravennam, ei praecipit, ut totis viribus praesidium ferat Exarcho, qui Venetias confugerat, ut in pristinum statum res Romani Imperii restituantur, & Ravenna recuperetur, ita exigente Augustorum servitio. Non alio titulo praeceptum hoc Venetorum Duci dedisse censendus est Gregorius Papa, nisi quod Graecus Augustus, adhuc Romae Dominus, ei suas vices ad Romani Imperii tutelam commendasset. Per aliquod tempus desit Venetiis Magistratus *Ducum*, eorumque loco regimini praeficiebatur *Magister Militum*, qualis fuit

A Anno DCCXL. Julianus, de quo haec scribit Dandulus Lib. 7. Cap. 7. Chronici: *Hic ex munificentia Imperiali Hypatus, idest Consul Imperialis, jam factus, hunc honorem promeruit obtinere.* Ita Deus dedit paucos post annos *Imperialis Hypati honore fungebatur*: idemque narratur de Mauritio circiter Annum DCCLXVI. ac de aliis subsequentibus Venetiarum Ducibus. Titulus autem *Hypati* seu *Consulis* à Graecis Imperatoribus conferebatur. Cujus rei illustre exemplum prostat apud Franciscum Sansovinum Historicum Venetum Lib. 13. Venet. illustrat. quod Opus Venetiis excusum est Anno 1604. Narrat ille, sub oculis se habuisse Examen testium Anno DCCCIV. celebratum ab Izzone (fortasse Azzone) Cadolao & Ajone Comitibus & Missis in Istriam à Carolo Magno Augusto, ad inquirendas extorsiones ibi factas à Johanne Duce illius Provinciae Rectore. *Ab antiquo tempore dum fuimus sub potestate Graecorum Imperii* (ita ajunt Istrienses, tunc ditioni Caroli Imperatoris adjecti) *habuerunt parentes nostri consuetudinem habendi aelus Tribunati, Domesticos, seu Vicarios, nec non Lociservatores* (lego *Lociservatores*) *& per ipsos honores ambulabant ad communionem, & sedebant in confessu unusquisque pro suo honore.* *Et qui volebat meliorem honorem habere de Tribuno, ambulabat ad IMPERIUM* (hoc est ad Imperatorem Graecum) *qui illum ordinabat HYPATUM.* Tunc ille, qui *Imperialis erat Hypatus, in omni loco secundum illum Magistratum Militum praecedebat.* Tacite haec Lectori dicuntur, non aliunde quam à Palatio Constantinopolitano nomen *Imperialis Hypati*, auctoritatemque ejusmodi Dignitati junctam, Ducibus etiam Venetis fuisse delatam. Atque illud

illud idem confirmare videtur praelaudatus Andreas Dandulus Venetiarum Dux, quum in suo Chronico Lib. VII. Cap. 13. scribit: *Nicephorus Orientale Imperium suscepit Anno Domini DCCCIII. Hic Nuntios Carolo misit, & cum eo foedus iniit. In hoc foedere, seu decreto, nominatim firmatum est, quod VENETIAE Urbes, & maritimae DALMATIAE, quae in DEVOTIONE Imperii illibatae perstiterunt, ab Imperio Occidentali nequaquam debeant molestari, invadi, vel minorari &c.* Suberat certe Graecis Augustis Dalmatia: ergo & Venetiae in devotione Imperii fuisse videntur. Et reipsa ex bello, quod deinde Anno DCCCIX. & DCCCX. agitatum est inter Graecos & Pippinum Italiae Regem, quod in vetustis Francorum Annalibus descriptum habemus, deduci potest, Orientalium Imperatorum ditioni tunc aliquo ex pacto aut foedere obnoxias fuisse Veneticas Insulas. Et potissimum quum in iisdem Annalibus tradatur ad Annum DCCCX. Carolum Magnum pacem pepigisse cum Graecis, in qua *Niciforo Venetiam reddidit.* Non certe hujus nominis Provinciam: ergo ejus nominis Urbem. Quae si vera sunt, neminem jure merito pudeat aut todeat nostris temporibus, quod olim sua Civitas ab eorum Principum jure aliquo ex titulo penderet, qui non solum in universam Italiam, sed in tot alias Europae ac Asiae nobilissimas Provincias adeo magnifice sunt dominati.

Ceterum, eodem Dandulo teste, circiter ea tempora Nicetas Patricius, & Graeciae Classi Praefectus, *Venetias accedens, Obelerio Duci Spatarii titulum ex Imperiali largitione gratiose concessit.* Angelus quoque Venetiarum Dux, Obelerii successor, ex

A duobus natis suis alterum Constanti-
nopolim misit, qui ab Imperatore Leone honorem Hypati, seu Imperialis Consulis, obtinuit. Tradit idem Scriptor, circiter Annum DCCCXL. Venetias accessisse Theodosium Patricium, qui Imperiali nomine Petrum Ducem Spatarium Imperii constituit, & Venetos requisivit, ut contra Saracenos apparatus bellicum mittere velociter procurarent. Petrus iste in Diplomate Lotharii I. Augusti nuper memorato inscribitur *Petrus Dux & Spatarius Venetorum*, hoc est, *Spatarius Imperii* super Venetos. Anno pariter DCCCLXXX. *Ursus Dux Venetorum per Apocrisarios Basilii Imperatoris Protospatarius effectus, magni ponderis campanas Imperatori delegavit.* Idem de paucis aliis memoriae proditum videas, post quos nullum superest vestigium, quo innotescat, num plena auctoritate fruerentur Veneti, & an amplius Duces ex jure Graecorum Caesarum penderent. Saeculo Decimo (ut auctor est Petrus Damiani in Vita Sancti Romualdi Cap. 5.) Petrus Urseolus Venetiarum Dux electus est, seditione commota in Vitalem Candianum. *Hoc igitur modo, inquit ille, Petrus Dalmatici Regni adeptus est Principatum.* Hinc habes, quanta eo tempore foret Venetorum, eorumque Ducis dignitas, atque Autocratia. Certe quum in dies decreveret potentia ac virtus Orientalis Imperii, credibile est, Venetos sensim integram Libertatem sibi antiquitus asseruisse. Attamen vel sub Imperatoribus Graecis ampla ac illustis auctoritas fuit Venetorum Ducibus, idque simili de causa, qua Beneventani Principes à Regum Italicorum Aula nimis remoti latiori potestate sunt dominati. Proinde quaecumque monumenta veterum Venetorum Ducum supersunt,

supre-

supremâ eos potestate functos indicant, ut quum exempli causâ cum Imperatoribus ac Regibus Italiae de discernendis finibus Regni & Ducatus agebant: quam in rem existant Diplomata varia Augustorum & Regum, in quæ nullum jus eorum in Duces Venetos deprehendis; Duces verò Principum more cum iis negotia pertractant. Erant iis suæ clâses; ac bellum ipsi indicebant, suâ, non alienâ, auctoritate usi. *Palatii* quoque nomen, & *Camerae* iis fuit: quæ Principatus supremi indicium præbent. Atque hæc proferre volo ad ejusdem inclytæ Reipublicæ gloriâ Chartam Petri Hadriensis Epi-

A scopi, quem Ughellius ignoravit. Inter illum, atque Ottonem Urseolum Ducem Venetiarum bellicæ turbæ intercesserant, quarum meminit Andreas Dandulus in Chronico à me edito, Tomo XII. pag. 236. *Italicar. hisce verbis: Septimo Ducis Anno Hadrienses, qui Venetorum fines invaserant apud Lauretum, sui reatus poenam à Venetis hostiliter exeuntibus debite receperunt. Unde Petrus Episcopus cum Primatibus loci ad Ducem venire coacti, veniam habuerunt, promittentes amodo non præsumere, vel attentare similia.* En ipsam Chartam, nobis in adversariis suis servatam à Peregrino Prisciano Ferrarienti.

Petri Hadriensis Episcopi promissio facta Ottoni Urseolo Venetiarum
Duci de non laedendo in posterum Castello Laureti,
nunc Loreo, Anno 1017.

IN nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Anno Deo propitio Pontificatus Domini Benedicti summi Pontificis & universalis Papæ in Apostolica sacratissima beati Petri Apostoli Domini Sede Quinto; sicque imperante Domino Enrico à Deo coronato magno Imperatore in Italia Anno verò Tertio, die VII. Mensis Junii, Indictione XV. in Palatio Ducatus Venetiæ. Spondeo atque promitto ego Petrus sacrae Adriensis Ecclesiae Episcopus, una cum Advocatore meo Johanne, atque nostris cunctis fidelibus tam Canonicis quàm Laicis, tibi Domino Ottoni glorioso Duci Veneticorum ac Dalmaticorum; ut amodo in antea omnibus diebus vitæ meae Castellum, quod situm est apud Lauretum, nec dolo, nec temerario ausu incurfare, neque incendere, neque depredari presumam, neque ullum hominem in eo habitantem depredari in traditionem vel dominium vestri Ducatus, quod ad presens tenere vel dominari vi-

C demini: neque per me, neque per aliquam summissam personam, vel per illos, quibus resistere vel contradicere valeo. De depredationibus verò, quæ hætenus mihi, meisque hominibus factæ sunt, promitto, me nunquam aliquam vindictam sumpturum, neque aliquam querimoniam facturum, nec ante Principem, nec ante aliquam personam hominum: quoniam de omnibus depredationibus superscriptis finem fecimus, & cunctam transactæ prædæ querimoniam desinivimus. Quod si contra omnia hæc, quæ premisiimus, ire tentavero vel contra hanc sponsonis Chartulam aliquid agere presumpsero, componere vobis promitto auri colli Libras quinquaginta: & solutâ penâ maneat hæc sponsonis Chartula in sua firmitate.

Ego Petrus Dei gratia Episcopus sacrae Adriensis Ecclesiae in hac sponsonis, ut supra legitur, manu propria subscripti.

✠ Signum

- ✠ Signum manus Donati Presbyteri.
 ✠ Signum manus Vici Clerici.
Anastasius Consul interfui & subscripsi in hac sponstone.
Theobaldus Longus in hac sponstone interfui & subscripsi.
Crimoaldus in hac sponstone interfui & subscripsi.
Johannes filius Gerardi in hac sponstone interfui & subscripsi.
 ✠ Signum manus Arnulfi testis ad omnia, que leguntur supra.

A

Ego Maraldus interfui & subscripsi.

✠ Signum manus Mavini Diaconi.

✠ Signum manus Maurici Clerici.

Ego Johannes Dei nunc Tabellio Ravennas, hanc sponsonem scripsi, & post tertium superscriptorum manus complevi & absolvi.

B

Hisce additum volo Diploma Dominici Sylvii Ducis Veneti, quod in Historia Veneta MSta existente in Bibliotheca Estensi legitur.

**Dominici Sylvii, Venetiarum & Dalmatiae Ducis Diploma;
 quo multa jura & bona confirmat Dominico Patriarchae Gradenfi, Anno 1074.**

IN nomine Domini Dei eterni. Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi MLXXIV. Mense Septembre, Indictione XIII. Rivoalto. Dum in Dei & Christi nomine quadam die residemus in Palatio nostro nos quidem Dominicus Sylvius per misericordiam Dei Venetie & Dalmatie Dux, una cum Episcopis, Abbatibus, Judicibus, & maxima parte nostrorum fidelium, inter cetera, que ad proventum nostre patrie pertinebant, pertractare cepimus de nostro Gradenfi Patriarchatu, qui nostrarum omnium Ecclesiarum & totius Venetie caput est, de hoc videlicet, quod Precessor noster bone memorie Dominicus Contarenus Dux laudatione Episcoporum, Abbatum, Judicum, ceterorumque complurium bonorum hominum statuit perpetuo sancte Gradenfi nostre Patriarchali Ecclesie. In primis itaque totam Terram nostri Ducatus, que dicitur Villa, posita in Civitate Nova; & centum amphoras vini, quas Caprenses de Comitatu Hystrie ex antiqua consuetudine omni anno persolvere debent nostro Palatio: & centum

C

Libras nostrorum Denariorum, que fuerunt de Camera Sancti Marci; & alias ducentas Libras Denariorum, que fuerunt de Roga; & iste trecente Libbre ad lucrum esse debent, Capetanea semper salva. Et insuper alias Libras Denariorum centum sexaginta de Roga Magistratus De Olivolensi etiam Episcopatu Libras Denariorum viginti.

D

De Torcellensi Episcopatu Libras Denariorum viginti. De Methamaucensi Episcopatu dimidiam Piscariam, que est posita in loco, qui dicitur Faviraga, & insuper modios frumenti quinque. De Episcopatu Equilensi modios de frumento septem. De Episcopatu Civitatis Nove sex dies de terra araturia, ubi sunt vinee in loco, qui dicitur Mugla. De Episcopatu Caprvulensi fundamentum Salinarum secundum firmamentum chartule, quam ipse Bonus Episcopus fecit nostro Patriarchatui. De Monasterio Sancte Trinitatis de Brutulo modios frumenti duodecim. De Monasterio Sancti Hilarii Libras Denariorum viginti quinque. De Monasterio Sancti Georgii Libras Denariorum decem. De Monasterio Sancti

E

Feli-

Felicis de Amianis modios frumenti sex. Hec omnia predicti Episcopatus & Abbatie in Kalendis Septembris persolvere debent nostro Patriarchatui per singulos annos. Sed tempore predicti precessoris nostri Ducis secundum superius dictam constitutionem & confirmationem & conlaudationem impediente negligentia chartula minime completa est. Et quia nobis Reipublice Rectoribus necessario competit, sic rerum dubiarum implicitam expedire controversiam, sic earum, que determinate sunt diutius duraturam stilo efficere memoriam, ne de oblivione dato negotio suboriantur aliquo modo scandala in posterum. Igitur nos predictus Dominicus Sylvius per gratiam Dei Venetie & Dalmatie Dux, consensu & conlaudatione omnium Episcoporum nostre patrie, idest Henrico Olivolensi, Ursone Torcellensi, Henrico Methamaucensi, Boso Caprulensi, Petro Civitatis Nove, Stephano Equilensi, Abbatum etiam, idest Dominico Brutulensi, Martino Sancti Hilarii, Justo Sancti Georgii, Johanne Sancti Felicis, quorum omnium nomina propriis manibus subscripta sunt, simul quoque nostris manibus subscripta sunt, simul quoque nostris Judicibus, & pluribus aliis nostris fidelibus conlaudantibus, statuimus & confirmamus sancte nostre Gradensi Patriarchali Ecclesie, & vobis Domno Dominico Patriarche, & vestris successoribus, perpetuo habendi omnia, que superius dicta sunt, tam de nostro Ducatu quam de Episcopatibus quam etiam de Abbatibus; ita ut neque nos, neque nostri Successores unquam in tempore contra hanc nostre constitutionis, & conlaudationis atque confirmationis chartam ire debeamus. Quicumque etiam ex omnibus nobis predictis Episcopis vel Abbatibus contra hanc nostre constitutionis & conlaudationis atque confirmationis chartam ire temptaverint, & fuerit clare

A factum, componere promittimus cum nostris successoribus predicto nostro Patriarchatui, & vobis vestrisque successoribus, auri Libras quinque. Et hec constitutionis & confirmationis & conlaudationis chartula maneat in sua firmitate, quam scribere rogavimus Dominicum Clericum, Saturninum Notarium, & Ecclesie Sancti Cassiani Plebanum.

B Ego Dominicus Sylvius Dei gratia Dux consensit, & manu mea subscripsi.

Ego Henricus Dei gratia Castellanus Episcopus subscripsi.

Ego Ursone Dei gratia Episcopus Torcellanus manu mea subscripsi.

Ego Einricus Episcopus Methamaucensis subscripsi.

Ego Petrus Dei gratia Sancte Nove Civitatis Ecclesie Episcopus subscripsi.

C Ego Stephanus Dei gratia Sancte Equilensis Ecclesie Episcopus subscripsi.

Ego Martinus gratia Dei Abbas Sanctorum Hilarii & Benedicti subscripsi.

Ego Justus Dei gratia Abbas Sancti Georgii manu mea subscripsi.

Ego Johannes divino munere Abbas manu mea subscripsi.

D Ego Dominicus Abbas manu mea subscripsi.

Ego Petrus Ursulo manu mea subscripsi.

Signum manus Dominici Mauri Judicis, qui hoc rogavit.

Ego Johannes Gradonico manu mea subscripsi.

Ego Basilius Justo manu mea subscripsi.

Signum manus Stephani Sylvi, qui hoc rogavit.

E Ego Dominicus Ursiolo manu mea subscripsi.

Ego Petrus Delfino manu mea subscripsi.

Ego Facio Dono manu mea subscripsi.

Ego... Gradonico manu mea subscripsi.

Ego Petrus... manu mea subscripsi.

Ego Dominicus Emiliano manu mea subscripsi.

Signum manus Joannis Fuscari, qui hoc rogavit.

Ego Dominicus Mauroceni manu mea subscripsi.

Ego Mauritius Florentio Mauroceni manu mea subscripsi.

Ego Johannes Mauroceni manu mea subscripsi.

Ego Dominicus Sbornaro manu mea subscripsi.

Ego Johannes Magnus manu mea subscripsi.

Ego Dominicus Caputincollo manu mea subscripsi.

Ego Petrus Michaël manu mea subscripsi.

Ego Andreas Michaël manu mea subscripsi.

Ego Johannes Badoario manu mea subscripsi.

Ego Dominicus Pantaleo manu mea subscripsi.

Ego Ursus Badoario manu mea subscripsi.

Ego Petrus Vivardo manu mea subscripsi.

Ego Vitalis Polani & laudo, & manu mea subscripsi.

Ego Petrus Andreardi manu mea subscripsi.

Ego Johannes Pantaleo manu mea subscripsi.

Signum manus Boni Michaëlis, qui hoc rogavit.

Ego Johannes Superantius manu mea subscripsi.

Ego Constantino Faleri manu mea subscripsi.

Petrus Ursoyolus Judex.

Dominicus Maurus Judex.

Johannes Gradonicus Judex.

Bonfilio Justus Judex.

Stephanus Sylvius.

A Ego Dominicus Clericus & Notarius complevi & roboravi.

Viden, ut ille per misericordiam Dei se inscribit Venetiarum & Dalmatiae Ducem? Ergo tunc idem Principatus à nullo supremo Principe pendebat. Ac propterea quum Anno MCXVI. Venetiis esset Henricus inter Imperatores Quartus, ibique Proclama pro Sanctimonialibus Sancti Zachariae daret, quod à me editum fuit Cap. XXIX. pag. 283. Antiquitat. Estenf. Notarius scripsit, id factum in Regno Veneciarum in Palatio Ducis. Antiquis verò Saeculis, quamquam Veneto Populo fortasse jus aliquod in regimine politico servaretur, nihilominus in uno eorum Duce consistebat non Titulus solum, sed etiam jus omne Principatus. At progrediente tempore in Aristocratiam ac Rempublicam illic deventum est, atque tam sapienter temperata fuit regiminis forma, ut Ducis quidem Dignitas, praegrandem honorificentiam praeferebat, adhuc perduret; sed imperii potestas sit penes Optimates.

D Coronidem huic argumento addere placet, aliqua inferendo de antiquis Sardiniae Principibus, quos nempe Ducibus similes, aut potius Regibus, appellare possumus. Jam constat, Insulam eam titulo Regio collatam à Friderico II. Imperatore post Annum MCCXL. Henrico, qui & Entius appellatus est, filio suo, qui deinde dies suos clausit in carcere Bononiensi. Sed monendi sunt Lectores, longe antea illuc investam fuisse Dignitatem Regalem. Cujus rei testem dabo Chartam non uno nomine magni aestimandam, quam mihi suppeditavit celeberrimum Casinense Coenobium.

Diploma Gonnarii Turrítani in Sardinia Regis, quo Casinensi
 Monasterio confirmat omnia ejus jura ac bona
 in Regno suo sita, Anno 1147.

IN nomine Domini nostri Jesu Chri-
 sti. Anno ab Incarnatione ejus M-
 CXLVII. Indictione X. Octavo Kalendas
 Julii. Si injusta & vana postulantibus
 nullus omnino justus & firmus est tri-
 buendus effectus: justae & religiosae po-
 stulationi, & maxime Dei cultorum &
 locorum venerabilium, manus est aperienda
 charitatis & pietatis. Quapropter ego
 Gonnarius divina dispensatione
 Turritanorum Rex & Dominus, Vi-
 cesimo Anno Regni nostri, Jerusalemam
 pergens ad loca sancta visenda, ad li-
 mina Sanctissimi Patris Benedicti decli-
 nare decrevimus; atque petitionibus Re-
 verendissimi Domini Raynaldi Dei gra-
 tia Cardinalis, & Casinensis Abbatis,
 & Fratrum, quos ibi congregatos repe-
 rimus, quorum conversationibus valde
 placuit, assensum praebuimus. Quibus et-
 iam vinculo societatis, amore & reve-
 rentia Beati Patris Benedicti, & ipsius
 loci, quam perspeximus, religione nos a-
 strinximus; & ea, quae à Praedecessoribus
 nostris, & Consanguineis, vel à
 quibuscumque in Insula Sardinia sub Re-
 gno nostro Turritano Casinensi Cenobio
 quoquo modo data, seu danda sunt,
 quantum in nobis est, in perpetuum te-
 nenda & possidenda confirmamus. Sci-
 licet Sanctae Mariae de Thergo Eccle-
 siam, Sancti Petri de Gatsubi, Sancti
 Nicolai de Solio, Sancti Petri de Mur-
 chi, Sancti Michaelis de Fernugio, cum
 omnibus pertinentiis eorum, & Ecclesiis
 eis concessis: cum servis & ancillis,
 terris & vineis, cultis, & incultis,
 sylvis & pascuis, planiciis, montibus
 & vallibus, molendinis, aquis, aqua-
 rumque decursibus. Quicquid praeterea

Tom. I.

A gloriosae memoriae Avus meus Baraso
 Rex, & Marianus Avus noster, Con-
 stantinus etiam Genitor noster, & Mar-
 chusa Regina Uxor ejus, & Consanguini
 nostri cum filiis & filiabus, & Co-
 mita cum Uxore sua Muscundota, &
 Marianus cum Uxore sua Justa, Pera
 filia Gonnarii, Constantinus de Carvia
 cum Uxore sua Jorgia, Foratus de Gentil
 cum Uxore sua Susanna, nec non & alii
 quique fideles, qui in eodem Casinensi
 Cenobio dederunt, absque omni mole-
 statione, dilaceratione, & conditione,
 firma & illibata perpetuo manere volumus.
 Amen, amen, amen. Fiat, fiat, fiat.
 Et si quis ista Carta destruere aut
 exterminare eam voluerit, iste... & Deus
 nomen suum de libro vitae, & carnes
 suas dirumpat volatilibus Celi & be-
 stiis terrae; & mittat in illis Dominus
 mortem Papellae: & deleatur de isto
 Seculo citius; & habeat maledictionem
 de Deo Patre omnipotente, & de Sancta
 Maria Matre Domini nostri Jesu
 Christi, & de Beato Michaeli Archangelo,
 & quatuor Evangelistas * Marcus,
 Mathaeus, Lucas, & Johannes, & de
 duodecim Apostolis, & de sexdecim Pro-
 phetis, & vigintiquatuor Seniores, &
 de trecentis & octo Patres Sanctos, qui
 Canones disposuerunt in Nicea Civitate,
 & de novem Ordines Angelorum, &
 omnes Sanctos & Sanctas Dei. Amen,
 amen, amen. Fiat, fiat, fiat. Et si
 quis ista Carta audire voluerit, & nos-
 tras Ordinationes placuerit, & dixerit,
 quia bene est, habeat benedictionem de
 Deo Patre omnipotente &c. Amen &c.
 Fiat &c. Et sunt Deus omnipotens testes
 primus, deinde ego Judex Gunnari,

D d

qui

qui hanc Chartam fieri precepi, & Dominus Joannes Surrentinus Episcopus, & Dominus Robertus ejusdem Regis Curiae Magister, & Sigismundus filius Bulli, & Comita de Toris nepos ejusdem, & Torchetori de Sera.

„ Hoc totum confirmatum est in scripta Ecclesia Casinensi, praesente, & praecipiente praedicto Domino Rege Gonnario, & Domino Johanne Episcopo Sorentino, & Magistro Roberto, & aliis supra dictis, in praesentia Domni Raynaldi Casinensis Abbatis & Cardinalis, & ante praesentiam Domni Mazzulini praefatae Ecclesiae Advocati. Quod ego Joannes Diaconus & Curiae Notarius ex precepto supra dicti Domini Gonnarii Turrinani Regis scripsi, praesentibus his ad hoc testibus vocatis, scilicet Bernardo de Sancta Rufina, Murino de Arpino, Ruberto filio de Albaneto majore, Raynaldo filio Johannis de Majo. Scriptum in Mense & Indictione supra scripta.

Ego Gonnarius Judex Turritanus in domo beati Benedicti libenter subscripsi.

✠ Ego qui supra Joannes Surrentinus Episcopus signum Crucis feci & interfui.

Signum manu supranominati Magistri Roberti Turrenensis subscriptum.

Ego Comita de Toris manu mea subscripsi.

Ego Torquetore de Serra hoc decens signum manu mea feci.

Ego Sigismundino filio Bollo subscripsi.

Floruit revera Anno MCXLVII. Raynaldus S. R. E. Cardinalis, & Abbas Montis Casini. Ex hac vero Charta discimus, ne in isto quidem Gonnario exordium habuisse Sardiniae

A Regum nomen. Nempe ille confirmat donationes, quas eidem Casinensi Monasterio fecerant *Atavus meus Baraso Rex, & Marianus Avus noster, & Constantinus Genitor noster, & Marchusa Regina uxor ejus*. Si vel *Atavus Gonnarii Regio* titulo illustris fuit, ergo jam ante annos centum Sardiniam habuisse Reges suos agnoscimus. Et alia quidem monumenta ad Sardiniam ejusque Principes in Dissert. XXXII. de *Origin. Linguae Italicae*. producam; sed nunc omittendum non est, illic uno tempore non unum Regem olim leges dedisse, atque hujusmodi Principes *Judices* etiam fuisse appellatos. In hac eadem Charta, ut vides, idem *Gonnarius* aequae inscribitur *Judex Turritanus, & Turritanorum Rex*. Nam postquam circiter Annum MXVII. contigit, ut felicibus Christianorum armis Sardinia à Saracenorum manibus recepta fuerit, operà potissimum ac virtute Pisanorum, divisa est ea Insula in quatuor Dynastias, quarum singulis praefectus est *Judex*, atque exinde eorum ditiones *Judicata* coeptae sunt appellari. Primum ex hisce *Judicatis* fuit *Calaris*, cui Anno MLXXX. dominabatur *Orzoccus*. Est illius mentio in Lib. 8. Epistolarum Gregorii VII. Papae, ex quibus Decima scripta est glorioso *Judici Calaritano Orzocco*. Alterum fuit *Arborea*, nunc *Oristagni*, spectans Anno MCLXV. ad *Barasone* *Judicem*, qui eodem Anno à *Friderico I. Imperatore Ticini Regio* Titulo & Coronâ donatus fuit. Audi *Acerbum Morenam Historicum* ejus temporis aequalem, qui in *Histor. Laudens.* pag. 1126. Tomi VI. *Ret. Italicae*. haec habet: *Est tempore quidam Judex de Sardinia de Civitate Arborea (id est Arborea) maxime opulentus, ad majorem Dignitatem pro-*

procehi desiderans, ab Imperatore coepit implorare, ut Regio solio decoraretur. Tandem Principum, ac non modicae pecuniae interventu, pro posse licet resisterent ac rogarent Populi, ne illum Regem constitueret, die Lunae tertiâ mensis Augusti ipsum Imperator Regem Sardiniae instituit, promittentem & jurantem Imperatori fidelitatem. Latius digesta haec habes in Annalib. Genuenf. & in Chronico Pisano, editis in eodem Tomo VI. Rerum Italicar. ubi referuntur diffidia non pauca, quae inter Barasonem hunc umbratilem Regem, ceterosque Sardiniae Judices, pariterque inter Genuenses atque Pisanos illius causâ intercessere. Tertio Judicato Gallurae nomen fuit, de quo itidem mentio occurrit in memorato Chronico Pisano. Dynastiae hujus Judices diu florere, donec circiter Annum MCCXCVIII. è vivis sublatus est, nullâ relictâ prole, UgoLinus Gallurae Judex, Maritus Beatricis Estensis, quae post ejus fata iterum nupsit Galeatio Vicecomiti Matthaei Magni filio, Mediolanensium deinde Principi. Dantes Aldigerius celebris illius aevi Poëta Etruscus, honorifice meminit Ugolini hujus, quem Ninum appellat, Cap. VIII. Purgatorii, dum eum de Beatrice antea Conjuge sua ita loquentem facit:

Non le farà sì bella sepoltura

La Vipera, che i Milanesi accampa,

Come avria fatto il Gallo di Gallura.

Tandem quartum Sardiniae Judicatum Turres constituerunt, quod alio nomine Logodoro est appellatum. Spectans ad Gonnarium ipsum, cujus Diploma supra attulimus. Veri autem simile est, aut hanc Sardiniae partem reliquis anteiisse in deferendo Regium titulum suis Judicibus, aut

A à Gonnarii Atavo Barafone Rege ceteros etiam Judices descendisse, qui Insulam postea inter se fuerint partiti. Et pauca haec de Sardinia sufficiant, de qua ejusque Judicibus plura adferam in nuper memorata Dissert. XXXII. de Origin. Linguae Italic. Quod postremo animadvertas velim, antiqui Gothorum Reges, non Reges, sed Judices appellari & ipsi maluerunt, quippe hoc nomine Athanaricum donant Ammianus Marcellinus Lib. 27. Histor. ac Themistius in Orat. X.

Porro quum facta mihi supra fuerit mentio Ducum & Principum Beneventanorum, inter Italiae Principes diu eximiorum, quamquam eorum seriem multis pertractatam habeamus ab Historicis nonnullis, quorum Opuscula Camillus Peregrinius evulgavit, atque ego rursus edidi Part. I. Tomi II. Rer. Italicar. nihilo tamen fecius tenebris subductum heic volo breve Chronicon, quod acceptum refero Nicolao Aloisiae, amico viro, & antiquitatum mediæ aevi praecipue amantissimo. Descripsit ille Opusculum hoc è pervetusto Codice MSto Bibliothecae Vaticanae, Notasque etiam addidit, quas simul Lector accipiet. Ita verò ille ad me scripsit: Oblatus est mihi Codex membranaceus, qui olim in Bibliotheca rē maximè Cardinalis Sirleti adservatus, illustrissimo Annalium conditori Baronio perspectus fuit. Ad Bibliothecam Vaticanam nunc pertinet, & Psalterium Monastico more dispositum, Sacramentarium, atque Antiphonarium, Ritualeque demum, ac Hymnarium complectitur, characteribus Langobardicis exarata. Huic, quem antiquissimum vocat creditus Bartholomaeus Gavantus, praefixum est Chronicon, ab Anno DCC-LXXXVIII. ad Annum usque MCXIII.

deductum, hoc est rerum in Beneventano Ducatu, sive per Langobardorum Duces, sive per Capuanos Principes, vel tandem per Nortmannos gestarum brevis narratio. Qui illum ex verustis membranis confarcinavit, San-Sophiani Ascetici Monachus fuit, quum in sacris Libris in Codice contentis necum Sanctorum memoriae deprehendantur, quorum corpora in ejusdem Monasterii Basilica servabantur, verum insuper memoratae Basilicae ac Altarium dedicationis commemorationes legantur, quae aperte demonstratur, ad Monachorum usum conscriptum fuisse Codicem non nisi alicujus Ascetae operâ. Equidem inspectâ primâ Chronici paginâ Necrologium existimavi, quippe qui Beneventanorum Principum emortualem annum signatum inibi perlegi, Monachorum interea consuetudinem baud ignorans, Necrologium sacris Libris, quibus in Choro utebantur, affigendi, ut ad Defunctorum, & praesertim Benefactorum commemorationem fa-

Aciendam, Martyrologio in Capitulo recitato, praesto esset. At non ita: quinimmo etsi primorum Langobardorum Ducum emortualem tantummodo annum notasset, reliquorum tamen etiam gesta brevibus prosequitur, qui scilicet post medium Saeculum Christianum Nonum Beneventano Ducatui imperarunt. Qua de causa Opusculum continuo descripsi, humanitate Illustrissimi & Reverendissimi Domini Caroli Majellae, viri tibi apertissime & universae Literariae Reipublicae notissimi, cujus bono natum esse omnes Eruditi fatentur. Descriptum itaque iterum cum autographo contuli, & per brevibus denique notis illustratum ad te transmittere satégi. Tu itaque, quem veluti Magistrum veneratus sum, & venerari pergam, dum vixero, non exiguum donum, sed animum mittentis pro tua humanitate metire.

Dabam Romae VI. Kalendas Martias MDCCXXIX.

BREVE CHRONICON

MONASTERII BENEVENTANI

SANCTAE SOPHIAE
AUCTORE ANONYMO,

DE REBUS GESTIS

IN DUCATU BENEVENTANO,

Ab Anno Christi DCCLXXXVIII. usque ad Annum MCXIII.

A D D I T I S N O T I S


CL. VIRI NICOLAI ALOISIAE.

CHRONICON

MONASTERII BENEVENTANI.

Anni Domini. Indictiones.
DCCLXXXVIII. X.

DCCCVI. XIII.



Ense Augusti, VII. Kalendas Septembris, O. Arechis Princeps & Dux Samnitum, atque Fundator (a) Sanctae Sophiae.

O. Grimoaldus Princeps successor Domni Arechis; & electus est Grimoaldus Thesaurarius Princeps in Benevento.

DCCCXVIII. XI.

Electus est Sico Princeps in Benevento, de quo fama fuit (b) venenasse Grimoaldum Principem.

DCCCXXXI. IX.

O. Sico (c) Princeps.

DCCCXXXII. X.

Electus est Sycardus filius ejus in Benevento.

DCCCXXXVIII. I.

Translatum (d) est Corpus Sancti Bartholomaei in Benevento.

DCCCXXXIX. II.

Occisus (e) est Sycardus Princeps, & electus est Radelchis; & eodem Anno dedicatum est Oratorium Sancti Bartholomaei.

DCCCXLIX.

(a) Anno 774. circiter Monasterium, Ecclesiamque, alterius ad instar Constantinopoli à Justiniano excitatae, Sanctae Sophiae nomine aedificasse videtur Arechis, ex Praecepto Donationis bonorum eidem concessorum, ab altero Chronographo San-Sophiano apud Ughellium Tom. 8. Ital. Sacr. in Append. pag. 34.

(b) Grimoaldum Thesaurarium, sive Grimoalt Comitis Compisni insidiis à Sicone morti proximum jugulatum fuisse, veteres Historici omnes fatentur; at venenum eidem à Sicone propinatum adhuc necatum hi scribant, fortè vel veneno hebetem interimere securius voluere. Vide-sis Erchempertum Tomo II. Rer. Italicar. pag. 283.

(c) Metachronismus. Ad Annum enim 833. Siconis emortualis annus protrahendus est. Atque Sicardi electio, patre adhuc

vivente, qui eum Ducatus consortem anno praesignato effecerat, huic Anno illiganda est, etsi Anno 833. solus imperare coeperit, quum in ejus Diplommatibus & Praeceptis ab eo Anno Ducatus anni numerentur.

(d) Pagius ad insequentem Annum ex Leone Ostiensi, aliisque monumentis, Translationem hanc protrahit, & quidem exeuntem: nam cum tertio Praefecturae Bastacii anno, qui exeunte Februario 837. ordinatus fuerat, eam copulat. Noster porro hoc Anno. Anastasius apud Pagium ad hunc usque Annum Liparis fuisse sacrum pignus, Annoque 839. Beneventum translatum fuisse dehinc subjungit.

(e) Quum annos sex, & menses decem ei tribuat post patris decessum Chronographus alter San-Sophianus, sequitur, ut Anno 839. exeunte decesserit.

DCCCXLIX.	XII.	Obiit (a) <i>Redelchis Princeps</i> , & electus est <i>Radelgarius filius ejus</i> .
DCCCCLIV.	II.	Obiit <i>Radelgarius Princeps</i> , & <i>Adelgis frater ejus electus est filius Radelgarii Principis</i> .
DCCCCLXI.	IX.	Comprehensum est (b) <i>Varum ab Imperatore</i> .
DCCCCLXVI.	XIV.	Venit <i>Ludowicus Rex</i> , & pugnatum cum <i>Sotane Rege Ismaëlitarum</i> , & vicit eum.
DCCCCLXXII.	V.	Comprehensus est (c) à <i>Beneventanis Ludowicus Rex</i> .
DCCCCLXXV.	VIII.	<i>Graeci ingressi sunt</i> (d) <i>Varum</i> .
DCCCCLXXVIII.	XI.	Electus est <i>Princeps Gayderis filius Radelchis</i> , & occisus est <i>Adelchis Princeps frater ejus</i> .
DCCCCLXXXI.	XIV.	Ejectus est de <i>Benevento Gayderis Princeps mense Januarii</i> , & electus est <i>Radelchis junior</i> .
DCCCCLXXXV.	III.	<i>Radelchis junior expulsus est de Benevento</i> , & electus est <i>Alo Princeps</i> .
DCCCCLXXXVIII.	VI.	Perditio fuit facta in <i>Varo per Graecos</i> .
DCCCXCI.	IX.	Obiit <i>Alo Princeps mense Octobris</i> , & electus est <i>Ursus puer filius ejus</i> .
DCCCXCII.	X.	Intravit <i>Sybbaticius Stratigo cum Graecis in Benevento mense Octobris</i> , & in <i>Sipontum de mense Junii</i> .
DCCCXCIV.	XIII.	Expulsi sunt (e) <i>Graeci de Benevento per Guidonem Marchionem</i> .
DCCCXCVIII.	I.	<i>Radelchis Princeps junior recuperatus in Principem</i> .
DCCCXCIX.	II.	<i>Hungari in Italiam venerunt</i> .
DCCCC.	III.	<i>Beneventani eiecerunt</i> (f) <i>Radelechim Principem de Prin-</i>

(a) Quia *Radelchim* annis undecim & mensibus decem regnasse ex altero *San-Sophiano Chronographo* certum est, sequitur duorum annorum metachronismo *Anonymum nostrum* peccasse: quare ad Annum 851. ejus emortualis annus consignandus est. Sicuti recte *Radelgario* quatuor annos tribuit, ita memoria lapsus, quum *Adelgim*, sive ut infra rectius scribit, *Radelchim* filium *Radelgarii* scripsit, quem revera ejus fratrem, *Radelchis* porro filium, tum ipse infra, tum veteres omnes fuisse tradunt.

(b) Non hoc Anno, sed fere post decennium, hoc est Anno 871. id accidit. *Ludovici* adventum Anno 866. recte alligavit *Chronographus noster*, proeliumque cum *Saracenis* in *Apulia* gestum à *Francis*: quod quum feliciter nostri gessissent, insequenti Anno *Barum*, sive *Barium* obsidione cinxit *Ludovicus*, quae triennio ferme integro perduravit. Vide *Erchempertum* loco supra citat. n. 32.

(c) Ad Annum antecedentem revocandum est *Ludovici* infortunium. Nam quum *Hadrano II.* Papa adhuc superlitate, qui Anno Christi 872. *Januarii* mense corrente decessit, vinculis mancipatum fuisse certum sit, sequitur, quod Anno 871. comprehensus fuerit *Ludovicus*. Vide *Annaliam Bertinianum Tomo II. Rer. Italicar. pag. 557.* & *Pagium* ad hunc Annum.

(d) Vide praeclaudatum *Erchempertum* num. 76. ibidemque *Camillum Peregrinum*. Porro sub *Alonis*, seu *Ajonis* Principatu, qui ab Anno 873. exeunte imperare coepit, *Graeci* potiti sunt *Bari*.

(e) Recte ad hunc Annum consignatur *Graecorum* expulsio; nam *Graeci Leone Ostiensi Lib. 1. cap. 4.* & *Anonymo Salernitano* testibus, nonnisi annis tribus & mensibus novem *Beneventi* dominati sunt.

(f) Recte quidem: *Atenolphus* enim *Capuano* Principatu potitus est *Sabbato* post

Principatu, & electus, est Atenolfus cognatus ejus à Capua.

DCCCCII.	V.	<i>Tertio anno (a) Principatus Domini Atenolfi electus est Landulphus filius ejus. Iste Landulphus fuit Patricius & Princeps.</i>
DCCCCXI.	XIV.	<i>Electus est Atenolphus Princeps</i>
DCCCCXII.	XV.	<i>Obiit Atenolphus Princeps.</i>
DCCCCXVI.	IV.	<i>Saraceni ejeti sunt de & Gariliano.</i>
DCCCCXXI.	IX.	<i>Intravit Dominus Atenolphus in Sypontum.</i>
DCCCCXXII.	X.	<i>Intraverunt Hungari secundo in Italiam mense Februario.</i>
DCCCCXXVI.	XIV.	<i>Michaël Rex Sclavorum comprehendit Sypontum.</i>
DCCCCXXXVIII.	XI.	<i>Sol obscuratus est.</i>
DCCCCXLI.	XIV.	<i>Obiit (b) Atenolphus frater Domni Landulfi.</i>
DCCCCXLIII.	I.	<i>Obiit (c) Landulphus Antipater frater ejus.</i>
DCCCCXLVII.	V.	<i>Intraverunt tertio Hungari in Italiam.</i>
DCCCCLIV.	XII.	<i>Translatum (d) est Corpus Sancti Matthaei in Sa- lernum.</i>

Tom. I.

E e

DCCCCLVIII.

post Epiphaniam, quod in VII. Id. Januarii incidit, Literâ Dominicali A. Erchemperto teste. Atqui nonnisi cum Anno 887. Indictione V. copulari potest haec ab laudato Historico chronologica nota. Quare quum ille annis tredecim Capuae imperarit, ut Johannes Archidiaconus in Chronic. Comit. Capuae Tomo II. Rer. Italicar. pag. 273. refert, sequitur, ut primus annus ejus Principatus in Benevento illigandus sit Anno 900. Corrigendus est tamen Anonymus Salernitanus qui part. 4. pag. 295. Tomi II. Rer. Italicar. initium anno LI. accidisse scribit, postquam nova Capua condita fuerit, quod Anno 856. contigit, quum stare non possint cum iis, quae antea tradidit, scilicet Guidonem Marchionem duobus annis, mensibus sex, expulsis Graecis Beneventi regnasse: totidemque annis Radelchim; quorum Principatus anni ad invicem collati annos quinque integros reddunt. Hinc eo referente, Graecis Anno 895. depulsis, superest, ut additis quinque Guidonis nempe & Radelchis annis, Atenulphi initia contrahamus ad Annum 900. & loco LI. annorum XLIV. notam eidem Anonymo Salernitano apponamus.

(a) Dissentit Chronographus alter San-Sophianus, qui annum unum integrum Atenulpho patri tribuit, quum scilicet solus

regnarit, decem verò & menses sex cum filio. Verum quum nonnisi Anno 900. exeunte Principatum Beneventanum obtinuerit terdiodecimo Capuani Principatus anno, qui cum eodem Anno 900. exeunte copulari debet, sequitur, ut Anno 902. ejus Principatus tertio ineunte filium Collegam elegerit.

(b) Emortualem annum Atenulphi junioris primus hic noster prodit Chronographus.

(c) Annis quadraginta quatuor regnasse in serie Comitum Capuae dicitur Landulphus apud Peregrinum, computatis annis, quibus simul cum patre Regno praefuit. Quare recte ejus initia ad Annum 902. consignantur à Chronographo nostro: certamque ejus Regni annorum vel hinc periochem habemus, quam ex veteribus monumentis exoptabat ediscere clariss. vir Peregrinus. Antipatri nomen occurrit in ejus Charta in Chronico San-Sophiano apud Ughellium Tom. 8. Ital. Sacr. veter. editionis.

(d) Vide Ostiensem in Chronico Lib. 5. cap. 2. & Chronicon Cavense Tomo VII. Rer. Italicar. Ejus memoriam Prisdie Nonas Maji Casinenfes recolebant, ut ex eorum Ordine apud clariss. virum P. Martene de antiq. Monachor. Rit. Tom. 2. pag. 596. habetur. Quare hac die Anno 954. accidisse non immerito inde arguere licet.

Anni Domini.	Indictiones.	
DCCCCLVIII.	I.	<i>Electus est Landolphus Episcopus.</i>
DCCCCLX.	III.	<i>Obiit (a) Constantinus Imperator.</i>
DCCCCLXI.	IV.	<i>Obiit Landolphus Princeps, & electus est Landolphus germanus Pandulphi Principis.</i>
DCCCCLXIV.	VII.	<i>Obiit (b) Romano Imperator filius Constantini. Otto senior Rex Romani venit.</i>
DCCCCLXVII.	X.	<i>Septima die intrantis mensis Septembris venit (c) Papa Johannes in Beneventum.</i>
DCCCCLXVIII.	XI.	<i>Sol obscuratus est decima die stante mense Decembris. Obiit (d) Landolphus Princeps & electus est Pandolphus filius ejus.</i>
DCCCCLXX.	XIII.	<i>Papa Johannes (e) primum consecravit Landolphum Archiepiscopum Beneventanum.</i>
DCCCCLXXXIII.	XI.	<i>Electus est Albanus Archiepiscopus. Obiit Otto Rex Romae.</i>
DCCCCLXXXV.	XIII.	<i>Gregorius Papa consecravit Albanum Archiepiscopum.</i>
DCCCXC.	III.	<i>Octavo Kalendas Novembris factus est Terraemotus magnus in Benevento, pro quo ceciderunt multa aedificia, & plures homines mortui sunt.</i>
DCCCXCVIII.	XI.	<i>Otto Rex (f) venit Beneventum.</i>
MI.	XIV.	<i>Obiit Albanus Archiepiscopus.</i>
MII.	XV.	<i>Tertia die intrantis mensis Augusti venerunt Saraceni in Beneventum, & nocte transferunt ad Capuam & ad Neapolim.</i>

(a) Constantini emortualis annus ad antecedentem 959. retrahendus est. Obiit enim eodem Anno, mente Novembri, ut recte Pagius statuit.

(b) Ad Annum antecedentem consignanda est Romani Augusti depositio: Ottonis vero Magni Romam adventus Anno 962. secundum vulgarem Epocham est illigandus.

(c) De Johannis XIII. Papae in Beneventum appulsu nemo Veterum, quem sciam, verbum fecit. Quod ex Ostiensis Chronico certum apparet, Anno 965. Pagio emendante, Capuam is Pontifex venit. Verum, si nostro Chronographo fides, sententia Baronii stabit, afferentis, bis Capuam appulisse Johannem, nempe Anno praesignato; tum Anno 968.

(d) Septem annos & menses sex Landolpho Principi tribuit Anonymus San-Sophianus alter. Quare quum Anno 961. electus antea heic dicatur, sequitur, eum reipsa hoc Anno decessisse, die XXVIII. Decembris, quum à V. Kalendas Julii Anni 961. alterius Landolphi emortuali regnare coepisse eum vi-

derimus. Chronographus Cavensis ejus mortem ad superiorem annum revocat. (e) In Concilio Romano Metroplitani Dignitas Beneventanae primum accessit Ecclesiae, postquam jam Capuana eà praerogativam fuerat insignita: quidquid perperam in Retractione sua dicat nuperus eruditus Criticus. Exstat Tomo IX. Concilior. column. 1238. edition. Labbean. Epistola Johannis XIII. Papae, data Romae VII. Kalendas Junii, Indictione XII. Pontificatus Anno IV. Quare in antecedentem Annum protrahenda sunt ea, quae ad hunc Annum Chronographus noiter consignavit.

(f) Quum non semel Beneventum venerit Otto III. observante Pagio ad hunc annum num. XX. hoc tamen Anno venisse vel ex Leonis Ostiensis Scholiaste eruditissimo ediscimus, qui Casinum adventasse, Praeceptumque confirmationis bonorum eidem Archimonafterio concessisse, datum VIII. Kalendas Junii, Anni 998. ex Regeſto n. 125. refert. Quare inde Beneventum usque pervenit.

Anni Domini.	Indictiones.	
MIII.	I.	<i>Beneventani expulerunt Pandulphum Principem, & miserunt vinctum usque Surrentum.</i>
MV.	III.	<i>Reversus est Pandulphus de exilio. Electus est Alphanus Archiepiscopus.</i>
MX.	VIII.	<i>Fuit destructum Sepulcrum Domini.</i>
MXIV.	XII.	<i>Obiit Pandulphus Princeps mense Augusti.</i>
MXVII.	XV.	<i>Mense Maii venerunt Normanni in Apulia, & in mense Junio fecerunt bellum cum Graecis.</i>
MXVIII.	I.	<i>Apparuit Stella crinita.</i>
MXXV.	VIII.	<i>Obiit Henricus Rex.</i>
MXXIX.	XII.	<i>Inundaverunt aquae fluminis Caloris & Sabbati.</i>
MXXXIII.	I.	<i>Eclipsis Solis mense Junio.</i>
MXXXIV.	II.	<i>Obiit Landulphus Princeps mense Septembris. In die Sancti Petri Sol obscuratus est.</i>
MXXXVIII.	VI.	<i>Mense Junio venit Conradus Rex in Beneventum. Mense Augusto factus est Landulphus junior. (subintelligendum Princeps.)</i>
MXLIV.	XII.	<i>Fuit Terraemotus in Coena Domini hora tertia mense Aprilis.</i>
MXLV.	XIII.	<i>Obiit Alphanus Archiepiscopus, & electus est Madelfridus.</i>
MXLVII.	XV.	<i>Venit (a) Henricus Rex filius Conradi super Beneventum cum Papa Clemente. Et Leo Sanctus Papa excommunicavit eos.</i>
MXLVIII.	I.	<i>Fuit famies valida.</i>
MXLIX.	II.	<i>Mense Aprilis descendit Leo Papa in Apuliam ad Oratorium Sancti Angeli.</i>
MLI.	IV.	<i>Leo Papa misit Legatos suos Beneventum, qui acceperunt (b) saccummatum à Beneventanis ad...</i>
MLIII.	VI.	<i>Descendit Leo Papa in Apuliam, ubi facta (c) bello cum Nortmannis, reversus est Beneventum, ubi, postquam ordinavit Uderistum Archiepiscopum, reversus est Romam, & obiit XIII. Kalendas Maji.</i>
MLIV.	VII.	<i>Obiit Leo Papa.</i>
MLV.	VIII.	<i>Tertiadecima die flante mense Junio factus est magnus sonus in Caelo, hora Tertia.</i>

(a) Eadem Hermannus Contractus, & Wippo in Vita Conradi Lib. 2. cap. 4. tum Oltiensis apud Pagium ad hunc Annum. Lapsus Librarii, Leonem pro Clemente excommunicatione Beneventanos perculisse scribentis. Porro illi Agnetem Augustam contumeliis affecerant. Ceterum Leo IX. Papa Anno nonnisi 1049. Clementi II. successus fuit, qui eos contra, teste Oltiensi, ab excommunicatione per Clementem decessorem suum lata absolvit.

(b) Pro *saccummatum* fortasse scribendum *Scaccummatum*.

(c) Immeritò Oltiensis proelium Normanicum consignans à Pagio carpitur, quasi unius anni anachronismo peccarit, & in subsequenter illud protraxerit, quum apertis verbis Epocham signet Cap. 77. dicens: *Posthac adjunctis sibi fere cunctis partium istarum Militibus, Apuliam cum Normannis dimicaturus perrexit Anno Domini MLIII.*

Anni Domini.

Indictiones.

MLVIII.	XI.	<i>Factus est Pandolphus Monachus in Sancta Sophia.</i>
MLXI.	XIV.	<i>Mense Februario obsedit Nicolaus Papa (a) Aliper- gum, & sequenti mense Julio obiit.</i>
MLXII.	XV.	<i>Alexander Papa (b) ordinatus est. Et Riccardus Princeps cepit Capuam.</i>
MLXIII.	I.	<i>Tertio Nonas Octobris fuerunt grandines magnae sicut ova post coenam.</i>
MLXV.	III.	<i>Cecidit refina (c) nimia de mense Novembris.</i>
MLXVI.	IV.	<i>Sextodecimo Kalendas Maji (d) apparuit Stella Co- metis. III. die stante mense Februarii factae sunt tenebrae hora Nonae, & permanserunt ho- rae tres. Postea subsequuta est pluvia rapida nimium. Dux Gotsfredus venit. Et Nortmanni bella crudelissima fecerunt cum Britannis in ter- ra Anglorum & Saxonum.</i>
MLXVIII.	VI.	<i>Obiit Uualricus Archiepiscopus.</i>
MLXXI.	IX.	<i>Capta est Palermus à Roberto Duce.</i>
MLXXII. (e)	X.	<i>Undecimo Kalendas Maji obiit Alexander Papa, & Gregorius fit Papa mense Aprili.</i>
MLXXIII.	XI.	<i>Obiit (f) Pandulphus Princeps mense Februarii, & Burgum à Porta Rufina crematum est mense Au- gusti. Gregorius VII. Papa venit Beneventum.</i>
MLXXIV.	XII.	<i>Electus (g) est Domnus Manelmus, & consecratur in Abbatia Sanctae Sophiae à Domno Papa Gregorio. Et Milo fit Archiepiscopus.</i>
MLXXV.	XIII.	<i>Robertus Dux perrexit super Salernum, quod tenebat Gifolfus Princeps cognatus suus; & sedit super</i> <i>cum</i>

(a) De hac Alipergeri obsidione apud Histo- ricos ne iota quidem. Quis etiam lo- cus indicetur, nondum didici.

(b) Alexander II. Papa anno antecedenti Nicolao II. sufficitur; quare haud co- pulari potest cum Capuana expugnatio- ne, quae recte ad hunc annum confi- gnatur, consentiente Oulienfi Lib. 3. cap. 15. quem vide.

(c) *Refina*, idest pluvia foetida, seu immun- da. Vide Du-Cangium in Glossar. La- tin. verb. *Bromefus*, *Brumofus*. Idem infra repetitum videas ad Annum 1081.

(d) Ad hunc Annum tum Graeci tum La- tini Historici, qui tamen mense Majo visam scribunt, & Arnulphus Medio- lanensis declinante Vere. Quae quum per mensem & ultra visa fuerit, recte ejus apparitio ad illum diem consignari potest. Corrigenda Indictio in Chronico Cavensi & Annus in Lupo. Gothi- fredus adventum hoc Anno confirmat A-

nonymus Casinensis: quare corrigendus Sigonius, qui Lib. 9. de Regno Italiae praecedenti anno illigavit.

(e) Librarii Sphalma, Annum 1072. pro 1073. scribentis; quo tempore & Alexander II. decessit praenotato recte die, & Sanctus Gregorius VII. electus fuit die XXII. Aprilis.

(f) In hac rerum narratione ordo praepo- sterus observatur. Praemittitur Pandol- phi mors, quae exeunte hoc Anno con- tigit. Porro Gregorii VII. adventus hoc eodem Anno Indictione XI. mense Au- gusti.

(g) Recte Madelmi ordinatio in Abbatem Sanctae Sophiae cum Milonis ordinatione conjungitur: quem hoc Anno Beneven- tanae praefuisse Ecclesiae ex Synodico ejus Judicato ediscimus in Chronico San- Sophiano, quamvis ibi mendosa sit In- dictio.

Anni Domini. Indictiones.

		<i>cum à mense Maio, usque in festum Sanctae Luciae: & in ipsa nocte cepit eandem Civitatem. Obiit (a) Milo Archiepiscopus.</i>
MLXXVI.	XIV.	<i>Roffridus fit Archiepiscopus.</i>
MLXXVII.	XV.	<i>Quintodecimo Kalendas Decembris obiit Landulphus Princeps, & quartodecimo Kalendas Januarii venit super (b) Beneventum Robertus Dux, & sedit ibi usque in VI. Idus Aprilis.</i>
MLXXVIII.	I.	<i>Gregorius Papa tradidit Roberto Ducatum.</i>
MLXXIX.	II.	<i>Gelavit flumen Calor, ita ut desuper homines calciant transierent.</i>
MLXXX.	III.	<i>Henricus (c) Imperator venit Romam. Et in eodem anno Robertus Dux perrexit super Civitatem Tiburtinam. Et Jordanus Princeps fecit pactum cum praedicto Henrico Imperatore.</i>
MLXXXI.	IV.	<i>Tertio Nonas Februarii cecidit resina die & nocte; quanta nullus meminit. Henricus Imperator iterum Romam venit.</i>
MLXXXII.	V.	<i>Electus est Imperator Alexius Constantinus.</i>
MLXXXIII.	VI.	<i>Henricus Rex venit Romam, & obsedit eam.</i>
MLXXXIV.	VII.	<i>Henricus ordinavit (d) Clementem Papam Romae; qui erat Archiepiscopus Ravennae. Mense Maji perrexit Robertus Dux super Romam, & cepit eam fraude Romanorum, & deposuit de Arce Sancti Angeli Gregorium Papam, & cum eo venit Beneventum. Demorati sunt ibi aliquibus diebus. Ivit Salernum, & dedicatum est ibi (e) Oratorium Sancti Matthaei.</i>

(a) Milonis obitus recte designatur, qui insequente ineunte Anno Roffridum successorem habuit. Corrigendum Ughellius in annum sequentem ejus obitum protrahens.

(b) Recte: nam VI. Idus Aprilis obsidionem poene reliquit Robertus, à Desiderio Casineni Abbate monitus, uti praeter Romualdum, Ostiensis narrat Lib. 3. cap. 45. Porro Sanctus Gregorius VII. hoc eodem Anno praedicti Beneventani Ducatus investituram Junio decurrente Aquini Roberto Guiscardo concessit, à quo sacramentum fidelitatis accepit. Quare perperam à nostro Chronographo in subsequenter annum id protrahitur.

(c) De Henrico in Urbem hoc Anno adventu apud Scriptores ne verbum quidem. Foederis autem cum Roberto innovati meminit Romualdus in Chronico, qui Cyperani fuisse Ducem scribit. Roberti super Tiburam adventus, &

cum Henrico confederationis meminit nemo. Guilielmus Apulus Beneventi foedus iterum istum memorat. Si divinare licet, Tiburi id accidisse, à nostro Chronographo subindicatum existimarem, unde Beneventum cum Gregorio processerit, atque in Ducatus Metropoli solemniter rito sancitum, quod fortè Tiburi definitum erat.

(d) Hoc est, *intbronizavit*: namque cum Brixini à Schismaticis eligi antea & ordinari fecerat.

(e) De Oratorio Sancti Bartholomaei à Roberto Guiscardo Anno 1077. constructo meminit Guilielmus Apulus, exstatque Epistola responsiva Sancti Gregorii VII. Alphano Salernitano Archiepiscopo scripta, quae est octava Libri octavi, qui Sanctum Pontificem de ea re monuerat. Consecrationis tamen ejus Oratorii Epocham ex nostro Chronographo nunc primum discimus,

Anni Domini.
MLXXXV.

Indictiones.

MLXXXVI.
MLXXXVII.

MLXXXVIII.
MLXXXIX.
MXCIII.

MXCIV.

MXCVI.

MXCVII.

MXCVIII.

MXCIX.

MC.

MCI.

MCII.

MCV.

MCVI.

MCVII.

VIII. *Obiit Gregorius Papa apud Salernum. Obiit Robertus Dux trans mare.*

IX. *Obiit Girardus Comes.*

X. *Translatum est Corpus Sancti Nicolai in Varum. Sexto Idus Magi ordinatus est Desiderius, qui & Victor Papa dictus est, & obiit XV. Kalend. Octobris.*

XI. *Mense Martio ordinatus est Urbanus Papa.*

XII. *Pisani & Genuenses Africanam regionem affixerunt.*

I. *Mense Aprilis visae sunt à multis quasi in unum Stellae in Occidente cadere de Caelo.*

II. *Quartadecima die intrantis mensis Januarii factus est tremor magnus, & in quarto die.....*

IV. *Gens Christianorum transit mare dimicatura contra Paganos.*

V. *Alma Hierusalem est reddita Christianis. Obiit (a) Dathmarus.*

VI. *Capua est reddita. Aestas fuit feruida plus solito, ut pro eo vites cum uvibus aufererent.*

VII. *Obiit Urbanus Papa tertio die stante mense Julio, & electus est Paschalis, qui & Raynerius Cardinalis: inde cessavit Schisma.*

VIII. *Obiit Clemens (b) Papa. Paschalis Papa descendit in Apuliam, & fecit Synodum in Melfhia mense Octobris, & excommunicavit Beneventanam Civitatem, & permansit ita excommunicata menses XI. dies XXXI.*

IX. *Rogerius Comes Siciliae & Calabriae, Paschalis Papa cum Duce Rogerio, & multitudine militum, hominumque innumerabilium venit super Beneventum: quorum timore perterritus Anso Dathmari filius fugit X. Kalendas Octobris, Indictione X. Alio vero die triumphans ingressus, Urbem suo dominatui subdens.*

X. *Fuit fames valida, ita ut modium frumenti venderetur centum denarios; & mortalitas hominum.*

XIII. *Apparuit Stella Cometes decimo die intrante mense Februarii ab occidente.*

XIV. *Obiit Henricus Rex.*

XV. *Obiit Roffridus Archiepiscopus. Obiit Domnus Adelmus Abbas, & Domnus Benedictus fit Abbas.*

MCVIII.

(a) Dathmarus fuit Beneventanae Urbis Praefes, de quo Continuator Leonis Ostiensis Lib. 4. cap. 19.

(b) Clemens scilicet Antipapa: quo confirmatur annus ejus emortualis à Pagio signatus ad hunc annum, num. 2.

Anni Domini.

Indictiones.

MCVIII.

I. *Paschalis Papa venit Beneventum, & facto Synodo mense Octobris consecravit Landulphum, VI. Idus Novembris.*

MCIX.

II. *Secundo die intrantis mensis Novembris combustum est thesaurum Sanctae Mariae.*

MCX.

III. *Apparuit Stella Cometis mense Junio per triginta dies. Filius Henrici Regis venit Romam mense Februario: fraude cepit Papam Paschalem, & Cardinales. Obiit Robertus Dux, VIII. Kalendas Martii, & Boëmundus frater ejus.*

MCXII.

V. *Paschalis Papa fecit Synodum Romae mense Martio; infringens pactum, quod fecerat cum Rege, sicut praecedenti anno juraverat cum Cardinalibus, & confirmato Decreto Pontificum praedecessorum suorum de investiendis Pontificibus Germaniae. Duodecimo Kalendas Julii apud Neapolim mare recessit tantum, & aqua quasi passus ducta, ita ut pisces remanserint in sicco. Postmodum autem apparuit Stella clarissima. Undecimo Kalendas Augusti coeptum est aedificari Oratorium Sancti Bartholomaei à novo fundamento.*


MCXIII.

VI. *Jordanes Comes, & Robertus simul cum Principe Capuano sumentes arma, venerunt super Beneventum II. Idus Augusti. Qui turpiter fugati sunt à Landulpho Comite Stabuli similiter cum Beneventanis.*

F I N I S.

DE MARCHIONIBUS
ITALIAE,
DISSERTATIO SEXTA.

DISSERTATIO SEXTA.



DE illustri Titulo ac dignitate *Marchionum Italiae* multa jam pridem attuli, Par. I. Cap. V. Antiquitat. Estensium. Nunc alia mihi congerenda sunt, ut nobili argumento fiat satis. Ante Caroli Magni tempora difficile reperias in usu, aut à coaevis Scriptoribus memoratum *Marchionis* nomen, à *Marcha* sive *Marchia* derivatum, voce Theutonica, qua significantur *confinia*, ac *limites* Provinciae alicujus, Regni, & agri. *Foris Marcham nemo mancipia vendat*, legitur in uno ex Capitularibus ipsius Caroli Magni spectante ad Annum DCCLXXIX. apud Baluzium Tom. I. pag. 198. Capitularium. Atque ideo qui sive Duces, sive Comites ab Imperatoribus Francis ac Germanis, & à ceteris Italiae Regibus, praeficiebantur regimini ac tutelae Provinciae alicujus sitae in finibus Regni, ii sensim Saeculo Christi Nono appellari coepti sunt *Marchiones*, *Marchenses*, *Marchisi*. In altero ex Capitularibus Anni incerti, quae Carolo Magno tribuuntur apud prae laudatum Baluzium Tom. I. pag. 529. (sed nescio an certo titulo) inquirendum praecipitur: *Quomodo Marcha nostra sit ordinata, & quae per se fecerunt confiniales nostri &c.* Subditur infra: *De illis hominibus non recipiendis à Marchionibus nostris, qui Seniores suos fugiunt &c.* Ludovicus quoque Pius

A Caroli Magni filius & successor in Edicto Anni DCCCXV. pro Hispanis in Franciam à Saracenorum infestatione confugientibus, loquitur *de ea portione Hispaniae, quae à nostris Marchionibus in solitudinem redacta fuit.* Haec fortassis omnium antiquissima *Marchionum* mentio. Immo & de ipsa dubitabam ego olim, quum longe serius ejusmodi Titulum ab ipsis Francis usurpatum videam, & sub ipso Ludovico Pio appellari pergerent *Comites*, qui postea *Marchionum* nomen assumpserunt. Certe nulla mihi haesitatio est in amandando ad fragmenta Saeculorum posteriorum *Chartam Ludigari Comitis Civitatis Asculanae*, quam Ughellius Tom. I. Ital. Sacr. in Episcop. Asculan. exhibet, scriptam, *Regnante Domino Carolo & Pippino filio ejus excellentissimis Regibus Francorum & Longobardorum, sets & Patriiis Romanorum, Regnorum in Christi nomine in Italia XXVI. & XVIII. & temporibus Vinigisi summi Ducis, Anno felicissimo Ducatus ejus Octavo, mense Junii, die II. per Indiction. VI. hoc est Anno Christi DCCXCVIII.* Quod Pippinus etiam appellari heic videatur *Francorum Rex*, nullam fere mihi difficultatem creat. Alibi idem factum ab imperitis Notariis animadverti, nisi quod *Chartae* huic ab ipsis Carolo Magno & Pippino subscriptum dicitur, ac proinde Notario diligentia major futura fuit. Quod verò idem Pippinus *Patrius* etiam *Romanorum* dicatur, immo ipse non alio quàm isto in sub-

F f 2 scri.

scriptione titulo utatur: hoc sane concoquere ego nequeo. Insueta deinde est subscriptio ipsa *Caroli Imperatoris*, ac *Pippini Patritii Romanorum*. Suis Diplomatis, non sua subscriptione consueverunt Imperatores, & Reges aliorum donationes confirmare: quod etiam factum non Anno DCCXCVIII. fuerit, sed postquam Carolus Imperialem Dignitatem adeptus est. Subscribit etiam *Vinigisus Dux & Marchio*: quod profectò vix credam, quum, uti nuper aiebam, titulus *Marchionis* nondum invaluisset. Praeterea subscribunt *Rodelantus & Astolfus*, duo scilicet ex iis, quos *Paladini* appellatos Romanenses tantum Fabulae celebres effecere. Ad haec difficile cum Anno DCCXCVIII. componas *Annus Octavum Vinigisi Ducis*, quem Anno DCCLXXXIX. Ducatu donatum colliges è Catalogo Chartarum Farfensium, infra mihi evulgando in Dissertat. LXVI. de mod. acquir. Denique in ea Charta supino nimis errore adnotatur *Annus ab Incarnatione DCCCLXXIV.* quod & Ughellius sensit, & pro suo modulo castigandum sibi censuit.

At jam perconteretur aliquis, quodnam olim intercedebat discrimen inter *Duces*, *Marchiones*, & *Comites*? In eodem nuper laudato Edicto nulla alia quàm *Comitis* appellatio Praefidi Marchiae tribui videtur iis verbis: *Cum Comite suo in exercitum pergant, & in Marchia nostra juxta rationabilem ejusdem Comitis ordinationem, excubias facere non negligant.* Praeterea *Adalberti* duo Tusciae Praefecti Saeculo Christi Nono nunc *Duces* inscripti reperiuntur, nunc *Marchiones*, aut *Comites*; & aequè Tuscia ac Forum-Julii modò appellatione *Ducatus*, modò *Marchiae* memorantur. In quo ergo sita erat ejusmodi nominum di-

A veritas? Quaestionem hanc dirimere non tam facile liceat; neque enim finit veterum monumentorum penuria, nos certius atque intimius in hanc rem intueri. Extra omnem dubitationem positum reor, sub Regibus Langobardis inauditum in Italia fuisse, aut certe nusquam usurpatum nomen, nedum munus *Marchionum*.
 B Regnantibus iis in eorum ministerio nullos alios invenias, nisi *Duces*, *Comites*, aut *Judices*, *Gastaldios*, *Sculdascios*, aliaque id genus nomina. Ad *Duces* ergo Langobardicos quod attinet, quanquam certum videatur, eorum Dignitatem à *Militia* nomen accepisse, atque ejusmodi appellatione fuisse donatos, qui militaribus copiis unius Civitatis aut unius Provinciae praessent: incertum tamen est, an ita politico regimini Civitatis sibi commissae praessent, ut *Judicis* etiam munus sub Langobardis Regibus implerent. In Codice Legum Langobardicarum Lib. I. Tit. 14. Rotharis Rex in haec verba loquitur: *Si quis de exercitibus Ducem suum contempserit ad justitiam faciendam, XX. Solidos Duci suo & Regi componat.* In altero Edicto ejusdem Regis legitur: *Si quis res suas ab alio in exercitu requisierit; & noluerit ille reddere, tunc ambulet ad Ducem. Et si Dux illi, aut Judex, qui in loco ordinatus est à Rege, veritatem, aut justitiam non conservaverit, componat tam Regi, quàm ei, cujus causa est, Solidos XX.* Qui heic appellatur *Judex*, nihil aliud mihi est, quam qui *Comes* postea vocatus est. Nimirum occupato à Francis Italico Regno ad regimen cujuscumque Civitatis delectus est Praefectus cum titulo *Comitis*, ad quem prae ceteris spectabat justitiam unicuique ministrare in Placitis. At hoc idem praestitere *Judices*

ces singularum Urbium sub Langobardis Regibus. Liutprandus Rex Lib. 2. Tit. 41. Lege primâ edicit, ut qui lites habent, ad suum *Sculdasium* dirimendas d'ferant, qui si iustitiam facere negliget, poenâ pleâetur. Quod si ejusmodi erit causa, ut à *Sculdasio* decerni non possit, ad *Judicem* deducatur: & isto suum munus negligente, ad Palatium Regis tandem controversia deveniat. Si verò talis causa fuerit, quod ipse *Sculdasius* (*Sculdais* habet *MStus* Codex *Estensis*) deliberare minime possit, dirigat ambas partes ad *Judicem suum*. Et si nec *Judex* deliberare potuerit, dirigat infra duodecim dies ambas partes in praesentia Regis. Ergo post supremum Regiae Curiae tribunal, unicuique Civitatis suus erat *Judex* minister iustitiae, auctoritate similis *Comitibus* posteriorum temporum. In Praefationibus ad Leges suas protestantur Langobardorum Reges, se *Edicta* illa efformasse una cum *Judicibus* & reliquis Langobardis fidelibus tam de *Neustriae*, quàm de *Austriae*, vel de *Tusciae* finibus. Liutprandus verò Rex eosdem *Judices* significaturus, hisce aliis verbis utitur: Una cum illustribus viris *Optimatibus* meis *Neustriae* & *Tusciae* (*oscitantia* *Librariorum* excidisse puto *Austriae*) vel univ'ersis *Nobilibus* Langobardis. Ex quibus sat patet, *Judices* in Civitatibus primatum tenuisse, uti deinde à *Comitibus* factum, eisque commissum ministrare Populo iustitiam. Ceterum an uti Francorum *Comites*, ita Langobardorum *Judices* addicti placido Juris publici studio, arma quoque induere ac militare, poscente necessitate, cogerentur, nondum liquido intellexi. At de his latius in *Dissert. VIII. de Comitibus* erit disserendi locus.

A Ad *Marchiones* venio. Illud exploratum, id nominis sub Imperatoribus Francis iis datum, qui Provincias positas ad fines Regni tuebantur: idem enim significabat *Marchio*, ac Praefectus *Marchiae*, sive *Marchae*, hoc est Provinciae alicujus Praefes, cui cura, ac tutela finium, ac limitum Regni commendata fuerat, sive terra, sive mari hostium incursumus Provincia pateret. Idem verò munus, non tamen nomen, ignotum minime fuit sub ipsis Romanis. Nam *Duces limitaneos* sub Severo Alexandro Augusto fuisse, auctor est *Lampridius* in ejus Vita Cap. 58. Ita à *Vopisco* in Aureliano commemorantur *Saturninus Scythici limitis Dux*, & *Trypho Orientalis limitis Dux*. Sed & à *Trebello Pollione* in *Celso* mentio fit *Pomponiani*, qui fuit *Dux limitis Lybici*. Seculo quoque Christianae Aerae Sexto sub Gothis Regibus in Italia dominantibus, ejusmodi ritum perdurasse, testis est *Cassiodorius* Lib. 7. Cap. 4. Variar. En ejus verba: Ducatum tibi credimus *Rhaetiarum*, ut milites in pace regas, & cum eis *Fines nostros* solemniter alacritate circumneas. Neque secus adhibiti à Francorum Regibus *Proceres* militares, qui finibus Provinciarum tuendis praecessent. Tanti verò momenti res exigebat, ut non unius Civitatis, sed integrae Provinciae homines, urgente aliqua aut impressione, aut suspicione hostium conterminorum, ad arma insurgerent, & sub uno capite militarent. Qui ergo ad *Marchiae* sive Provinciae tutelam supremo armorum imperio deligebatur, is sive *Dux*, sive *Comes* foret antea, *Marchia* etiam appellari ex hoc munere coeptus est. Porro ejusmodi officium in Provinciis, quae jampridem *Duci* uni suberant (quales jam diximus *Forum Julii*,

Julii, atque Spoletum) in ipsis Ducibus continuatum est; in iis autem Provinciis, quae à pluribus Comitibus regebantur, nullum sibi Praefectum praeter Regem agnoscentibus (quales sub Regibus Langobardis Tuscia, Litus Italicum, & Insubria fuisse videntur) inter Civitatum Comites demum delectus est potentior atque illustrior, qui *Marchionis* titulo ceteris praeesset, & auctoritatem in universam Provinciam exerceret. Id primò in Francia Saeculo Christi Nono usurpari coeptum, deinde in Italico Regno; eaque auctoritas ac dignitas iis collata est, ut singulis Comitibus, totiusque Provinciae hominibus imperarent. In supra memorato Edicto Ludovici Pii pro Hispanis haec legimus: *In Marcha nostra, juxta rationabilem ejusdem Comitum ordinationem, excubias facere non negligant. Et infra; Ad Comitum suum nullum (hoc est, ad publica judicia ab ipso Comite habita) omnimodis venire non recusent.* En Marchiae Praefectum *Comitem*; atque hinc *Marchionis* titulus ei additus fuit. Ita in Annalibus Reginonis ad Annum DCCXCIX. legenti occurrit: *Wido Comes, qui in Marca Britanniae praesidebat.* Hic autem in Annalibus Eginhardi, sive Laureshamensibus appellatur *Wido Comes*, atque *Praefectus Britannici Limitis*. Rursus in his ad Annum DCCCXXVIII. commemoratum videas *Baldericum Ducem Forojulensem*, hoc est *Ducem*, qui Provinciae Forojulensi Praefectus erat. Et nihilominus decem ante annos laudatum ibidem deprehendimus *Cadolaum Comitem, & Marcae Forojulensis Praefectum*. Nempe hic titulum quoque gessit *Comitis*, ac *Marchionis*. Sed & idem Anno sequenti appellatur *Dux*, ejusque Ducatus ap-

pellatione *Marchiae* donatur. *Cadolach Dux Forojulensis febre correptus in ipsa Marchia decessit.* Ita in Diplomate Berengarii I. Augusti, Anno DCCCCXXIII. Tomo V. Ital. Sacr. in Episcopis Bellunensibus memoratur *Marchia Fori Julii*. Paria animadvertas in Ducibus Spoleti ac Tusciae, qui nunc *Ducis*, nunc *Marchionis*, interdum etiam *Comitis* titulo insigniti cernuntur. In Tuscia frequentius adhibita est appellatio *Marchionis*, quam *Ducis*, quanquam utroque titulo Principes illi fruerentur. In Charta Antonis Episcopi Florentini, spectante ad Annum MXXXVII., quam laudat Borghinus in Traetat. de Eccles. Florentin. ista leguntur: *Pro salute & remedio animarum Ducum, seu Marchionum Tusciae; & pro salute & incolumitate Bonifacii eximii Marchionis.* Secus in Provincia Spoletana, quamvis & ipsa *Marchiam* constitueret, unus tamen fere semper titulus *Ducis* in usu fuit. Et contra complures alii in Italico Regno post Annum Christianae Aerae Millesimum occurrunt, *Marchionis* quidem dignitate ac nomine illustres, nunquam verò *Ducis* appellatione distincti: quae quidem argumento esse possunt, non idem fuisse munus & decus *Marchionis* ac *Ducis*. Si praepollebat *Ducis* appellatio, cur Tusciae Duces, postposito hoc titulo, saepius *Marchiones* se se inscribebant? Rursus vero cur tot *Marchiones* nunquam *Ducali* titulo decorati inveniuntur? Conjecturam meam accipe. Uni illi *Marchiones* fuerunt etiam *Duces* olim appellati, sive quod plures Comites sibi subjunctos haberent, & multas per consequens Urbes regerent, quales certe fuerunt Duces Tusciae, Fori-Julii, & Spoleti, sive quod praecipua aliqua insignia à Regibus & Augu-

Augustis eorum Dignitati adjicerentur, quorum ceteri Marchiones expertes erant. In Annalibus Francorum legimus, *Bosonem* Caroli Calvi Augusti Sororium fuisse *Ducem* constitutum Anno DCCCLXXVI., & in Urbe Ticinensi *Coronâ Ducali* ornatum. Illi ergo appellati *Comites*, quippe praefecturam alicujus Urbis gerebant; *Marchiones*, quia tutelae finium universae Provinciae praefecti; *Duces* verò, quod complures *Comites* & *Civitates* sub suo imperio haberent, aut *Coronae Ducalis* decus impetrarant. Ceteri tantummodo *Marchiones* appellati, qui limites tuebantur, sed nullos aut paucos *Comites* sub se numerabant.

Institutum fuit, ut supra innui, munus ac nomen *Marchionum* à Francis Regibus post Saeculum à Christi Nativitate Octavum, Regno in varias *Marchias*, sive Provincias limitaneas diviso. Quandiu conjuncta stetit Italia cum Regno Francorum in profapia Pippini Francorum Regis, Italia non vidit appellatione *Marchiae* distinctas eas partes, quae limite suo contingebant Galliam atque Germaniam: nullus enim inde hostis timebatur, quum universa haec Regna unum Dominum, unamque Regiam stirpem sibi imperantem agnoscerent. Sed postquam in diversas portiones excisa fuit amplissima ditio Caroli Magni, ac potissimum exclusis ex Italia ejus posteris, novae quaedam *Marchiae* heic efformatae fuerunt ad fines Galliae & Alamanniae, & ad ipsum Mare inferum, ut Saracenis aut Nortmannis incursantibus obsisteretur. *Mediolano* atque aliis Insubriae Civitatibus, ex quo Imperatores Saeculo Christi Decimo extra Italiam habitare consueverunt, suspicatus olim fui,

A *Comitem Sacri Palatii* praefuisse. Erat iste nimirum Magistratus amolissimus, ac Ticini plerumque consistens; atque hic in Antiquitat. Estens. Par. I. Cap. VI. mihi visus est *Marchionis* munus in iis partibus exercuisse; neque enim alium ibi haecenus deprehendi, qui praestantior ipso, Comitibus variarum nobilium Civitatum praesesset, quando Reges aberant, uti in aliis Provinciis Italici Regni consuetudo fuit: quum *Ducum* praecipue seu *Marchionum* esset, auctoritate in omnes Provinciae suae Civitates sibi traditâ, universam regionem illam in officio continere, atque ab hostibus protegere. Vide infra Dissertat. XIII. de *homin. Liber*. Ibi occurret tibi ad Annum DCCCCI. *Sigefredus Comes Palatii*, & *Comes Comitatus Mediolanensis*. Nunc etiam Comes Palatinus Rheni nulli Germanicorum Ducum, aut Marchioni Brandeburgio, auctoritate cedit, quamquam neque Dux, neque Marchio appelletur. In hanc rem nonnulla congeffi in eisdem Antiquitatibus Estensibus: & adhuc in ea sententia sum, è Mediolanensi quoque ditione constitutam olim fuisse unam *Marchiam*, institutam, ut opinor, postquam Otto Magnus imperare coepit, aut saltem Saeculo proxime sequenti. Pari etiam ratione ad credendum ducor, ex *Litore Italico*, quod Genuensium ditionem nunc complectitur, efformatam olim fuisse *Marchiam*; nam & ipsa illa regio post Francos Italiae Reges fuit finis Regni quum terra tum mari. Hanc ipsam Provinciam designatam olim puto in Diplomate Hugonis Italiae Regis, cujus vetustissimum exemplum (nam archetypum appellare non ausim) vidi in Tabulario Canonorum Arretii. Est autem hujusmodi.

Mundiburdium ab Hugone Italiae Rege concessum quibusdam
hominibus Territorii Balneensis circiter Annum 928.

IN nomine Sancte & individue Tri-
nitatis. Hugo divina favente clemen-
tia Rex. Omnibus fidelibus Sancte Dei
Ecclesie, nostrisque presentibus scilicet hac
futuris notum esse volumus: qualiter su-
burbiu[m]..... Ortensium venerunt ad
nos homines supplicantes ac petientes no-
stram Regalem clementiam, ut eis robo-
rem securitatis auxilium respiceremus tam
super eos, quam super eorum omnibus
rebus misericordiam confirmaremus. Hi
homines sunt habitatores Territorium Bal-
neensis. Nomina vero eorum propria sunt,
Georgius cum tres filiis suis, idest Al-
bericus, Gandulfus, atque Frodgerius.
Nos namque pro Dei amore, animeque
nostre remedium super eos, ad super eo-
rum rebus adminiculum pietatis inpendi-
mus, atque nostram Regalem potentiam,
Mundiburdium tam mobilibus quam &
inmobilibus rebus sive familiis, servis,
atque liberis utriusque sexu, que esse vi-
dentur in Territorium Balneensis, seu
in Comitatu Montefeltro, Bobio, Ce-
sena, atque Arimino, & etiam Castel-
lo Felicitatis, seu Arutio, vel per ce-
teras locas, tam in omnibus finibus Ro-
manie, quam in cunctis finibus Tuffie
sive Italie, tam in omnibus finibus Spo-
letini quam & circa Maris Littoribus
est vel fuerit conquesta, tam cultis quam
agris, seu habitantibus quam inhabitantibus,
sive solestres quamque publicis, al-
pestribus, seu pascualibus, animantibus,
tam aquis piscantium, quam & silvis
venantium, tam de hereditario jure quam
que & de comparatione. Insuper & sta-
tuimus ac confirmamus vos presati Geor-
gius & Albericus atque Gandulfus seu
Frodgerius ipsa Foresta, quem tenetis per
comparationem da Garardus. Unde vos

A nostram Regalem clementiam auxilium au-
toritatis existere, seu & omnem vestrum
conquistum tam proprietatis quamque &
preceptarias atque livellarias, vel per
quacunque genio scripturarum, vel corpo-
ralis traditio, sive quantacunque per mo-
nimina cartarum vestrarum instrumenta
tenuistis vel tenetis, vel in antea con-
quire potueritis bannum nostrum in Man-
cosos auri duo millia mitti juberemus;
B pro quo salvi & quieti vivere valerent,
sicuti & fecimus, & has nostras Regales
litteras in eorum scribere jussimus. De
quo precipientes omnino jubemus, ut nul-
lam quelibet magna parvaque persona in
persona eorum, vel in eorum rebus mo-
vilibus & immobilibus rebus, seu servis
& ancillis, liberis & colonis tam ori-
C ginariis quam noviter adquisiti, tam per
omnia eorum monimina, quamqui per di-
versarum cartarum strumenta, vel per
qualicumque ingenium adquisitas infra su-
pra & scripta Comitata & Territorias
tam Balneensis quam & ceteris finibus
positas, ut nullus nullam audeat inferre
molestiam aut contrarietatem sine legali
judicio. Qui vero fecerit, predictos duo
D millia Mancosos auri se agnoscat esse com-
positurum, medietatem parti Camere no-
stre, & medietatem predictorum Georgii
& Alberici atque Gandulfi seu Frodgerii,
eorumque heredes. Ut verius credatur,
diligentiusque ab omnibus observetur
de sigillo nostro subter jussimus sigillari.

E Locus sigilli cerei deperditi.

Vides heic varias Italici Regni Pro-
vincias distingui, Romaniam videlicet
(nunc *la Romagna*), quae tunc eju-
sdem

idem Regni pars habebatur, *Tusciam*, *Italiam*, in qua *Mediolanum*, *Spole- tum*, & *Maris Litora*, in quibus *Ge- nua*. Ita in *Constitutione promotionis e- xercitus* Ludovici II. Augusti Anno DCCCLXVI. quam Peregrinus evul- gavit (vide Tomum II. *Res. Italicar.* pag. 264.) ad colligendos ac moven- dos milites praefecti dicuntur in *Li- tore Italico* (idest in litore Inferi Ma- ris) *Ermesfridus*, *Macedo*, & *Vulserius*. Atque eo quod *Litori isti Italico Mar- chiae* nomen inditum tandem fuerit, non immeritò ab Anonymo Raven- nate memoratur *Provincia maritima I- talorum, quae dicitur Lunensis, & quae consinalis existit de superscripta Provin- cia, nunc la Provenza*. Marchiarum *Mediolanensis* & *Genuensis* non dubium testem jamoridem attuli *Par. I. Cap. VI. Antiquitat. Estens.* hoc est Char- tam, inter eas referendam, quae *Bre- via*, aut *Chartae recordationis* appellan- tur: hoc est, quae non sunt Diplo- ma Imperiale, sed Instrumentum No- tarii testantis, Imperatorem aliquid egisse. Neque enim eo ipso momen- to, quo Investitura alicujus rei daba- tur in Curia Regum, Diploma quo- que expediebatur à Cancellario. Ita- que ex ea Charta intelligimus, Fri- dericum I. Imperatorem Anno MC- LXXXIV. *Obizoni Marchioni Estensi* titulum concessisse Investiturae *de Mar- chia Genuae, & de Marchia Mediolani*, uti jam aliis antecedentibus Estensis Familiae Marchionibus, aut saltem Azzoni II. ejus Avo, concessum fue- rat. Alia ejusdem Marchiae vestigia in eodem Libro commemorata inve- nias. Quamvis enim Friderici I. tem- poribus nullum amplius *Marchionem* *Mediolanenses* & *Genuenses* sibi prae- esse ac imperare sinerent, quoque Rei- publicae formam, frustra obstantibus Augustis, amplexi: attamen Impera-

Tom. I.

tores, quod solum poterant, consue- tudinem retinuerunt largiendi, si non rem, saltem Titulum ejusmodi *Mar- charum*, quo suum jus aliqua ratio- ne illaesum servarent. Fortius verò me in hac sententia confirmavit, quod postea deprehendi in altero ejusdem Friderici I. Diplomate archetypo ap- pud Clariss. Virum Marchionem Sci- pionem Maffejum, eruditionis etiam hujusmodi cultorem egregium. Ibi *Bonifacium Comitem ac Sancto Bonifacio, Malvegolati Comitum filium*, Fridericus idem Augustus *Comitem Veronae* esse jubet, eumque de illius Urbis Comi- tatu investit, nonnulla jura ac tributa Dignitati eidem adnexa, simulque al- ias complures Terras, Comitum, ut puto, allodiales, eidem confirmans. *Concedimus, inquit, Comitatum Veronensem, & omnia, quae ad Comitatum pertinent, & omnia Ministeria* (unde *Ita- lica vox Mestieri*, quo nomine Ar- tes significamus, videlicet converso nomine *Ministerium* in *Misterium*) & *officia tam de Scola Majori, quam de Officio Pistorum & Macellatorum, & ut in praedictis Officiis delinquentium ad eum pertineat districtio &c. & jus cam- panatici*, aliaque jura, quae olim ad Comitem Urbis spectabant. Datum est hoc Privilegium Anno MCLXV. atque illud idem ab eodem Friderico confirmatum subinde fuit *Sauro Comiti de Sancto Bonifacio* Anno MCLXXVIII. ac deinde à Friderico II. Comitibus ejusdem illustris Familiae. Neque prae- termittendum, *Bonifacium illum Mal- vegolati Comitum filium*, etsi puerum pater moriens reliquerit, ei tamen in *Veronensis Comitatus munere*, sive Titulo successisse, quod elicere posse mihi videor ex Charta in Archivo Monasterii *Veronensis Sancti Zenonis Servata & exarata Anno MCLII. die Luni, qui est IX. Kalendas mensis Ju-*

G g

li,

lli, in Civitate Verona, in domo, qui dicitur Curtalta, Tebaldo Sanctae Veronensis Ecclesie venerabili Episcopo, nec non Alberto Tenca Veronensium Rectore, & Eleazaro, Contutoribus Bonifacii Comitum Veronensium filii Malregolati Comitum. Extra omnem controversiam positum est, Veronensem Populum longe ante Fridericum I. libertatem arripuisse, nullique Comiti ab Imperatoribus constituto fuisse illic locum, quanquam San. Bonifaciana Familia diu perrexerit habitare in ea Urbe, multisque honoribus frui, immo tempora fuerint, quibus dominationem quamdam receperit. Verum Friderico ejusque successoribus placuit, Titulum saltem ditionis continuare in Familia Comitum de Sancto Bonifacio, cujus Majores non Titulo solum sed etiam re Comitatum illius Urbis tenuerant. Neque refert obijcere, Mediolanum, eique conterminas Urbes jacuisse in medio Italiae Regno, neque sitas ad limites Regni, ex quo effluere posset in Praehidem Marchionis appellatio. Mediolanensis enim Marchia cum Terris ac Civitatibus sibi subjunctis, uti & nunc, pertingebat olim ad fines Helvetiae & Rhetiae, sive Alamanniae, & ad Sedunenses, qui Burgundico Regno subjuncti erant, atque adeo limitanea erat Italici Regni.

Hisce adde, Seculo quoque Decimo efformatam fuisse Marchiam Montisferrati, quam tunc pertigisse ad limites Regni, nemo haecenus ostendit. Nam quod doctissimus amicus meus in Dissertat. Chorograph. praeposita Tomo X. Rer. Italicar. Section. XI. num. 43. contendit, Marchiae hujus ditionem usque ad Ligusticum mare excurrisse, idoneis tabulis nondum firmatum puto. Uno diplomate Ottonis Magni Augusti ad Annum

DCCCCLXVII. spectante, & in Benevenuti de Sancto Georgio Historia edito, ejus opinio nititur, ubi Imperator ait: *Donamus atque largimur praedito Aledramo Marchioni omnes illas Cortes à Flumine Tanari usque ad fluvium Urbam, & ad Litus Maris, quorum nomina sunt haec: Dego, Bagnasco, Ballangio &c.* Sed animadvertendum est, nihil in eo Diplomate agi de *Marcha Montisferrati*, cujus regimen tradere minime mos fuit ejusmodi formulis. Ibi *Cortes* tantummodo Otto donat & confirmat, & in jus Aledrami transfundit. Hoc est, ibi dumtaxat agitur de *Allodiis*, qualia fuere *Cortes*, uti in Dissertat. XI. palam fiet, & formulae ipsae produnt: non verò de *Beneficiis*, qualia fuerant *Marchae*, *Comitatus* &c. Quamobrem Diploma illud invitum trahas ad *Montisferratensis Marchae* fines indicandos. Et praecipue quum, ut infra dicam, vel Anno MXIV. *Marcha Saxonae* occurrat, & vix de antiquitate *Marchae Genuae* dubitandum sit, ita ut fateri cogamur, praecisum fuisse *Marchae Montisferrati* aditum ad *Ligusticum Mare*. Adde, alteram quoque *Marcham* in ipso *Mediolanensi tractu* olim institutam videri, si fides *Gualvano de la Flamma* in *Manipul. Flor.* edito Tomo XI. *Rer. Italic.* Loquor de *Martefana*, Provincia sive regione memorata in antiquis *Mediolanensis Populi* Historiis, atque apud *Ottonem* & *Acerbum Morcanam* *Laudenses* *Historicos* evulgatos Tomo VI. earumdem *Rer. Italicar.* Inter *Abduam* & *Lambrium*, *Tristano Calcho* teste, prorendebatur haec regio ad montes *Briantiae*, ejusque caput fuit *Vicus Mercatus*. Igitur *Mediolani Praeses* *vetustis Seculis* (si inquam *Gualvano* adhibenda fides est ita scribenti

Cap. 42.) erat Dux Burgariae, Comes Seprii, & Marchio Martesanae. Tum Cap. 201. Mediolanensis Reipublicae victorias enarrans ab Urbe restaurata Anno MCLXVII. ait: Ducatus Burgariae, Marchionatus Martesanae, Comitatus Seprii, & Comitatus Turigiae & Parabiagi &c. facti sunt subiecti & servi perpetui Civitatis Mediolani. Quare, uti quae nunc Marchia Anconae dicitur, & de qua sermo infra erit, primo appellata fuit *Marchia Guarnerii*, ita regio illa fuisse olim videtur *Marchia Martesii*. Antiquis profecto temporibus, frequentius etiam quam nostris, Regnorum ac regiminum mutationis occurrebant, & excisis antiquis Marchis novae instituebantur, aut una in plures dividebatur, sicuti & novi Comitatus in dies pullulabant, prout fortuna belli, sive precum importunitas, sive pecuniae oblatae potentissima ratio, aut una ipsorum Regum mobilis voluntas faciendum suadebant. Cui consuetudini postea Fredericus I. Augustus finem fecit C. de Feud. Lib. 2. Tit. 55. de prohibita Feudor. alienatione. Bene tamen cessit,

A quod ad haec luculentius confirmanda emerferunt Chartae duae ad *Azozonem Marchionem & Comitem Mediolani* Anno MXLV. spectantes, quas proferam infra in Dissertat. XLV. de assumpta à Civitat. Italic. Reipubl. formé & quas etiam commemoravit praelaudatus Cl. Vir D. Gaspar Berettus pag. 72. Dissertat. Chorograph. Has ibi legendas servavi. Neque alia fuit apud Francos, Alamannos, aliosque Germaniae Populos Marcharum ratio, nisi quod dubitare cogor, acceptumne semper fuerit *Marchio* sive *Marchiae* nomen pro significanda Provincia. Huc referenda est Charta non vulgaris, quam olim descripsi ex Tabulario celebris Monasterii Bobiensis, spectans, ut mihi veri simile videtur, ad Annum DCCCLXXX. Annum videlicet Quintum Regni Ludovici junioris Alamanniae Regis, nisi fortè intelligendus sit Ludovicus Rex ejus pater, filius Ludovici Pii Imperatoris. Mirum, quantum sapiat Charta haec incertiam rudium Saeculorum. Lege, si lubet.

Donatio Ecclesiae fundatae prope Marchiam Rhetiae sub titulo Sancti Columbani, facta à Wolfarto Helvetico viro, Abbati Sancti Columbani Bobiensis Anno fortasse 880.

Ego in Dei nomine Wolfarth. Conplacuit mihi in animo meo, ut aliquid de rebus meis pro remedio anime mee & parentorum meorum condonare deberem, quod & ita & feci. Hoc est in pago Turgaugae, loco qui dicitur Wangas, prope Marchia Reciae, Basilica constructa, ubi Sanctus Columbanus olim cum suis habitare volebat, modo Deo opitulante concedit nobis de suo sancto Corpore Reliquias ad habere. Nunc volo illam porcionem, quam mihi pater

D meus moriens dereliquit in ipsa Capella, & ego me ipso conquestivi, idest Curte clausa ediftiis, mancipiis septem, terris cultis & incultis, pratis, pascuis, silvis, aquis farinariis; & insuper aditiam quicquid mihi de Rikero advenit in Marchia Tucunnie cum omni incertitate, hoc est Curte clausa cum ediftiis, terris cultis & incultis, pratis, pascuis, silvis, aquis, aquarum cursibus & incursibus, & in alpis. Hec, ut presates sum, cum omni

adjacentiis vel apenditiis trado ad Ecclesiam, que constructa est in Italia in honore Sancte Petri, ubi Sanctus Columbanus in corpore requiescet ad Monasterium, que dicitur Pobio, ubi Amalrichus Abbas gregi Dei regulariter preesse cognoscitur. In ea ratione videlicet, ut quamdiu mihi vita comitatur in corpore, superius denominatas res liceat ad habere, & consumque singulis annis persolvere ad ipsum Atarium, qui est constitutus ad caput Sancti Columbani, dicitur Abbas bonas ad Missam celebrare; hoc fit ad Missam Sancte Johannes, aut antea octo dies aut postea. Sin autem tale negligentia pervenerit, quod non poturit, postea in dubium, donec ad ipsum tumultum, unde ego indignus consolationem anime mee accepi. Infantes mei post obitum meum similiter faciant. Posteritas, que de illis fuerint procreati, masculi heredes legitimi semper habeant in ipsum censum. Sin autem plerumque contigit, quod nullus masculus de illis legitimus non est, tunc etiam ubi censum persolvebatur, illuc etiam revertat in perpetuum. Sique sciero, quod futurum non credo, si ego ipse, aut quislibet persona istius traditionis firmitatem corrumpere voluerit, obviante ei ordine veritatis, nullatenus fallitiam suam valeat perficere, & pro ausu temerario persolvat ad presatum Monasterium duplum tantum, quantum malo ordine cupiditatis preventus abstrahere voluerit; & insuper Rege sit culpabilis auri untias tres, argenti pondera quinque coactus exsolvere, & nihilominus presens cartula cum omnibus in se confidentibus inviolata permaneat cum testibus subordinatis.

Actum in publice in loco, qui dicitur Wangas, ubi ipsa Ecclesia est constructa in honore Sancti Columbani, presentibus quorum hic signacula continentur.

A Signum Wolshart, qui hanc traditionem fecit & confirmare rogavit.

Signum Ruadper.

Signum Posso filios suos.

Signum Herchanolt.

Signum Hettar.

Signum Ilripret.

Signum Dionzo.

Signum Hekgibart.

B Signum Paldcoz.

Signum Writaram.

Signum Baltram.

Signum Peratolf.

Signum Lantolt.

Signum Hegilpert Peccatper.

Signum Gerram.

Signum Corbeten.

Signum Amalberi.

C Anno V. Regnante Ludovici Rege, & sub Atone Comite, octavo Idus Augusti.

Ego indignus Cunpertus Presbiter scripsi & subscripsi.

Habetur heic mentio loci, ubi habitationem sibi delegerat Sanctus Vir Columbanus in Turgovia, in cujus rei monumentum Ecclesiam sive Oratorium postea aedificandum curarat Wolfartus donator. Hinc autem lux aliqua fortassis affulgere poterit iis, quae habet Walafridus Strabo Cap. 4. Vitae Sancti Galli Abbatis apud Mabillonium in Act. Sanctor. Benedictin. Describens ille itinera Sancti Galli una cum sancto ejus Magistro Columbano, his utitur verbis: *Venerunt infra partes Alamanniae ad fluvium, qui Lindimacus vocatur. Juxta quem ad superiora tendentes, pervenerunt ad Lacum Turicinum; quumque per litus ambulantes, venissent ad caput Lacus ipsius in locum, qui Tucconia dicitur, placuit illius loci qualitas ad inhabitandum. Opinatur Clariss. Mabillonius nomine Lacus Turicini intelligendum esse illum, qui nunc Lago di Zu-*

di Zurigo appellatur; *Tucconiam* verò sive *Tuggen*, non aliam esse regionem, quam quae nunc *Zug* dicitur, auctoritate innixus Goldasti paria scribentis. Verùm an haec recte se habeant, illorum erit animadvertere, qui intimius norunt Chorographiam ac Eruditionem Helveticam; neque enim *Zug* situm est ad Lacum Turegi, sive *Zurigi*; & contra quam censuerit Goldastus, *Tucconiae* vocabulum exhibere potius videtur *Toggenburgi* Terram, pro qua paucis ante annis acre bellum exarsit inter *Zuriganam* Rempublicam & Abbatem Sancti Galli. Praecipua autem causa, cur hanc protulerim Chartam, ea est, ut Lectores animadvertant illic memorari *Marcham Reciae*, & *Marcham Tucconiae*. Erunt qui duas *Marchas* continuo heic intueantur; neque ego negaverim, quin ita esse potuerit. Attamen injecta mihi suspicio est, in *Marcha* nihil aliud heic esse, quam formulam in *finibus* significantem *intra agrum*, sive *Territorium*, atque usitatam in antiquis *Tabellionum* Chartis. Certe Alamannici Notarii in hunc sensum eadem voce interdum usi sunt. Ita in qua-

A dam donatione apud supra memoratum Goldastum legenda *Rer. Alamannicar.* Tomo 2. part. I pag. 42. & scripta Anno XXIV. Ludovici Regis, quidam *Wolfartus*, quem facile credam eundem ac ille, cujus modò Chartam produximus, insigni Coenobio Sancti Galli elargitur *quicquid in Centipratis Marcha praesenti die visus sum habere*. A verò non longe abeat, qui hujusmodi vocabulo putet heic tantummodo significari *agrum*, sive *fines* Terrae illius. Nunc verò animadvertendum, occurrere in vetustis Italiae monumentis *Marchiones* non paucos, Saeculo Christi Nono, Decimo, & subsequētibz florentes, quorum *Marchiam* frustra expiscamur, quum rarò cui *Marchiae* praesent, in eorum titulis expressum videamus, quanquam credere par sit, cum ejusmodi Titulo ac Dignitate conjunctum quoque fuisse jus & munus regendae alicujus *Marchae* sive *Provinciae*. Eruditorum examini subiectum heic volo Diploma quoddam Berengarii I. Italiae Regis nondum editum, quod olim è *Regiensium* *Canonicorum* *Tabulario* descripti, multiplici ratione luce dignum.

Berengarius I. Italiae Rex Curtes Felinam & Malliacum, nunc positas in Comitatu Regiensi, confirmat Unroco filio quondam Supponis Marchionis, Anno 890.

I N nomine Domini nostri Jesu Christi Dei eterni. Berengarius Rex. Decet Regalem Excellentiam, ut suorum precibus fidelium libenter aures accomodet, atque eorum vota sereno vultu ad finem usque perducatur. Omnium igitur sancte Dei Ecclesie fidelium, nostrorumque presentium scilicet ac futurorum reverit sagacitatis industria, qualiter Unroch Con-


E ponis incliti Marchionis, interventu Adelardi venerabilis Episcopi, nec non & Walfredi illustri Marchionis, dilectorum fidelium nostrorum, ostendit nobis Precepta antecessorum nostrorum Hildowici scilicet Imperatoris, & Karolomanni Regis, seu & Karoli Imperatoris Augusti seniorum & consobrinorum, in quibus continebatur, quod jam factus Hildowicus Imperator concesserat praenomi-

nato

nato Supponi Marchioni, seu & eidem Hunroch inter cetera, que ei tribuerat, Cortes duas in Comitatu Parmense in Gaſtaldiato Biſmantino, quarum una vocatur Malliaco & altera Felinis cum Capella & Oratorio in Monte Cervario, cum manſis & omnibus pertinentiis & adjacentiis earum in integrum tam in montibus & vallibus, quam in planis, familiis quoque utriusque ſexus, ſicut antiquis temporibus ad Comitatum Parmenſem pertinuerant: quod Preceptum habebat Karolus Imperator Senior & Conſobrinus noſter confirmatum & corroboratum per ſuae renovationis Preceptum. Petiitque Excellentiam noſtram, ut ob majorem & pleniorum ſecuritatem tam idem Preceptum de Malliaco & Felinis, quamque & omnes res & familias, quas prelibatus Suppo per ſingulas Regiones & Comitatus infra Regnum Italicum per ſum dictorum Regum & Imperatorum

A Precepta obtinuerat, ſeu & omnes res mobiles & immobiles, quas juſte & legaliter quolibet ingenio conquiſivit, per noſtri Precepti paginam confirmaremus. Quapropter preſens noſtrae auctoritatis rudimentum ei fieri juſſimus, per quod omnia predictorum Antecellorum noſtrorum precepta tam de Malliaco, & Felinis, quamque & de omnibus rebus preceptalibus in eorum Preceptis legitur in integrum, ſeu & de omnibus, que juſte & legaliter idem Suppo aquiſivit: quod libenter confirmamus. Si quis autem hoc noſtre confirmationis Preceptum violare attemptaverit, ſciat ſe compoſiturum centum Libras auri optimi, medietatem Palatio noſtro, & medietatem ſepe nominato Hunroch perſolvat, ſuiſque hereditibus & prohereditibus. Et ut ab omnibus verius credatur, diligentiusque obſervetur, manu propria ſubter eam confirmavimus, & anulo noſtro inſigniri juſſimus.

Signum Domni



Berengarii Serenissimi Regis.

Petrus Cancellarius ad vicem Adelardi Episcopi Archicancellarii recognovi.
 Dat. IV. Idus Maji, Anno Incarnationis Domini DCCCC. Anno vero Regni
 Domni Berengarii gloriosissimi Regis III. Indictione VIII.
 Actum Veronae in Dei nomine feliciter. Amen.

Dimidium Sigilli Cerei affixi adhuc viſitur.

Rara ſunt, ideoque pluris facienda, Privilegia à Regibus olim conceſſa ſecularibus perſonis: Contra ſuperſunt innumera in Eccleſias collata, atque cã potiffimum de cauſſa, quod Eccleſiae ſupra ſecularium Principum ac privatorum Familias duobus fruarentur Privilegiis. Nimirum in-

D gruenta bello, atque in aliis Reipublicae turbationibus, id obſequii plerumque deferebatur locis & Collegiis ſacris, ut inter Populorum tumultus, furoremque militare illaeſa cum ſuis Archivis reſtarent; ac praeterea nunquam moriebantur Eccleſiae, vel decedentibus earum Paſtoribus, ſive Epiſco-

piscopis, sive Abbatibus. Immo omnia fere, quae in Tabulariis ad nostros usque dies pervenere, pertinentia ad Principes, aliasque personas Seculares, unis debemus Ecclesiis, quandoquidem ad loca illa Religiosa una cum hereditatibus deducta fuerunt, ibique servata. Quod ergo mihi prae ceteris consideratione dignum heic visum est, Charta illa scripta occurrit *IV. Idus Maji, Anno Incarnationis Domini DCCCC.* Ceterae autem Notae Chronologicae, hoc est *Annus III. Regni Berengarii, & Indictio VIII.* apertissime ad Annum spectant *DCCCXC.*, ut sane perspicias, errorem illuc irrepisse, & scribendum *Anno Incarnat. Domini DCCCXC.* Affirmare tamen amsim, Diploma illud archetypum esse; & mihi non perfunctorie inspicienti ac describenti tale apparuit tum ex characterum forma, tum ex dimidio Sigilli cerei adhuc in pergamena affixi. Cernitur ibi integrum caput Berengarii, vultum Principis adolescentis aut juvenis praefrens cum his literis superstitibus..... RIUS REX. Sub cera deprehenduntur consuetae calami excursions, quae & in aliis antiquorum Regum Diplomatis habentur. Privilegio denique nullum deest authenticitatis indicium; attamen nihil aliud ibi ego legi, nihilque ceteri inspexerunt, quibus legendum exhibui, nisi *Annum DCCCC.* quum contra conscribendus ibi tantum foret *Annus DCCCXC.* Sed quid minuta haec refero? Ut minus periti in re Diplomatica ex novo hoc exemplo intelligant, in autographis ipsis, minimeque apocryphis Diplomatis, occurrere interdum Notariorum sphaemata, ad quorum aspectum non continuo imposturae crimen est injiciendum. Nempe Cancellario, uti ejus Amanuensi, excidit in hac archety-

A pa pergamena, numeralis nota X. ante postremam C. uti & alibi factum. Illud quoque, ut obiter dicam, heic animadvertas velim, duas illas *Curtas in finibus Parmensium* sitas, à Ludovico II. Augusto *Supponi Marchioni* dono datas. Quis ergo tum Parmae dominabatur? Sed his tandem dimissis, in hoc Diplomate memoratos vidimus duos antiquos *Marchiones, Supponem* unum, alterum *Walfredum*. Quod spectat ad *Walfredum*, Anonymus Poëta, cui Panegyricum debemus *Berengarii Augusti*, editum à *Valesio*, & jam à me recusum Tomo II. Part. I. *Rer. Italicar.* ipsam eundem recenset *Lib. 2.* inter *Berengarianos* commilitones, tria armatorum millia secum trahentem.

C *Nec mora: Walfredus rer mille refumit amicos.*

D Et poterat quidem ille tantum conferre virium; siquidem *Fori Julii Marchio* fuit, & rebellem postea se praebuit contra ipsum *Berengarium*, *Arnulpho Imperatori* addictus. In *Analibus Fuldensibus* apud *Du-Chefne* Tom. 2. *Scriptor. Francic.* haec lego ad Annum *DCCCXCVI.* *Post mortem Walfredi Forojulii Marchensis, qui multum fideliter ad Imperatorem Veronam contendendo retinuit, illico Berengarius Regnum Italicum invasit: idest* recepit.

E De *Suppone Marchione* supra descripto inquirendum nunc restat, cuiusnam *Marchiae Praefectus* is fuerit. Ex eodem *Scriptore Panegyrici Carminis* nuper laudati discimus, adhaesisse *Berengario* filios *Supponis* adversus *Guidonem Regem*:

..... *Pariter tria fulmina belli
Supponidae coeunt: Regi sociabat amico
Quos tunc fida satis Conjunctos.....*

Hinc

Hinc habemus, *Supponi Marchioni* tres fuisse filios; unius autem nomen, idest *Hunroci*, in modò evulgato Diplomate deprehendimus. Multa heic habet pro sua eruditione Hadrianus Valeſius in Notis ad laudatam *Panegyrim*. Scilicet *Suppo* horum pater non alius eſt ab illo, qui *Strenuus Vaſſus*, & dilectus *Conſularius noſter* appellatur in Diplomate Anni DCCCLXIII. à Ludovico II. Auguſto. Chartam vide infra in Diſſert. XI. de *Allodiis*. Idem quoque mihi creditur, qui in Chronico Monafterii *Cafaurienſis* ad Annum DCCC LXXII. appellatur *Suppo Piceni Comes*, qui & *Dux* inſcribitur, in Imperatoris exercitu *fulgidus*, hoc eſt, uti Valeſius addit, in exercitu *Ludovici II. Imperatoris*. Si non tantum *Comes*, ſed & *Dux* appellatus fuit *Suppo*: conſequens eſt, ipſi integrum Ducatus *Spoletani* regimen commiſſum fuiſſe. Et antea quidem alter *Suppo ſenior Dux Spoleti* Anno DCCC XXII. conſtitutus fuerat, qui biennio poſt una cum vita illuſtre illud munus depoſuit, uti ſcribit *Annaliſta Bertinianus*. Fuerit ergo, ut conſecturæ ferunt, *Suppo* in Diplomate noſtro laudatus, & in exercitu *Ludovici II. Auguſti* conſpicuus, Ne-
 pos ex filio aut fratre alterius *Supponis ſenioris*. Sed quei heic *Spoleti Dux*, quum *Ludovici II.* temporibus neminem alium *Spoleti Ducem* ſive *Marchionem* noverimus, niſi *Lambertum* & *Guidonem*, aut etiam ſi mavis, duos *Lambertos*, aut duos *Guidones*? Neque apud *Campellum* in *Hiſtoria Spolet.* Neque in *Catalogo Spoletanorum Ducum*, quem protulit *Clarifs. Mabillonius Tomo I. part. 2. Muſæi Italici*, ullus certe *Suppo* temporibus iis occurrit *Spoletanæ Marchiæ Praefectus*. Verum

A *Annales Francorum*, atque *Erchempertus* eorum temporum *Scriptor*, lat lucis heic nobis miniſtrant. Iis teſtibus diſcimus, Anno DCCC LXXI. *Lambertum Spoletanum Ducem* una cum *Fratre*, aut *Filio Guidone*, ſive *Lamberto* altero filio (haec enim non ſatis perſpecta) in indignationem incurriſſe *Ludovici II. Imperatoris*; quare coactus eſt vertere ſolum, ſi-
 B bique aylum conquirere apud *Adelgilum Beneventi Principem*. In eo rerum amphractu novus *Dux Spoletanis* datus, eaque *Dignitate* ornatus fuit *Suppo junior*, in *Cafaurienſi Chronico* memoratus. Eumdem unice *Comitem* inſcribit *Johannes VIII. Papa* in quibuldam literis ad eum datis: quod minime inſuetum, quum *Berengarium* quoque & alios, aut *Marchiones* aut *Duces* illorum temporum, unicâ ſub appellatione *Comitis* idem *Pontifex* compellarit. *Spoletanis* autem ab Anno DCCCLXXI. quo dejecti fuere *Lambertus* & *Guido*, antea *Spoletani Duces*, utque ad Annum DCCCLXXVI. praefuit *Suppo junior*, hoc eſt, uſque dum *Ludovicus II. Auguſtus* vixit, & *Carolus Calvus* electus fuit *Imperator*, cujus electioni ſeu confirmationi ſubſcripſit idem *Suppo* Anno DCCCLXXVI. in *Concilio Ticinenſi*, uti fidem faciunt *Acta à Baronio & Labbeo edita*, & fuſiora *Part. II. Tomi II. Rer. Italicar.* ubi legitur *Signum Supponis Comitis*. Scilicet tanquam *Spoleti Dux* & *Marchio* eiſdem *Comitiis* ille interfuiſſe videtur, ſuamque auctoritatem interpoſuiſſe. Quae haecenus dixi, confirmata videas à monumentis, quae *Chronico Cafaurienſi* addita à me fuere in eadem *Par. II. Tomi II.* Ibi tabulae ſcriptae Anno DCCCLXXI. exhibent *Sifenardum Miſſum Supponis Comitis*. Aliae ſcriptae Anno

Anno DCCCLXXII. in *Pinnensi* Civitate leguntur, in quibus *Suppo Dux*, *filius quondam Maurici* quaedam *Casauriensi* *Coerbio* donat. Anno quoque DCCCLXXIII. permutationi agrorum s. etae à *Grimbaldo* Episcopo *Pinnensi* subscribit *Wido Missus Supponis Comitit*. Quae verba indicant regionis illius Praefectum. Praecipue verò animadvertendum est, Chartam illam conscriptam fuisse Anno XXIV. *Ludovici II. Imperatoris Augusti*, & secundo Anno *Supponis Comitatus*, sive potius *Supponis Comitit*, XXV. mensis *Martii*, per *indictionem VI.* scilicet Anno DCCCLXXIII. *Valesius* quoque alteram Chartam laudat, exarata Anno *Imperii Ludovici XX.* & I. Anno *Supponis Comitit*, die XXIX. mensis *Septembris* per *Indictionem V.* Vitium habes in Annis *Imperii*, aut in *Indictione*. Exhibentur etiam tabulae à *Baluzio* ex eodem *Chartario Casauriensi* editae in *Appendice Tomi 2. Capitularium*, & scriptae, ut ibi legitur, Anno *Regni & Imperii Domni Ludovici XXX.* & primo Anno *Supponis Comitit*, die VIII. mensis *Junii*, *Indictione V.* Et heic aliquid mendum latet. Deceptus autem fuit *Baluzius*, dum Chartam hanc scriptam censuit Anno DCCC. XXVII. Regnante *Ludovico Pio Augusto*. Pertinet ipsa ad Annum *Christi DCCCLXXII.* quo *Ludovicus II.* ejus nepos imperabat. Regni autem, non verò *Imperii*, *Epocha* heic adhibita fuit.

Interea illud ad rem nostram facit, per *Epocham* *Annorum Comitatus Supponis* certos nos fieri, ipsum *Ducatum* seu *Marchiae Spoletanae* praefuisse. Mos enim fuit *Tabellionibus* signare etiam *Annos* illorum *Ducum*, sive *Comitum*: quo *Comitit* nomine *Seculo IX.* non rarò donabantur e-

Tom. I.

A jus *Provinciae Rectores*. Adde & *Placitum* à me ibi editum pag. 946. quod habuere *Fratellus Auditor Supponis Comitit*, & *Radepertus Castaldio ejus*, & *Missus*, de mandato *Supponis Comitit* intra *Civitatem Theatinam* temporibus *Supponis Comitit*, Anno ejus IV. mense *Madio*, *Indictione VIII.* hoc est Anno DCCCLXXV.

B De *Suppone* isto recurret infra sermo in *Dissertat. XI. de Allodiis*. Verum subsequenti Anno DCCCLXXVI. *Suppo* noster, sive coactus cedere, sive raptus à morte, locum fecit *Lamberto & Guidoni* restitutis in gratiam à *Carolo Augusto*, qui deinde *Spoletanum Ducatum* rexere. In additamentis ad idem *Chronicon Casauriense* pag. 947. Chartam produxi, scriptam in *Pinnensi Civitate* Anno *Imperii Domni Caroli Augusti primo*, seu & temporibus *Widonis Comitit*, Anno *Comitatus ejus Primo*, mense *Junio* per *Indictionem IX.* Neque unus *Wido Spoletiti* tunc imperabat, sed & *Lambertus*, quum in eadem *Charta* investiatum de aliquot rebus *Romanus Abbas* per *jussionem Domni Caroli Imperatoris Augusti*, & per *jussionem Lamberti & Widoni Comitum*. Vide & *Chartam* subsequentem Anno DCCCLXXVII. exarata. Ex his intelligis, *Supponem junio* per totum tempus, quo *Lambertus & Guido* exularunt, dominatum fuisse *Marchiae Spoletanae*. In causâ fuit illorum restitutio (de qua etiam est mentio in *Paralipomen. Anonymi Salernitani* Cap. 123. Part. II. Tomi II. *Rer. Italicar.*) cur *Suppo* ad filios transmittere nequiverit illius *Ducatus* seu *Marchiae* regimen, quum ex indulgentia *Regum* jam invaluisset mos, ut filii idonei, successores essent patri in ejusmodi honoribus. Atque haec ipsa, quae nuper vidimus, indicare nobis

H h

pos-

possunt, quinam ab Anno DCCC-XLIV. saltem usque ad DCCCLX. Spoletanum Ducatum rexerint, & quo pacto Campelli Historia supplenda veniat, lacunis aut tenebris ad ea tempora scatenis. Consule Additamenta eadem à me facta ad Chronicon Casauriense. Ibi Chartam vide Placiti in *Marsa* habiti in tempore *Ildeberti Comitis*, Anno Comitatus ejus *Septimo*, hoc est Anno Christi DCCCL. Placito praest *Odeleus Missus Berengarii & Ildeberti Comitum*. Ergo in ditione horum Comitum fuit *Marsorum Civitas*, sive *Marsca*, olim in Spoletano Ducatu comprehensa; ac propterea opus est, ut eos statuamus *Duces Spoleti*. Quum verò per ea tempora Ducatus Spoletanus in duos esset divisus: quippe *ambo Spoletani Ducatus* memorantur in Diplomate Carolomanni Italiae Regis Anno DCCC-LXXVI. in praeclaudato Chronico Casauriensi: propterea conjecturae locus est, *Berengarium* uni, alteri *Hildebertum* praefuisse, nisi ambos velimus uno tempore integram Provinciam moderatos. In eisdem Additamentis pag. 925. altera legitur Charta, exarata in *Pinneri* Civitate temporibus *Ildeberti Comitis*, Anno Comitatus ejus *X. die XVI. Aprilis*, per *Indictionem Primam*, hoc est Anno DCCCLIII. Succedit tertia, scripta in *Pinne* Anno Imperii *Ludovici Imperatoris Septimo*, seu temporibus *Ildeberti Comitis*, Anno Comitatus ejus *XIII. mense Junio*, per *Indictionem IV.* idest Anno Christi DCCCLVI. Denique in Placito celebrato, *inter fines Haestuos & Camertulos*, Anno Imperii *Hilodovici Decimo*, mense *Martio*, *Indictione VIII.* hoc est Anno DCCCLX. ipse *Hildebertus Comes* à *Missis Imperialibus* restituere cogitur nonnullos fundos Imperatori *Ludovico*. Atque

A heic adnota vocem *Camertulos*, quae una satis prodit, quam turpiter fallantur, qui dubitant, num *Camertes* veterum iidem fuerint, ac recentiores *Camerini* Cives. *Berengarius Dux* memoratur in Catalogo Chronici *Farfensis* imperante *Lothario I.* Augusto circiter Annum DCCCXL. sed ferrius, & sub *Ludovico II.* ejus nomen scribendum fuit. Neque alii Provinciae ipsum praefuisse quàm Spoletanae, reliqua Catalogi illius nomina indicant. Et neutiquam dubito, quin idem fuerit cum ipso, cujus mentionem in Charta nuper laudata deprehendimus. *Comes* ibi tantummodo appellatur; at saepe repetendum, tunc *Marchiones* etiam, & *Duces* sub ea appellatione venisse. Verùm *Hildeberti Comitis* supra memorati nusquam alibi mentio occurrit, nisi quod *Ignotus Casinensis* apud *Peregrinum Tomo II. Rer. Italicar.* pag. 267. scribit: *Lampert filius Widonis, & Ildepert Comites, nisi sunt manus erigere contra Hludovicum Imperatorem; sed relatâ illorum fraude persecutus est eos Hludovicus &c.* *Lambertus* Anno DCCCLXXI. rebellionem iniit, atque ad *Adelchium* Principem *Beneventanum* confugit. At longe antea *Hildebertus* regere desierat *Marcham Firmi*, & *Spoleti Ducatum*. Certe hunc etiam inferendum inter Spoletanae *Marchiae Praesides* multa persuadent; hoc est, illius auctoritas in locis Spoletano Ducatui addictis, & *Epocha* annorum illius, qua usos etiam reliquos *Spoleti Duces* *Seculo* eodem nuper vidimus, & quidem titulo duntaxat *Comitatus*. Accedit, quod per ea tempora nullum alium certum *Spoleti Ducem* *historica monumenta* haecenus prodiderunt. Quare donec alius *Dux Spoletanus* prodeat, aut mihi

mihî ostendatur, *Berengarium & Hildebertum*, non quidem Ducatui Spoletano sed Marchiae tantummodo Firmanae sive Camerini fuisse dominatos: ego ambos illos Comites, Spoletî Duces cum Eruditorum vniâ appellare pergam. Fortassis Anno DCCC-LX. Hildeberto successit *Lambertus* Spoletî Dux: ipsoque in fugam verso, successit *Suppo* junior, de quo antea agebamus.

Praeterea, quod *Supponis* hujus nobilitatem praeclearissimam luculentius ostendit, ejus filius *Hunrochus* à Berengario Rege dicitur in Diplomate nuper evulgato *Consanguineus noster*. Putat etiam *Valesius*, *Berthilam* ipsius Berengarii conjugem ex eodem *Suppone* Marchione progenitam: quae si vera sunt, *Hunrochum* habemus Regis Berengarii Sororium. Vox tamen *Consanguineus* aliud sonare potest. Mihi potius creditur juncta fuisse *Supponi Marchioni*, patri *Hunrochi* hujus, filia *Unrochi*, Ducis seu Marchionis Forojulienensis, qui frater Berengarii ipsius Regis fuerat, uti infra ostendam in Dissertat. XXII. de *Legibus*. In *Unrocho* *Supponis* filio pro more familiari etiam temporibus iis recreatum videtur nomen Avi materni. Sed quando in Spoletani Ducatus rebus versamur, non eum dimittam, antequam indicem alterum Ducem, quem *Campellus* in *Histor. Spolet.* & *Camillus Lillius* in *Histor. Camerini* ignorarunt. Is est *Theobaldus* junior. Jam Ducatui illi & Marchiae Camerini praefectus fuerat circiter Annum DCCC-XXXIII. *Theobaldus* senior, qui à *Liutprando* Historico appellatur *Camerinorum & Spoletinorum Marchio*. Is autem ab humanis excessit circiter Annum DCCCXXXVII. Cui successit *Ansbarius*, tum *Sarlio*, deinde *Hubertus* Salicus Hugonis Regis filius,

idemque etiam Tusciae Marchio. Post hunc Spoletî imperasse creditur *Hugo* ejus filius, celeberrimus Tusciae itidem Marchio. Verùm sive in exilium acto *Huberto*, sive è vivis sublato, *Theodebaldus* junior Spoletî & Camerini Marchas regere coepit Anno Christi DCCCCLIV. In additamentis à me factis Chronico Casauriensi Part. II. Tomi II. *Rer. Italicar.* pag. 952. Charta nobis occurrit, scripta in *Piunenſi* territorio, *Regnantibus Domino Berengario & Adelberto, filio ejus, Regibus, Anno Regni eorum VII., & temporibus Theobaldi Ducis & Marchionis Anno ejus IV. mense Junii per Indictione XV.* idest Anno Christi DCCCCLVII. Ergo ab Anno DCCCCLIV. *Theobaldus* junior erat Dux Spoletî, Marchio Camerini. In Indice Chronici *Farfensis* à me edito in eadem Part. II. Tomi II. inter *Lotharium & Berengarium* Italiae Reges recensentur *Bonifacius & Thebaldus filius ejus Duces*, apposite cum Charta Casauriensi. Quare ex Indice illo discimus, *Theobaldo* huic patrem fuisse *Bonifacium* pariter Spoletî Ducem. Hic ille idem est, de quo *Liutprandus* Lib. 2. Cap. 18. *Histor.* scribit: *Dederat Rex Rodulfus Waldradam sororem suam conjugem Bonifacio Comiti potentissimo, qui NOSTRO TEMPORE Camerinorum ac Spoletinorum exstitit Marchio.* Non inquit *Liutprandus*, *Bonifacium* Spoletî & Camerini Marchionem fuisse, *Rodulfo* regnante; sed ipsum tunc tantummodo Comitem, ac deinde *nostro tempore* ambas Marchas eidem fuisse collatas. Scribebat *Liutprandus* *Otonis Magni Augusti* temporibus, circiter Annum DCCCCLXIII. Jam diem suum tunc obierat *Bonifacius* Marchio, & nuper vidimus *Theobaldum* ejus filium Anno DCCCCLVII. Ducem & Marchionem. Superest ergo, ut non Anno DCCC-

XXII. uti Lillius censuit, sed longe ferius, *Bonifacius* iste Spoletanis & Camertibus imperarit, eique successor datus fuerit Anno DCCCCLIV. *Theobaldus* junior ejus filius. Post *Theobaldum* istum, aut ferius, rexisse videtur Ducatum Spoletanum & Marchiam Camerini *Transmundus Dux & Marchio*, cujus mentio est in monumentis Coenobii Farfensis, & Vultur-nensis. In Charta quippe Vultur-nensi scripta Anno MXI. pag. 498. Chronici occurrit *Transmundus Comes filius quondam Transmundi, Dux & Marchio*. Ergo Dux iste senior fato jam functus fuerat. In Catalogo Farfensis Monasterii pag. 304. memoratur *Transmundus Dux*, ac pone sequitur *Otto Primus Imperator*, ita ut is videatur Spoletum praefuisse ante Annum DCCCCLXII. aut saltem *Ottone I.* imperante, fortassis usque ad Annum DCCCCLXVII. Qui in eo Catalogo *Ducis & Marchionis* titulo ornantur, ii Spoletano Ducatui, & Marchiae Firmi, seu Camerini imperasse deprehenduntur. Et sane pag. 325. ejusdem Chronici Farfensis *Transmundus Dux & Marchio* litem diremisse dicitur spectantem ad *Comitatum Firmianum*. Ita apud *Lupum Protospatam* in Chronico ad Annum DCCCCLXXII. pugnasse traditur *Atto* (scribe *Atto*) *filius Transmundi Marchisii cum quadraginta millibus Saracenorum*.

Opinatus etiam fuit *Camillus Peregrinus Pandulfum* cognomento *Caput-Ferream*, Principem Capuae & Beneventi, *Ducem* quoque *Spoleti & Camerini Marchionem* constitutum fuisse circiter Annum Christi DCCCCLXIX. Ejus sententiae subscribo. In Additamentis ad Chronicon Casauriense pag. 954. Placitum produxi habitum in agro *Firmano* à *Pandulfo Duce & Marchione* Anno DCCCCLXVII. Vi-

A de & alterum Placitum pag. 982. habitum Anno DCCCCLXVII. *Anno Pandulfi Principis, Ducis, & Marchionis, Ducatus ejus Primo*, Mense Aprili: cui intersunt *Episcopus Firmanus*, alique ejusdem Firmanae Marchae. Ex quo intelligas, Anno DCCCCLXVII. *Pandulfum* coepisse dominari Spoletum, aut saltem Marchae Firmi sive Camerini. Vide & tertium Placitum pag. 962. ab eo celebratum Anno DCCCCLXX. in *Territorio Marficano*. In eodem *Territorio* aliud Placitum Anno DCCCCLXVIII. habuerat idem *Pandulfus*, uti constat ex Chronico Vultur-nensi Part. II. Tom. I. *Rer. Italicar.* pag. 441. Itidem in *Historia Anonymi Salernitani* edita à *Peregrinio*, Tom. I. *Rer. Italicar.* pag. 302. *Pandulfus* idem Princeps cum multitudine *Spoletini*, nec non & cum suo Populo, Neapolitanis bellum intulit. Eo haec omnia collineant, ut agnoscamus, *Pandulfum Caput-Ferream* Spoletanis & Camertibus imperasse ab Anno DCCCCLXVII. usque ad DCCCCLXX. & forsitan usque ad mortem suam, quam contigisse Anno DCCCCLXXXI. novimus. Quare *Sico Spoletinorum Comes* ab *Anonymo Salernitano* ad Annum DCCCCLXIX. memoratus part. 7. num. 5. *Historiae* editae à *Peregrinio*, Spoletanae tantum Civitatis Comes sive Rector fuerit, non verò Spoletanorum Dux. Et fortassis ille idem fuit, qui in Placito Vultur-nensis Coenobii pag. 443. habito Anno DCCCCLXX. in *Territorio Marficano* coram *Ottone Magno Imperatore*, & *Pandulfo Principe, Duce, & Marchione*, appellatur *Sico Marchio sacri Palatii*, non verò Spoletinorum Comes aut *Marchio*. *Pandulfo* è vivis sublato traditus videtur (nisi heic locus sit dandus *Transmundo* supra me-

morato) idem Ducatus una cum Camerini Marcha Hugoni Tusciae Duci, de quo infra sermo erit. Post ipsum Anno MI. à morte raptum quis Ducatum illum & Marcham rexit, obscurum plane mihi est; neque enim audeo huc trahere *Johannem Ducem & Marchionem*, quem in Charta Anni MXII. pag. 509. Chronici Farfensis memoratum video. Illud quidem novi in toties laudatis Additamenti ad Chronicon Casauriense pag. 989. legi Placitum Anno MXXXVIII. habitum in territorio Pinnensi, in quo residebat *Ugo Dux & Marchio*: uti & alterum pag. 992. eodem Anno celebratum in territorio Marsicano, coram nonnullis Episcopis Ducatus Spoletani. Hunc etiam *Ducem Spoletanum & Marchionem Firmanae seu Camerinae Marchae*, quanquam ignotum Lillio in *Histor. Camerin.* ac aliis, persuadent ejus tituli, & auctoritas in Pinnensi Civitate, quae Firmanae Marchae aut Camerinae addicta fuit, & comitiva Episcoporum. Quis autem fuerit *Hugo* iste *Dux & Marchio*, diu perquisivi; atque in eam tandem conjecturam descendendi, non alium esse ab eo, cujus mentio est in Charta Anno MLVI. scripta, atque à me infra eandem in *Dissertat. XV. de Manumiss.* ubi *Domna Willa inclita Comi-*

A *tissa, relicta quondam Domni Ugo gloriosissimo, qui fuit Dux & Marchio*, una cum filiis suis ancillam quamdam suam libertate donat. Vide & alteram Chartam in *Dissertat. LXVII. de mod. acquirend.* quae forsitan ad hunc ipsum Hugonem pertinet. Hic patrem habuisse videtur *Bonifacium Marchionem Lege Ripuariâ viventem*, cujus Chartam habes apud *Ughellium in Episcop. Florentin. Tom. 3. pag. 60. Ital. Sacr.* Sed progrediamur. Anno autem MLVI. & sequenti Marchiam Firmanam, & Ducatum Spoletinum rexisse videtur *Victor II. Roman. Pont.*, uti praeferunt duae Chartae ab eodem *Ughellio* productae in *Appendice ad Tom. V. Ital. Sacr. in Episc. Aprutin.* Sed haec fortasse nimis immorati sumus.

Suis locis composuisse haecenus mihi videor nonnullos ex antiquis Marchionibus. At nunc tu difficile ostendas, quem *Populum* rexerit olim nobilis alter *Marchio* sub finem *Seculi Noni* florens, cujus mentionem nobis servavit *Diploma Guidonis & Lamberti Augustorum Ravennae datum*. Antiquissimum ejus exemplum legi & descripsi ego adservatum *Mediolani in Chartophylacio insignis Monasterii Sancti Ambrosii*, cujus haec sunt verba.

Donatio Curtis Lemennis facta à Guidone & Lamberto Imperatoribus Conrado Marchioni, ejusque Conjugi Ermengundae, Anno 892.

I N nomine Sancte & individue Trinitatis. *Wido & Lambertus gratiâ & misericordiâ ejusdem omnipotentis Dei Imperatores Augusti. Imperialis Dignitatis quanto liberalior & ad preces sibi fideliter servientium, tanto divinam erga se propitiationem adesse propensius con-*

E *fidit. Quapropter omnium fidelium Sancte Dei Ecclesie, nostrorumque tam presentium quam & futurorum noverit solertia, Cohunradum dilectum Patrum ac Patrualem nostrum, illustrem Marchionem, missa petitione per Ageltrudam amantissimam Conjugem nostram*
Impe.

Imperatricem Augustam, nostram implorasse clementiam, quatinus Cortem unam juris nostri Palatii, que dicitur Lemennis in Comitatu Bergomenfi, ad pervenientem proprietatem ipsi & Uxori ejus Ermengundi, & filiis atque heredibus ac probredibus eorum per nostre auctoritatis Precepta concederemus. Quorum precibus aurem clementie nostre dantes, pre-nominatam Cortem Lemennis cum omnibus adjacentiis & pertinentiis suis in integrum, scilicet utriusque ordinis ac sexus familiis, forestibus, precariis, redditibus, cum omnibus, que dici aut nominari possunt ad eandem Cortem respectantibus, sicut à sancte memorie Hludo-

A vico Imperatore quondam concessa fuit, de nostro Imperiali jure ac dominatione in jus proprietarium ac pervenientem potestatem ipsi Cobunrado, uxori que sue Ermengundi, atque heredibus eorum transfundimus & tradimus atque confirmamus, quatinus ab hodierna die ac deinceps liberam facultatem ac potestatem habeant faciendi ex ipsis rebus quicquid elegerint, videlicet alienandi, vel quibus voluerint donandi absque alicujus repetitione atque contradictione, cassatis undique scripturarum, si apparuerint, titulis, à quibuslibet digestis, vel etiam silentio totis. Et ut verius credatur &c.

Signum Domni Widonis



gloriosissimi Imperatoris.

Signum Lambertii



Imperatoris Augusti.

Divo Notarius ad vicem Helbunci Archicancellarii recognovi.

Dat. Kalend. Maji, Indictione X. Anno Domini DCCCXCII. Imperante Domino Widone Imperatore, Regni ejus III. Imperii illius II. Anno Lambertii Imperatoris I. Actum Ravenna in Dei nomine feliciter. Amen.

Uti alibi monui, Cardinali Baronio visum est, Guidonem & Lambertum Imperiali Corona donatos fuisse, illum Anno DCCCXCII filium vero Lambertum Anno DCCCXCIII. quae sententia improbata est à doctissimis viris. Vide quae supra commentatus sum de Epochâ Guidonis in Dissertat. III. de Roman. Imperat. & infra adferam in Dissertat. XXXIV. de Diplom. Quod est ad Lambertii co-

ronationem vide infra Dissertat. VIII. de Comitib. Heic autem habemus quemdam Conradum Marchionem, cujus genus splendidissimum profecto fateare, quando Patruus & Patruelis noster ab iis appellatur Augustis. Equidem novi, delicatulos nequaquam fuisse eorum temporum Scriptores in usu Latinarum vocum, & à multis retro Saeculis consuevisse Reges titulum Fratris aut Consobrini honoris tantum cauf-

causâ Principibus aut Magnatibus eximiis deferre. At quandoquidem rudibus iis Seculis non cernimus ejusmodi honorificis titulis ab Imperatoribus ac Regibus insignitos reliquos Principes, aut illustres viros, verum nimium videtur simile, nobis in hoc Diplomate occurrere conjunctissimum aliquem Guidonis & Lamberti Con sanguineum, atque ex eorum paterno aut materno sanguine derivatum. In Capitulari Caroli Calvi Imperatoris spectante ad Annum DCCC. LXXVII. apud Baluzium Tom. 2. pag. 265. inter eos *Comites*, sive Principes, quos ad filii sui curam atque tutelam designavit idem Augustus, *Conradum* quemdam *Comitem* legimus. Quidni is fuerit ipse *Conradus Marchio* in hac pergamena memoratus? Certe in eo Capitulari num. 31. mentio fit aliorum Principum tunc in Italia singulari nobilitate ac potentia clarorum, nempe *Bosonis*, *Bernardi*, ac *Widonis*, quem puto non alium à Guidone postea Imperatore. Verum si petas, cui *Marchiae* praesuerit *Conradus* iste, equidem ignotum mihi non diffitebor. Potuit is *Marchiam* regere in Italia, sed & potuit in Francia; simulque apud Principem natione Francum, qualis fuit Guido Augustus, in Italia agere, tum quod eidem consanguinitate conjunctus esset, tum etiam quod Franci Proceres, regnantibus heic Regibus è Francorum genere, consueverunt Beneficia sibi ac Allodia in Italico Regno conquirere. Ita si perconteris, cujus *Marchiae* regimen commissum fuerit *Alberico Marchioni*, patri videlicet *Alberici* postea *Romanorum Principis*, de quo mentionem habemus apud Liutprandum Historicum, & alios, inscitiam meam lubens fatebor. Occurrit quidem mihi in Charta Anni

A DCCCCX. à me addita Chronico Casauriensi Part. II. Tomi II. Rer. Italicar. pag. 951. *Waldepertus Vicecomes Alberici Marchionis* Placitum habens *Corneti*, cui certe loco *Abericus* dominabatur: nihilo tamen fecius non liquet, unde ille *Marchionis* titulum acceperit. Idem de aliis dicas non sine veterum culpa, quibus nil pensi persaepe fuit exprimere, quibus ex locis Duces, Marchiones, & Comites, suae dignitatis appellationem arcesserent. Chartam quoque *Lucensem* inspexi, Anno Christi MLXXXI. scriptam, in qua *Hugo Comes filio bone memorie Rodulphi, qui fuit similiter Comes, & Julesta jugales. filia bone memorie Wilelmi, qui sui Marchio*, oppignerant *Anselmo* *Lucenti* Episcopo *Curtem & Castellum Suvereti*. Utrum *Willelmus* iste *Marchio* spectet ad gentem *Malaspinam*, an ad *Montisferrati* Principes, an ad *Montisferrati* Principes, alii decernant. Ita amicus meus doctissimus *Joseph Antenor Scalabrinus Ferrarientis, Rector Sanctae Mariae de Bacca, & Sacrarum Literarum in Ferrarienti Academia Professor, Chartam* mihi indicavit, scriptam *Bononiae, Anno Primo Pontificatus Johannis Papae, & Imperii Ottonis Quinto, die V. mensis Junii, Indictione IX.* idest Anno Christi DCCCCLXVI. in qua *Petrus & Lambertus germani, filii Johannis, & nepoti bone memorie Petroni Ducis adque Marchionis*, quosdam agros in emphyteusim concedunt. Quis me nunc doceat, cui *Marchiae* praesuerit *Petronius* iste, sive *Petrus*? Fortasse tempora fuere, quibus *Bononia, Ferraria, aliaeque finitimae Urbes Marchiam* constituerunt. Idque indicare videtur altera Charta, ab eodem *Scalabrinio* inspecta, & scripta Anno MCXXVIII. *nemine imperante, die XIX. Martii, Indictione VI. in claustro*

San-

Sancti Ambrosii de Ferraria, cui subscribunt testes *Marchio de Mainardo, Girardus, & Johannes homines de ista Marchia*. Ceterum in Antiquitatibus Estensibus Part. I. quotquot inveni vetustos Proceres, è quibus descendunt Marchiones appellati postea Estenses, *Marchionum* titulo insignitos quoslibet vidi, sive ii originem suam traxerint ab *Adelbertis Ducibus & Marchionibus Tusciae*, uti graves conjecturae persuadent, sive aliunde fuerint progeniti. Num verò illi cuiuspiam Marchiae praesuerint semper, an Titulo tantum fruereutur ex indulgentia Imperatorum aut Regum Italiae,

A nemo facile decernat. Est mihi Charta è Tabulario Archiepiscopi Pisani, excerpta à Clariss. P. D. Guidone Grandio Abbate Camaldulensi, & publico Matheos in Pisano Liceo Professore. Spectat ad *Albertum Marchionem filium quondam Opitioni Marchionis*, illum nempe ipsam, cujus monumenta retuli Par. I. Cap. 25. earumdem Antiquitatum. Is tantum inscribitur *de loco & Regno Langobardiae*: diciturque *Albertus* in textu, tum *Adalbertus* in subscriptione, ita ut luculentius innotescat, quod alibi monui, *Albertum & Adalbertum* unum idemque nomen fuisse.

Donatio aliquot Castrorum facta Johanni Abbati Sancti Michaelis
in loco Martuli ab Alberto Marchione filio Obizzonis
Marchionis, Anno 1061.

IN nomine Domini Dei eterni. Anni ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi Millesimo Sexagesimo Primo, III. die intrante mensis Februarii, Indictione XIV. Monasterio Sancti Michaelis Archangeli, sito loco, qui dicitur Martuli, ubi nunc Donnus Johannes Abbas praesse videtur: ego quidem Albertus Marchio, filius quondam Opitioni Marchionis, qui fuit Genitor meus, de loco, & Regno Langobardie; quia professus sum ex natione mea Lege vivere Langobardorum, offeror & donator ipsius Monasterii, presentibus dixi: Quisquis in sanctis ac in venerabilibus locis ex suis aliquot contulerit rebus, iurata Auctoris vocem in hoc Seculo centuplum accipiet, & insuper, quod melius est, vitam possidebit eternam. Ideoque ego, qui supra, Albertus Marchio dono & offero à predicto Monasterio ad iura proprietatis abendum meam portionem de Curtibus, Costris, Cappellis, in quorumcumque honore Sanctorum consecrate

C sint, & omnibus rebus territorii, tam de dominicatis, quàm & de massaricis juris mei, & que fuerint juris quondam ejusdem Genitoris mei. Et sunt positae in locis & fundis, que nuncupantur Petriote, Banciola, Capannula, Fucule, Cestano, Vico. Et de rebus meis, que sunt positae juxta fluvium, que vocatur Hera, tam infra Curtes & Castra, quàm
D & de foris per singulas qualiacumque loca posite sunt, & inveniri potuerit, infra Comitatu Lucensis, & Pisensis, & Vulterrensis, de meis juris rebus ad meam portionem de superscriptis Curtis, Castris, & Cappellis infra eandem Comitatus pertinere videntur. In hanc autem predictae offerfione de superscriptis Curtis, Castris, & Cappellis, atque omnibus rebus territorii juris mei, qualiter
E comprehensum, vel superius dictas, una cum accessionibus & ingressibus earum, seu cum superioribus & inferioribus suarum, ut ab hac die in eodem Monasterio dono & offero, & per presente Car-
tam

ram offerfionis ad proprietario jure ibidem abendum confirmo: faciendum exinde ad pars dicti Monasterii, aut ad cui pars ipsius Monasterii dederit, sine omni mea, & de heredum meorum contratione pro mercede & remedio anime de ejusdem Opitionis Genitoris mei, & mee. Quidem expondeo atque promitto me ego, qui supra, Albertus Marchio, una cum meis heredibus tibi, qui supra, Johanni Abbati ad partem predicti Monasterii, tuisque successoribus, aut cui vos, vel pars predicti Monasterii dederit, istam offerfionem, qualiter superius legitur, ab omni contradicente homine defensare debeamus. Et si defendere non potuerimus, aut si aliquit exinde per quovis ingenium inde subtrahere questierimus, tunc in duplum eadem offerfione, ut supra legitur, vobis ad partem predicti Monasterii abendum in consimilibus locis, aut cui pars predicti Monasterii dederit, restituamus, sicut pro tempore fuerit meliorata, aut valuerit sub extimatione. Hanc enim Cartam offerfionis mee paginam Sigefredus Notarius sacri Palatii scribere rogavi, in qua subter confirmans testibus, qui obtulerunt roborandam.

Actum infra Castrum Casale Majore feliciter.

✠ Signum manus superscripti Adalberti, qui anc Cartam offerfionis, ut supra fieri rogavi.

Signum ✠✠✠ manibus Araimundi, & Ottonis, seu Adam, Legem Langobardorum viventes rogati testes.

✠ Ego qui supra Sigefredus Notarius, Scriptor hujus Cartam offerfionis, post traditam complevi & dedi.

✠ Ego Ugo Notarius Apostolice Sedis, autenticum hujus vidi, legi, & exemplavi.

✠ Ego Benthe sacri Lateranensis Palatii Judex, autenticum illud vidi, & legi, & subscripsi.

Tom. I.

✠ Ego Bernardus Notarius sacri Palatii, autenticum ejus vidi, & legi, & subscripsi.

✠ Ego Rolandus Notarius autenticum hujus vidi, & legi, & hic subscripsi.

✠ Ego Sigismundus autenticum ejus vidi, & legi, unde hoc exemplar facta est, & subscripsi.

Animadvertite, donationem hanc literis consignatam fuisse à Tabellione infra Castrum Casale Majore Cremonensis Dioeceseos. Uti verò ostendi Par. I. Cap. septimo Antiquitat. Estens. Casale Majus Seculo Christi Undecimo in ditione fuit Familiae Marchionum Estensium, ita ut nulla dubitatio supersit, quin agatur heic de Principe ad eandem Nobilissimam gentem spectante. Antiquis autem temporibus etiam in more fuit, ut duae Marchiae, ex Imperatorum seu Regum Italiae Privilegio, uni eidemque Principi regendae traderentur. Eam ob causam celebris adhuc est Hugo Salicus, Huberti filius, & nepos Hugonis Italiae Regis, quem simul Tusciae Marchionem, & Spoleti Ducem fuisse novimus. In Chronico MSto Monasterii Sancti Vincentii ad Vulturum, Part. II. Tomi I. Rer. Italicar. pag. 484. Placitum refertur, Balvae habitum ab ejus Missis Anno Christi DCCCCXCV. unde ejus auctoritas in Spoletanam regionem dignoscitur, atque is inscribitur Dux & Marchio. Confirmata haec videas à Sancto Petro Damiani in Opuscul. 57. ad Gothifredum Marchionem hisce verbis: *Obtinuit utramque Marchiam, & quam Tyrrhenum viaelicet, & quam Mare Adriaticum alluit.* Tum subdit, quum perspiceret Hugo, sibi utrumque regimen grave ac molestum esse, ultroneae renuntiationis arbitrio cessit Imperatori Marchiam Camerini cum Spole-

tano Ducatu; juri verò proprio Tusciam reservavit. Quae ergo Hugo Marchio Anno DCCCCXCV. ordinariâ auctoritate in Spoletano Ducatu Placita habere potuit? Placidus Pucinellius in Historia Hugonis Magni pag. 12. censet contigisse *renuntiationem* istam sub Otone II. Imperatore; Cosmus verò de Arena indefinitum tempus relinquit. Sed sunt quae me deterrent ab amplectenda hoc loco narratione Petri Damiani. Ex Charta nuper memorata satis constat, vel Anno DCCCCXCV. Hugoni Marchioni obtemperasse Spoletum & Camerinum, quum in iis regionibus lites dirimeret *Elmepertus Episcopus Arretinus Missus Domni Ugonis Dux & Marchio*. Ergo pluribus etiam annis post obitum Ottonis II. Augusti Hugo Tusciae Marchio Ducem Spoletanorum & Camerinensium agebat. Ad haec in Bibliotheca Patrum Tom. XVII. inter Gerberti, sive Silvestri II. Papae Epistolas legitur Epistola 158. in qua Otto III. Imperator scribit se in subsidium ejusdem Silvestri destinasse *Hugonem Tuscum vobis per omnia fidum S. Comit.* (sive *S. Comitum*, ut Du-Chesnais habet, in quibus literis vitium aliquod subest) *Spoletinis, & Camerinis Praefectum*. Epistola haec Anno saltem Christi DCCCCXCIX. scripta fuit, quippe eo Anno ad Apostolicam Sedem sublimatus est Silvester II. Immo quae ibi leguntur, rectius indicare videntur conscriptam Anno Millesimo Aerae Christianae. Quum verò subsequenti Anno MI. è vivis sublatus fuerit Hugo Marchio post quadraginta regiminis annos: quo quaeso tempore Spoleti & Camerini Praefecturam ille abdicavit? Nisi suppositicia sit, aut aliquo vitio laboret (quod suspicabatur amicus Berettus),

A haec sane nutantem mihi exhibent Cardinalis Ostiensis auctoritatem in praesenti re; eoque magis, quod non satis accuratus testis ille fuerit in aliis ad eundem Hugonem spectantibus. Narrat is praeterea, Ottonem III. Imperatorem, auditâ ejusdem Principis morte, exiliisse praegaudio in haec Psalmistae verba: *Laqueus contritus est, & nos liberati sumus*, eo quod sibi jam timeret ex nimia illius potentia. Propiora haec vero sunt; at eadem conciliare vix possis cum reliquis de Hugone narratis, cui tanta moderatio tribuitur, ut Principatum Spoletanum vivens ac sponte exuere potuerit. Sed haec satis superque.

C Hugoni Magno in Principatu Tusciae successorem fuisse datum Anno MII. *Tedaldum* Bonifacii Patrem, & celeberrimae Comitissae Matildis Avum, censuit Pagius in Critic. Baron. ad eundem Annum num. 4. Et rursus, si fides adhibenda nonnullis recentioribus, qui ejusdem Matildis Vitam typis tradidere, creditur *Tedaldus* in ipsa Tusciae Marchia ante suum obitum successorem sibi statuisse filium suum *Bonifacium* (spectatissimum postea Principem, & Matildis ejusdem, ut diximus, patrem) nempe circiter Annum MVII. quo is vivere desiit. Addunt tamen, *Tedaldi* votis minime respondisse fortunam; nam per annos complures regimen Tusciae penes alios Optimates fuit, donec Anno circiter MXXXVII. ad Bonifacium ejus filium, prospere cedentibus rebus, delatum est. Equidem multis obitam tenebris hanc Historiae particulam fateri malo; & nisi major lux affulgeat, acquiescere hujusmodi opinionibus nequaquam ausim. Illud extra controversiam reor, *Tedaldum Marchionis* titu-

titulo insignitum fuisse. Illud insu-
per statuendum, ei Marchiam quam-
piam, immo non postremi nominis,
paruisse: haec enim de illo canit
Donizo in Vita Matildis, antequam
ejus mortem describat.

..... Post haec praecepit, major ut
esset

Natus dilectus Bonifacius atque mo-
destus,

Cui jurare, Patre tuo vivente,
fideles

Serui, prudentes Proceres, Comites
pariterque.

Si Bonifacio non Nobiles solum, sed
etiam *Comites* fidelitatem juramen-
to promiserunt, ergo ejus Marchia
non unam Civitatem complexa est,
quando, ut jam vidimus, & infra
luculentius ostendetur, plerumque *Co-
mitibus* commendabatur Praefectura Ci-
vitatum. Verum hanc Marchiam fuisse
Tusciam & Tedaldum in ea Pro-
vincia imperasse, atque in ea Suc-
cessorem reliquisse filium, nulla mo-
numenta testantur; immo sunt, quae
secus suadere videntur. Et primo si
cum Florentinio & aliis statuimus,
Tedaldum Marchionem ad plures a-
biisse circiter Annum MVII. & for-
tassis etiam ferius, arguendus est Do-
nizo in Vita Matildis, quod scribat,
in limine mortis ab ipso dimissum

A fuisse regimen Marchiae, omnium-
que fortunarum, Bonifacio filio. Ita
ille:

Nam Pater ipsorum moriens benedi-
xit eorum

Personas; post se praecepit, major
ut esset &c.

B Atqui certum est, longe ante illum
Annum Bonifacium sui juris fuisse,
& contractus iniisse, nullam interve-
niente auctoritate Tedaldi genitoris
sui viventis, immo & titulo *Mar-
chionis* usum. Clarissimus vir Bene-
dictus Bacchinius in Histor. Mona-
sterii Padolironensis Append. pag. 23.
exhibet Chartam donationis praedio-
rum ab eodem Bonifacio Marchione fa-
ctam Anno MIV. neque suum illi
consensum praestat Tedaldus. Ergo
nonnullis ante Patris obitum annis
emancipatus fuerat Bonifacius, &
pro suo libito sua moderabatur, si-
mulque *Marchionem* agebat: ut &
hinc discas, vivis adhuc parentibus
Marchionis titulo insignitis, eorum
filios interdum *Marchiones* fuisse ap-
pellatos. Alteram quoque Chartam
subjiciendam haec duco, quam de-
scripsi olim ex antiqua pergamena
Monasterii Sancti Michaelis in Fur-
culis Pistorii, ut Eruditi perpendant,
an eadem ad hunc ipsum Principem
spectet.

Donatio aliquot agrorum facta à Bonifacio Marchione Johanni Abbati Sancti Salvatoris, Anno 1004.

I N nomine Patris & Filii & Spiri-
tus Sancti. Anno Deo propitius Pon-
tificatus Domini Johannis summi Ponti-
ficis & universalis Pape in Apostolica
sacratissima Sede beati Petri Apostoli
Domini nostri Jesu Christi Secundo, sic-
que regnante Domino Heinrico piissimo

E Rege in Italia Anno Tertio, die XXIII.
Mensis Septembris, Indictione VII. Fon-
tana Tanoni, feliciter. Profitentes, pro-
fiteor ego quidem in Dei nomine Boni-
facius gloriosus Marchio per hujus pa-
ginae nostrae vocis, professionis, spon-
sionis, donationis, seu trans professionis, atque

perpetualis transactionis à presente die
nostre pagine, te presente in Dei nomi-
ne Domino Johannes venerabilis Pre-
sbyter, & Monachus, atque Abbas,
& spiritualis pater noster, à parte in
Monasterio Sancti Salvatoris, ejusque
Successoribus in perpetuum, pro remedio
anime nostre. Pro Deo enim dans da-
mus, donamus, cedimus, seu transferri-
mus, atque cum oblationibus offerimus,
& de nostra jura nostroque dominium,
nostrisque filii & heredibus alienamus
seu transcribimus atque subdamus in ju-
ra & dominium tuum superscripto Jo-
hannis Abbas spirituali patri meo, tuis-
que successoribus in perpetuum, nos quod
habemus ac possidemus, & à nostris ma-
nibus jure videmus, quas obvenit per
quod modis vel titulum, aut undique no-
bis advenisset, idest Caffadio, Bonifur-
cingo, qui est posito territorio Pistorien-
se Plebe ipsius Pistoriense, inter affines
de superscripta terra, que superius legi-
tur. Hoc est ab uno latere Garitano, ab
alio latere fluvio, qui vocatur Cassiano-
la, à tertio latere Caffadio Sancti Ze-
noni, qui vocatur Madiatica, seu quar-
to latere possidente Rainerio da Srata.
Vero etiam damus & cedimus tibi su-
perscripto Johannes Presbytero & Abbas
venerabilis Monacho, tuisque successoribus
in perpetuum locum nostrum in integro,
qui vocatur Stazano cum omnibus perti-
nentiis suis, & in Bazio omnia, que
nobis pertinent, ut amodo presente die
aut quando volueris, liceat tibi supra-
scripto Johannes Monachus & Abbas tuis-
que successoribus in his omnibus, que su-
perius legitur, in ibidem introire, &
preoccupare, adque ingredere, & pote-
statem sine ullo atque obstaculo vel im-
pedimento per hec pagine donacionis, tran-
sferentionis à nobis in vobis facta atque
tradita tamquam per legitimam & no-
stram corporalem traditionem de ista Ec-
clesia Sancti Salvatoris, & de nostris

A manibus in tuis mittimus, in presentia
testium damus, adque corporaliter tradi-
mus cum omnia, que superius legitur,
habendi dominium & potestatem quieti
tramite habeatis, possideatis, vindicetis,
atque defendatis, etiam utendi, fruendi
è more salario in eodem Monasterio in
perpetuo permanendi pro eo, sicut dixi-
mus, pro redemptione anime nostre. Et
B ab odierna die nunquam liceat mihi su-
perscripto donatori, benefactori, neque
meis filiis & heredibus ullo unquam in
tempore quavis exinde facere questione,
repetitione, aut causatione, vel interpel-
latione, ullamque molestia generare con-
tra te Johannes Abbas vel tuis subcesso-
ribus pro his omnibus, que superius le-
gitur. Pro ex parte vel ex toto nunquam
C agimus neque contendimus, aut invadi-
mus vel occupamus, neque agentibus quo
defendere audeamus per nulla occasione
neque ingenio, non per nos, neque per
nostros heredes filios..... summissa per-
sona majoris vel minoris, propinquus vel
steris, non ad eundem judicium.....
supplicandum Principibus..... per Ec-
clesiasticam interpellationem, aut per Re-
D galem vel Imperialem magistratem, neque
per ullo modo, ullamque tractionem con-
traire: de quo sensus humanus arguere
potest, sed in omni tempore securus &
quietum, tuosque subcessores exinde ma-
neatis in omnibus in perpetuum. Et si
quocumque tempore quispiam persona homine
insurgerit, qui vos exinde vel ex parte
vel ex totum expellere, aut qualibet ca-
E lumpnia generare velucrit, nos superscri-
pto Donatorem pro remedio anime nostre,
una cum nostris filiis, & heredibus tibi
superscripto Johannes Monachus & Ab-
bas, tuisque Subcessoribus ab omni per-
sona hominum stare & observare seo de-
fendere debeamus. Quod si omnia hec,
que superius legitur, non servaverimus
vel adimpleverimus, pro quibus jurata
voce dicimus per Deum omnipotentem,
Sedem.

*Sedemque Apostolica, & vita superscri-
ptorum Dominorum atque..... confirma-
mus, quia dare nos esse promittimus ti-
bi superscripto Johannes Presbitero &
Monacho atque Abbas, tuisque Subcesso-
ribus. Et si quis contra hanc cartula i-
re aut corrumpere, vel minuare aut in-
violare, cum Datham & Abiron, Anna
& Caipha, & Juda traditore dampnetur
in infernum, & cum Simone Mago,
qui gratiam Spiritus Sancti exurpavit,
fiat dampnatus & confusus, ante omnis
litis initium aut interpellatione, pene no-
mine auri obrizo Libras quattuor sit com-
positurus. Et penam solutam maneat hanc
cartula donationis permaneat in sua fir-
mitate.*

*Signum manus ✠ superscripto Boni-
facio Marchiones jam dicti dona-
toris ad omnia, cui relecta est.*

*Signum manus Sigifredo in hanc car-
tula donationis rogatus testis;*

*Signum manus Atilus in hanc cartula
donationis rogatus testis.*

*Signum manus Bondi in hanc cartu-
la donationis rogatus testis.*

*Signum manus Garandus in hanc car-
tula donationis rogatus testis.*

*Signum manus Petrus in hanc cartu-
la donationis rogatus testis.*

*Quam verd paginam Petrus quidem in
Dei nomine Notario nostrum scribendum
rogavimus & super manus nostra pro-
pria firmavimus, testibusque à nobis ro-
gatis obtulimus, & eorumque presentia
ivadimus sub dies XXIII. Mense Septem-
bris, Indictione Septimo. Fontana Ta-
noni.*

Tantum vetustatis praeferebant cha-
racteres, aliaeque hujus Chartae no-
tae, ut archetypam continuo dixisses.
Attamen noverit Lector, concordem
in ea non procedere *Indictionem Septi-
mam cum Anno Secundo Johannis XVIII.*
Papae, & Anno Terrio Henrici Regis,
qui postea Primus hujus nominis Im-

A periale solium conscendit. Quare conjicere licet, pro *Indictione III.* quam in autographo positam reor, scripserit Amanuensis parum oculatus aut semisopitus *Indictionem VII.* Atqui non de uno Exemplatore, sed de ipso Tabellione exoptulare heic me, quaeso, sinant Lectores, & exclamare: o rudes antiquorum temporum mores, quibus toties Notarii, immo & ipsi Historici, nullâ posteriorum habitâ ratione, illustres homines commemorabant: sed tacito eorum Patre, praetermissâ eorum Familiâ, sive Lege ac Natione; & siquidem *Marchiones* fuere, ne verbo quidem *Marchiae* quam regebant, facto. Edisserant mihi Lectores, ad quem Bonifacium Marchionem spectet haec Charta, num ad filium *Tedaldi*, an verò ad alterum *Marchionem Bonifacium Alberti Comitis filium*, Legem Ribuariam professum, cujus tabulas refert *Ughellius Tom. III. pag. 60. Italiae Sacrae*, uti & *Margarinius in Bullario Casinensi*, literis consignatas Anno Christi *MIX. in loco Planorio territorio Mutinensi*, de quo etiam mihi erit sermo infra in *Dissertat. XXII. de Legib. Italic.* Pari ergo tempore duo ejusdem nominis *Bonifacii*, ambo pariter *Marchiones* florere. Ad utrum referenda sit Charta nuper allata, difficile pronunties, nisi quod *Bonifacius Ribuarius* in actis suis utitur ritibus ac formulis *Legis Ripuariae*, hoc est *per cultellum, festucum nodatum, wantonem, wafonem terrae &c.* traditionem rei facit: quod in altera à me producta membrana non legitur, ac proinde videtur proderi *Bonifacium Langobardum Tedaldi filium* Donationis hujus auctorem. Atque haecenus vidimus adeo mature, hoc est Anno *MIV.* *Bonifacium* hunc, nempe celeberrimae *Comi-*

Comitissae Matildis Patrem, appellatione *Marchionis* illustrem. Nunc ipsum nobis exhibebit eodem titulo ornatum Anno etiam MXIX. perga-

A mena altera autographa, quam ex Archivo Capituli Canonorum Cremonensium à me descriptam nunc primum Lectores accipient.

Cessio Decimae quatuor Plebium, sive Ecclesiarum Parochialium in Cremonensi Dioecesi facta à Bonifacio Marchione, ejusque Coniuge Richilda Comitissa, Episcopatus Cremonensi, Anno 1019.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi. Enricus gratia Dei Imperator Augustus. Anno Imperii ejus Deo propicio Sexto, III. die Mensis Septembris, Indictione Tertia. Tibi Lanfranco Judici & Avocatori ipsius Episcopo sancte Cremonensis Ecclesie à parte jam dicti Episcopi, nos Bonifacius Marchio, filius quondam Teotaldi itemque Marchio, & Richilda jugalibus, filia quondam Giselberti Comitissae, qui professi sumus ambo ex natione nostra Lege vivere Langobardorum... professi sumus atque spondimus nos qui supra Bonifacius & Richilda jugales... non abeamus licentiam, nec potestatem, nullamque occasionem ad subtrahendum, nec contradicendum, nec retinendum, nominative Decimam, que pertinet de Plebibus, quibus vocantur prima Sancta Maria in Insola, secunda vero vocatur Sancto Mauricio, tertia Sanctus Johannes à litera, quarta Sancte Georius, quod est constructa in loco, qui dicitur Ursini Insule. Quas Plebes cum suorum pertinetias & integritates pertinere videntur de sub regimine & potestate prenominati Episcopi. Quod si amodo nunquam ullo tempore nos suprascripti Bonifacius Marchio & Richilda jugalibus, aut nostros heredes de predicta Decima, quod pertinet de suprascriptis Plebibus fecerimus subtractionem aut minorationem, vel contradicere aut retinere eum presumserimus per nos ipsos &c. & in tali tempore, sicut supra legitur accepimus nos

B suprascriptis Bonifacius & Richilda jugalibus ad te jam dicto Lanfranco Avocatore da parte jam dicti Episcopi exinde Launechild capello uno, ut et nostra promissio omni tempore firma & stabili permaneat.

Actum in Castro, quod dicitur Pladena, feliciter.

C



BONIFACIUS MARCHIO SSI.

Signum manibus suprascripte Richilde, que hanc cartulam promissionis fieri rogavit, atque.....

D

Signum manibus..... Lege viventes Langobardorum testes.

Ego Lamperius Notarius sacri Palatii scripsi, post tradita compleri & dedi.

E

Sit ergo certum nobis, ab Anno saltem MIV. Bonifacium Tedaldi Marchionis filium palam ac publice se Marchionem inscripsisse. Hanc ei nobilissimam appellationem obvenisse à Marcha Tusciae, arbitrati sunt, ut diximus, recentiores quidam Historici. Sed interim constat, eodem ipso tempore Marcham Tusciae non Bonifacio nostro, sed aliis Marchionibus paruisse. Atque heic examine indiget sententia Francisci Mariae Florentinii, & Cosmi de Arena, quorum unus in Monument. Matild. Lib. I. pag. 12.

alter

alter in Serie Ducum Tusciae pag. 204. scribunt, *Marchiam Etruriae* Anno MIX. rectam fuisse à *Bonifacio Marchione Alberti filio*, Legem Ribuariam profitente, quem nuper commemoravi, & post Annum MIX. usque ad MXI. ab *Adalberto Marchione Oberti filio*, & *Adalberti Marchionis nepote*, idest à Principe ad Estensium Marchionum Familiam spectante, uti Par. I. Cap. 21. pag. 194. Antiquitat. Estens. ostendi. Etenim Marchiones isti in Chartis Lucensibus eo tempore occurrunt. Verum quod duo isti Marchiones appareant illis annis in pergamena quapiam Tusciae, hinc illico deduci nequit, fuisse eosdem Etruscae quoque Marchae Praefectos. Principibus illius aevi erant per totum fere Italicum Regnum Curtes, Castella. praedia, aliaque jura, cujus rei exemplum non unum protuli in iisdem Antiquitatibus Estensibus. Ac proinde quanquam in diversis Regni partibus eorum Contractus ac Nomina reperiantur, in iis tamen Marchionalem auctoritatem exercuisse continuo non sunt censendi, nisi alia accedant signa ac argumenta ditionis. A veri certe similitudine abhorret, quod Florentinus & Cosmus de Arena sibi persuasere, scilicet exiguo annorum spatio, Tusciae Praefides fuisse *Tedaldum*, *Bonifacium Ripuarium*, *Adalbertum Oberti filium*, tum *Raynerium I.* & *Raynerium II.* quasi Marchionum munus temporarium ac instabile tunc foret, quale deinde fuit Potestatum in Urbibus liberis. Marchionatu aut Comitatu quisquis saltem post Annum

A à Christo nato Millesimum donabatur ex Imperatorum sive Regum concessione, quandiu inter vivos erat, ea dignitate, juribusque illi adnexis fruebatur; neque excidebat, nisi contra fidem Principi supremo debitam ageret, aliaque ejusmodi facinora castigatione gravi digna moliretur. Quod tantummodo indicium aliquod praebere possit, *Adalbertum* illum *Marchionem*, *Oberti filium*, quem inter Atestinos Principes commemoravi, Tusciae praefuisse, Charta est, quam vidi apud Clarissimum quondam Virum Philippum Bonarotam Senatorem Florentinum, cujus raram eruditionem Libri ab eo editi luculentissime testantur. Ex Archivo Coenobii Passiniani deprompta illa fuit, scriptaque erat Anno MXXXVII. *Septimo Kalendas Aprilis*, ubi haec verba deprehendi: *Constat me Rosa inclita Comitissa, filia Domni Adalberti Dux & Marchio, & quae fuit relicta Domni Ubaldi Comititis bone memorie.* Cui Provinciae titulo *Ducis & Marchionis* praefuerit *Adalbertus* iste, mihi incompertum est; sed ex *Ducis* titulo veri fit simile, *Tusciam* ei regendam fuisse traditam, eumque esse, qui in Charta Anni MXI. nobis spectandum jamdiu se praebuit. Praetera *Raynerium Marchionem & Ducem Tusciae* ego certe amplector, quippe illum & ego invenio in Placito Arretii habito Anno MXVI. Marchionalia jura exercentem, uti fidem faciet pergamena olim à me descripta ex authentico existente apud Monachos Benedictinos illius Urbis.

Placitum in Arretina Urbe habitum à Raynerio Duce & Marchione
Tusciae, in quo Rodulphus Abbas Monasterii Sanctarum
Florae & Lucillae causam obtinet contra suos
adversarios, Anno 1016.

DUm Raginerius Marchio & Dux
Tuscanus Placitum celebraret in
Civitate Arretina cum Hugone Comite
ipsius Comitatus, a turat Abbas Ro-
dulphus cum Farulfo Avocato suo: pro-
clamando querebant, quod Johannes fi-
lius Martini, & Dominicus Ildici fi-
lius..... eorumque Ecclesie Sancte Flo-
re & Monasterii, malo ordine contende-
bat duas petias de terra cum diversis
fossis inter se, que sunt prope Civitatem
Arretinam infra Plebem Sancte Marie in
Gradis. Illa quam Johannes detinet, &
contendit cum aliis hominibus, est in lo-
co, qui dicitur Quincito; ex una parte
Castrum flumen, de secundâ, terra, que
fuit Regalis, & infra eam est via, de
tertia est terra Sancte Flore, de quarta
est terra, que veitur per Dominicum de
Prata. Alia petia de terra prope Sil-
vam Sancti Donati, qui dicitur Molo-
nis: ex una parte est ei via, de secun-
dâ terra Sancti Donati, de tertia simi-
liter, de quartâ predicta Silva, & in-
fra ea sunt fosse. Cum denominatus Ab-
bas per octo continuos dies, quibus de-
nominatus Marchio & Hugo comes ge-
nerale Placitum in Civitate Arretina a-
buerunt, assiduis querelis lamentaretur pro
suprascripta terra, quam ei sueque Ec-
clesie malo ordine predicti homines con-
tendebant, & censuales colonos eam ei-
dem Ecclesie subtraentes transvendiderunt,
pretestatus Marchio Raginerius & Hugo
eiusdem Civitatis Comes per singulos dies
per diversos preconos ac nuntios eos ad
Placitum convocarunt. Demum extrema
die presentis Placiti cum eos abere nec
videre possent, & cum nusquam veni-
rent, ut vel illam terram sancte Eccl-

A sie viderent, aut stando in ratione cum
Abate & Avocato ipsius Ecclesie ab
eis eam legaliter defenderent, set per di-
versa loca latitando confugerent, & nun-
quam venirent: per lignum, quod manu
tenebant presatus Marchio & Comes eun-
dem Abatem Rodulphum & Farulsum A-
vocatum ejus ad proprietatem Ecclesie eo-
rum in integrum investierunt; cunctas
B privatas ac publice actioni deditas per-
sonas sub Imperiali auctoritate omnino
bannum mittentes super eos in Mancusos
aureos duo milia, ut nemo illos exinde
devestire audeat sine legali iudicio. Qui
vero fecerit, predictos duo milia Mancu-
sos aureos compositurum se esse sciad,
medietatem Regi, & medietatem eidem
Monasterio & Monachis, qui ibidem Deo
C pro tempore servientibus. Ubi autem oc-
factum est, aderant Hugo, Ursus, Ar-
nulfus, Baldizo, & Lambertus Iudices,
Walfredus Comes, Griffio filius Griffonis
& Ursus filius ejus, Petrus filius Ra-
ginerii cum filiis ejus, Raginerius filius
Adelmi, Ubertus filius Petri, Tenzo fi-
lius Gerardi, Raginerius de Ru.....
Arzo filius Ustigizonis, Petrus filius E-
D viberi. Franco filius Hugonis, Wido fi-
lius Griffonis, Griffio filius Arzonis.
Hoc factum est in suprascriptorum pre-
sentia.

E Quidem & ego Martinus Notarius ex
iustione suprascripti Marchionis, seo pre-
dicti Hugonis Comititis & Iudicum amon-
itione scripsi in Anno ab Incarnatione
Domini nostri Jesu Christi Milleesimo Sexto
Decimo. Anno vero Imperii Domini Hein-
rici Imperatoris Romanorum Augusti Ter-
tius, Mense Octuber, Indictione XV.

* Signum f. scripti Marchionis, ex
cujus jussione seo & Judicium
amonitione et notitia facta est.

* Signum predicti Hugonis Comitis
ex ejus amonitione et notitia
facta est.

Baltizo Judice subscripsit.

Lamberto Judex adfuit & subscripsit.

Ugo Judex Domini Imperatoris in-
terfui & subscripsi.

Ego Ursus Judex Domini Imperato-
ris interfui subscripsi.

Arnolfus Judex Domini Imperatoris
subscripsi.

Ego Martinus Notarius scripsi &
complevi.

Hermannus Contractus in Chroni-
co ad Annum MXXVII. haec habet:
Conradus Rex ad 10 Yporegiae Natali Do-
mini in ulteriora progressus, Lucam cum
Reginbero Marchione in deditioem ac-
cepit. Rem tamen pacifice actam Ot-
to Frisingensis tradit Lib. 6. Cap. 28.
Chronici, scribens: Rex vero Conra-
dus castra movens sanctum Pascha Ver-
cellis celebravit. Ibi Rebinerium Mar-
chionem cum Civibus Lucensibus obviam
habuit. Sed Contracto Historico ae-
quali major adhibenda fides. Deditio-
nis nomen satis indicat, praecessisse
oppugnationem Lucensis Urbis, aut

A bellicam impressionem in Lucensem
agrum. Certe Anno praecedenti idem
Conradus totam, praeter Lucam Urbem
Tusciae, Italiam sibi subjugarat. Et for-
tassis hac de causa dejectus è regi-
mine Tusciae fuit Raynerius, quem
disertis verbis Tusciae Marchionem Pe-
trus Damiani appellavit. Ipsi-
us autem Raynerii mentionem, ejusque fi-
lii reperi in membrana existente in
B Archivo Capituli Canonorum Ar-
retii, & scriptâ Anno Dominicae In-
carnationis MXLVII. ubi haec verba:
Dum in Dei nomine in Comitatu Are-
tino infra Palatium domus Sancti Do-
nati resideret Herimannus Missus Domni
Henrici piissimi Regis (Rex tantum-
modo appellatur Henricus, ac pro-
pterea Charta spectare videtur ad An-
num MXLVI. nondum ipso Romae
C coronato die Natali Domini) simul-
que cum eo Ugo filius Raginerii quon-
dam Marchionis, & Uberto Vicecomes
filius Buchi &c. Alterum quoque Ra-
ginerii ejusdem filium, novi, Uguc-
cionem videlicet, qui paternis titulis
insignitus dignoscitur. Testem dabo
D Chartam Godefridi Marchionis, ubi
ejus mentio occurrit. Archetypum
in laudata Civitate Arretii apud prae-
laudatos Monachos ego legebam.

Placitum in Comitatu Arretino habitum coram Gottifredo Duce &
Marchione Tusciae, in quo Canonici Arretini contra quosdam
usurpatores protectione donantur, Anno 1059.

D Um in Dei nomine in Comitatu
Aretino infra Plebem Sancti Ste-
fani sitam in Classe, resideret Donnus
Gottifredus Dux & Marchio, & Ar-
naldus Episcopus & Comes in loco, qui
dicitur Piscinale, singulorum hominum
justitias faciendas hac deliberandas, re-
sidentes cum eo Rotikeri, & Alberto,
& Ilubrando, & Cantarello, & Wil-

E lelmum, & Jode Galbine, & Johannes
de Classe Judices. In quorum itaque pre-
sentia, & ceterorum, scilicet Rainerii
filii Ugicionis Ducis & Marchionis,
& Tegrinus Comes, & Rainerius
& Bernardus Comites filii Ardingi,
& item Rainerius filius Ugonis de
Sesciano Comes, & Pagano filius Ro-
landi de Corsino, & Rolandus filius.

Benzonis de Saffo, & Teuzo fratres filii Udibrandi, & Rainerius filius Grifsi nepos illorum, & Joculus atque Rainerius fratres filiorum quondam Rainerii de Galbine, & Henricus nepo illorum filii Bernardi, & Ugo filio Suppi d Loro, & Ubertus, & Ardimannus, & Fusco fratres filii Buki, & Buki filii Aviperti, & Ugo filius Corb'zi, & Ungarellio filii..... & aliorum quam plurimorum, quorum nomina meminere non possumus. In istorum presentia veniens Udibrandus Presbyter & Prepositus Canonice Sancti Donati, simul curan..... proclamatione facientes de aliquantis hominibus de bonis sue Canonice, que mali & perversi homines tollebant & contendebant. His auditis Dominus Gottifredus Dux & Marchio quesivit consilium Judicibus, quid de his lamentis & proclamationibus fieri deberet. Tunc Judices respondentes dixerunt:

„ Rectum nobis comparet, ut vos
 „ pro Dei timore, & anima Regis,
 „ & vestra mercede, ut mittatis ban-
 „ num super eundem Prepositum
 „ cum Advocato suo, & super ea-
 „ sdem res, & super omnes res sue
 „ Canonice, ne quisquam contrarius
 „ aut transgressor predictum Prepo-
 „ situm simul cum Advocatore suo,
 „ vel successores ejus de predictis
 „ rebus audeat devestire sine legali
 „ judicio, aut molestiam inferre.
 Cum ipsi Judices taliter retulissent, tunc ipse Dominus Gottifredus Dux & Marchio per fustem, quam in suis tenebat manibus, misit bannum super eundem Prepositum simul cum Rainerio Judice Advocato suo, & super omnes res prefate Canonice, ut nulla magna parvaque persona predictum Prepositum simul cum Advocatore suo de predictis rebus sine legali judicio devestire audeat. Qui vero hoc fecerit, duo milia Mancusos aureos se compositurum agnoscat, medietatem parti Camere Domini Regis, &

medietatem parti predicte Ecclesie Sancti Donati. Et hanc notitiam pro securitate rerum predicte Canonice fieri ammonuerunt.

Quidem & ego Griffo Notarius per jussionem jam dicti Domni Gottifredi Ducis & Marchionis, & Judicum amonitione scripsi. Hoc actum est Anno Dominice Incarnationis Milleesimo Quinquagesimo Nono, regnante Henrico Rege, Mense Junio, Indictione XII.



Roteberius Judex sacri Palatii interfui.

Albertus Imperialis Judex interfui.

Ildeprandus Judex Domini Imperatoris interfui.

Godefridus Dux & Marchio Tusciae, qui Placito huic praeest, uti Eruditus quisque novit, ille est, quem post obitum Bonifacii prioris Mariti novis nuptiis sibi copulavit Beatrix Ducissa, magnae Comitissae Mathildis mater. Atque heic habemus Uguiccionem Ducem & Marchionem. Cur ille titulos Ducis & Marchionis gesserit, nondum assequutus sum, quum Tusciae Anno saltem MXXVIII. Bonifacius Mathildis Comitissae pater praeefse ceperit. Quod duntaxat animadvertere potui, ejusdem Uguiccionis filius Raynerius nullo Marchionis titulo insignitur, quamquam patre Duce & Marchione genitus. Adhuc enim ex libera Augustorum & Regum voluntate pendeat, ejusmodi munera, quorum possessionem una cum vita parentes posuerant, eorum filiis negare aequae atque largiri. Certe plerumque succedebant & in iis honoribus filii, sive ex patrum merito, sive

sive propter intercurentem pecuniam, atque ob alias causas, non minus olim quàm nunc potentes atque efficaces. Jamque ego ostendi, Majores Atestinae Familiae per varia Secula non interrupto cursu appellatione *Marchionum* ornatos. At id ex liberalitate Augustorum processit; liberum quippe ipsis fuit negare, si maluissent. *Rainerium* quoque seniore, & ejus filium *Uguicionem* memoratos vidi in pergama Anna MXLV. penes Canonicos Cathedralis Arretinae. Ibi legitur *Definitio inter Canonicos Sancti Donati, & Ministeriales Uguicionis fi-*

lius Raginerii Marchionis. Inter alia haec animadvertite: *Deinde ex consensu ambarum partium, & jussione supradicti Uguicionis Marchionis fecerunt venire in eodem loco Fossato bonos homines de Polliciano &c.* En ergo *Raginerium* Anno MXXVII. Tusciae Marchionem memoratum. Sed & ejus etiam filius *Uguicio Marchio* inscribitur, & Oppido Politiano tanquam Marchio legem dicit: quod praesertim animadvertendum, quum Bonifacius tunc Tusciae Dux & Marchio fuerit. Itaque Genealogia illorum haec esse videtur:

Raginerius Dux & Marchio Tusciae

Anno 1016. & 1027.

Hugo in Charta Anni 1047.

Uguicio Marchio Anno 1044.

Rainerius Marchio Anno 1059.

Rainerius Anno 1090.

Postremi hujus Rainerii mentio est in Charta, quam Arretina in Urbe obtulit mihi prae laudatum Tabularium Benedictinorum in Monasterio Sanctarum Florae & Lucillae. Scripta fuit Anno MXC. atque haec ibi verba: *Manifesta sum ego Caterina Comitissa, quae Trotta vocor, filia cujusdam Comitissae (en cujusdam pro quondam, quod exemplis confirmavi Antiquit. Estens. Cap. 32. pag. 316.) & sum conjux Rainerii filii quondam Rainerii Marchionis. Similiter superscriptus Rainerius filius quondam Rainerii Marchionis confiteor, quia una cum superscripta Trotta conjuge mea &c.* Nullus Rainerio huic, Rainerii Marchionis filio, titulus *Marchionis* tribuitur. Ve-

rum in Diplomate Henrici inter Reges Quarti, inter Imperatores Tertii, quod ab Ughellio divulgatum fuit Tomo III. Ital. Sacr. in Archiepiscopo Pisan. videas Anno MXCIV. Sutrii adstare etiam eidem Henrico Augusto Marchionem Albertum, & Rainerium item Marchionem. Atque inde inferre quisquam posset, hunc quoque Rainerium titulo Marchionis fuisse deinde ornatum. Sed ut innumeris aliis in locis, ita & heic Ughelli diligentia desideratur. Non Anno MXCIV. sed MLXXXIV. scriptum fuit Diploma illud Henrici Augusti (quod & Troncius in Hist. Pisan. nos docuit) quare ad Marchionem Rainerium seniore referendum est, patrem Rainerii

nerii in Charta Anni MXC. memorati. Quumque is in vivis fuerit Anno MLXXXIV. censendus erit filius *Uguccionis Ducis & Marchionis*, cujus mentionem vidimus in Placito Anni MLIX. Cuinam verò Marchae is praefuerit, ignotum mihi fateor.

Regrediamur nunc ad *Bonifacium Marchionem* Matildis Comitissae Patrem. Hunc circiter Annum Christi MXXXVII. regimine *Marchiae Etruscae* donatum, sunt qui asserant. Ego ex Charta Archivi Estensis animadverti, ipsum Anno MXXXIV. jam *Ducem Tusciae* appellatum. Rursus eidem *Marchiae* praefuisse illius parentem *Tedaldum*, atque in eadem Successorem ab ipso designatum *Bonifacium* filium, ut id repetam, Recentiores autumarunt. Verùm haec non solum incerta, sed plane explodenda mihi videntur. Apertissime tradit *Donizo*, dimissam à *Tedaldo Marchiam* filio; simulque satis ex ipso discimus, non imminutam post *Tedaldi* mortem potentiam filii *Bonifacii*. Praeterea palam factum est, vel in vivis agente Patre, hoc est Anno saltem MIV. ipsi *Bonifacio* titulum *Marchionis* adhaesisse. Quum verò ex haecenus productis contra pateat, Provinciam *Tusciae* aliis *Marchionibus* ad Annum usque MXXXIV. non autem *Bonifacio* paruisse: quid aliud hinc inferendum restat, nisi aliam *Marchiam* extra *Tusciam* esse quaerendam, quae *Marchionalem* titulum atque auctoritatem *Bonifacio* non minus quam ejus patri *Tedaldo* attulerit? Eoque magis quod ex minime dubiis monumentis compertum habemus, *Te-*

daldum, vel quum *Hugo Magnus Tusciam Ducis & Marchionis* potestate regebat (rexit autem ad Annum usque MI.) insignia, titulumque *Marchionis* per annos complures detulisse. Et ad eum quidem Annum MI. spectat nobile Placitum ab eodem *Tedaldo Marchione, Comite Regiensi*, habitum in *Castro Carpi*, quod archetypum servant in suo Chartophylacio Monachi *Benedictini Regienses*, olim *Sancti Prosperi*, nunc *Sancti Petri*. Illud dabo infra in Dissertat. VIII. de Comitibus. Immo *Aelbertus Atto Tedaldi* pater, uti Chartae quatuor à *Clariss. Bacchinio* evulgatae produnt, antea (videlicet sub *Ottone Primo*, aut saltem sub secundo) *Marchionis* dignitate ac appellatione fulsit. Eum *Mabillonius* in *Annalib. Benedictin.* ad Annum MLXXXII. *Brixiensem Marchionem* appellat. Sed nullis tabulis, & perperam, ut opinor. Nullus ergo excogitandi locus, Patri & Avo *Bonifacii Tusciae* regimen collatum tribuisse titulum *Marchionis*. Et si *Tusciae* nequaquam praefuerunt illi, certe *Bonifacio* filio eam *Marchiam* *Tedaldus* moriens non dimiserit, quando ne ipse quidem, ejusque pater, eidem Provinciae Praefecti antea fuerant. Sed quando *Tusciae* non praefuit *Theodaldus* seu *Tedaldus*, cuinam Provinciae *Marchionem* illum tribuemus? Vide, an hisce tenebris aliquid lucis adferre possit Charta evulgata à *Campio Tom. I. pag. 493. Histor. Eccles. Placentin.* ex *Archivo Canonicorum Placentinorum*: quae quia ad rem nostram spectare posse videtur, haec iterum est proferenda.

Charta commutationis inter Johannem Archiepiscopum Placentinum,
Abbatem Monasterii Nonantulani, & Gundefredum, qui &
Azo, Magistrum Monetae, Anno 989.

A Nno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi DCCCCLXXXIX. tertio aie Mensis Genuarii, Indictione II. Commutatio bone fidei noscitur esse contractum, ut vicem emptionis obtineat firmitatem, eodemque nexu obligant contractantes. Placuit itaque, bona convenit voluntate inter Donnus Joannes Archiepiscopus sancte Placentine Ecclesie, & Abbas Monasterii Sancti Silvestri fiti Nonantula, necnon & Gundefredus, qui & Azo, Magister Monete, filius bone memorie Petri, qui professus est ex natione sua Lege vivere Longobardorum, ut in Dei nomine debeant dare, sicut & a presenti dederunt ac tradiderunt sibi vicissim unus alteri commutationis nomine. In primis dedit ipse Donnus Joannes Archiepiscopus & Abbas eidem Gundefredo in causa commutationis, id sunt petias duas de terra juris ipsius Monasterii, quibus esse videntur intra hanc Civitatem Ticinensem, ad loco, ubi Cella dicitur, prope Basilica Sancte Dei genitricis Marie, que nominatur Capella de Leorardo; prima petia de terra est per mensura juxta tabulas duas & pedes undecim. Coeret ei da una parte terra ipsius Monasterii, quod in sua reservavit potestate: da alia parte ingresso communo, qui pergit usque in via publica, & ad puteum, seu à predicta Capella: & de reliquis duabus partibus casa prope terra a predicta Gundefredi & Boniprandi, qui & Bonizo; secunda petia de terra est per mensura juxta pede uno; coeret & da una parte casa, & terra Uberti, de alia parte predicto ingresso, da tertia parte predicta via publica. Quidem & ad

A vicem recepit ipse Donnus Joannes Archiepiscopus & Abbas ad eundem Gundefredi à parte ipsius Monasterii meliorata rem, sic lex habet, idest una petia de terra juris ipsius Gundefredi, quibus esse videntur intra hanc Civitatem Ticinensem prope Porta, que dicitur da Ponte, ubi desuper ipsa petia de terra alienum edificium nunc habet, quod est petia ipsa de terra per mensura juxta tabulas tres, coeret ei da una parte terra Arzoni, de alia parte Restani, de tertia parte Restani, de quarta parte terra ipsius Gundefredi, quod in sua reservavit potestate, proprietario juri, sibi que alii sunt coherentes. Has denique jam dictas petias de terra intra hanc Urbem supra nominatas vel commutatas, una cum accessionibus & ingressionibus earum per jam dictum ingresso ad predictum puteum, & ad jam dicta Capella eundi & redeundi die noctuque eidem Gundefredi necesse fuerit, seu cum superioribus & inferioribus earum rerum, qualiter supra mensurat. & coherentiar. legitur, sibi unus alteri, pars parti, per hanc paginam commutationis nomine tradiderunt, facientes exinde à presenti die tam ipsi quamque & successores vel heredes eorum legaliter proprietario nomine quicquid voluerint aut previderint sine omni uni alterius contradictione. Et sponderunt se ipsis commutatores, seipsis suorum successores, vel heredes eorum predictis rebus, qui ad invicem commutationis nomine tradiderunt ins. ins. omni tempore ab homine defendere quidem, ac ut ordo legis depossit. Et ad hanc previdendam commutationem accesserunt super ipsis rebus ad previdendum Hderadus

523
 dus Miffo Donni Teodaldi Marchio & Comes Comitatu Motinense, & Adelbertus Clericus Miffo eidem Donno Joanni Archiepiscopo & Abbati ab eo directo, una simul cum bonos homines extimatores, id sunt Rolandus filius quondam Riculfi, & Petri fil. quondam Dominici, seu Romaldus filius quondam Giselberti. Quibus omnibus extimantibus comparuit eorum extimaverunt, quod melioratas res susciperet ipse Dominus Joannes Archiepiscopus & Abbas ad eundem Gundefred à parte ipsius Monasterii, quam daret, & legibus commutatio ipsa & fieri potuisset. De quibus & pena inter se posuerunt, ut si quis ex ipsis, aut successores vel heredes eorum predictis rebus, qui ad invicem commutationis nomine tradiderunt in. in. non defensaverint, componant pars parti pena duplis ipsas petias de terra, sicut pro tempore fuerint melioratas aut valuerint sub extimatione intra hanc Urbem in consimile loco. Unde due Cartule commutationis uno tenore scripte sunt.

Actum Civitate Ticinensem feliciter.

Signum manibus suprascripto Gundefredi Magister Monete, qui hanc cartam commutationis fieri rogavi, eique relecta est.

Illderadus fui ut supra.

Signum manibus suprascriptorum Rolandi, & Petri, seu Romaldi, qui ipsis rebus accesserunt, & extimaverunt ut supra.

Signum manibus Dominici Notarius Sacri Palatii rogatus subscripsi.

Signum manibus Ingelbertus Notarius Sacri Palatii rogatus subscripsi.

Signum manibus Astulfus Judex Sacri Palatii rogatus subscripsi.

Signum manibus Stefanus Judex Sacri Palatii rogatus subscripsi.

Ego Walterus rogatus testes.

Sign Waribertus Notarius & Judex Sacri Palatii, scriptor hujus

A Cartule commutationis, post tradita compleri & dedi.

Attente heic animadvertenda sunt verba illa: Et ad hanc providendam commutationem accesserunt super ipsis rebus Illderadus Miffo Donni Teodaldi Marchio & Comes Comitatu Motinense; & Adelbertus Clericus &c. una simul cum bonos homines extimatores &c. Uti infra monebo in Dissertat. LXXII. de causis imminut. Ecclesiast. potest. quoties Ecclesiarum res cum aliquo permutandae erant, mandante Marchione, aut Comite Civitatis, deligebantur aestimatores, qui prius agnoscerent, an commutatio in utilitatem vergeret loci sacri. Alias Chartas ego protuli, è quibus constat, à Marchionibus Tusciae ejusmodi aestimatores fuisse datos. Hinc ergo subluere posse videtur, Tedaldum, non solum uti Comes, sed etiam uti Marchio, praesuisse Mutinae; & ex hac Urbe cum aliis juncta efformatam fuisse Marchiam Tedaldo commendatam. Ipsius quoque Tedaldi pater Adelbertus, qui & Azo. fuerat Comes Regiensis, sive Motinensis, ut ostendi Cap. 16. pag. 142. Antiquitat. Estens. Ibi quoque praeterea Placitum protuli Anno DCCCCLXIV. habitum, in quo memorata est pars Marchiae, hoc est jus Marchionis in agro Regiensi, aut Parmensi. Ergo regio ista, quae cum Mantuam quoque conjunctam fuisse opinor, nomen Marchionis Theodaldo, ejusque filio Bonifacio contulisse videtur, antequam Tuscia eidem Bonifacio commendata fuerit. Ita Reges atque Imperatores temporibus iis pro arbitrio novas Marchias efformabant, ut fidelibus suis gratificarentur. Adalais autem Imperatrix multa Adelberto Azoni Theobaldi patri debebat ob ingens illud beneficium, quod à Donizone aliisque Historicis commemoratur.

tur. Postremo tandem loco animadvertendum est, Tusciae Marchionibus Ducis quoque appellationem ex veteri institutione manantem in usu fuisse: cujus rei exempla non una & ego protuli. Atqui *Bonifacium* ejusque Patrem ac Avum in quamplurimis monumentis ante Annum MXXXIV. *Marchiones* quidem appellatos cernimus, nunquam verò *Duces*. Et quam-

A quam Bonifacius non raro vel post adeptam Tusciae dynastiam uno *Marchionis* titulo inscriptus occurrat, at tamen saepe *Ducalem* quoque adhibuisse deprehenditur. Non pigeat heic Lectorem oculos convertere ad Chartam Placiti, quam nunc primum è tenebris eripere juvat, olim à me descriptam Lucae ex Archivo Capituli B Canoniorum Lucensium.

Placitum à Cadaloo (qui postea fuit Antipapa) Cancellario & Misso Imperatoris Conradi I. habitum in Comitatu Lucensi, ubi Canonicis Sancti Martini adjudicatur possessio Castellii controversi, Anno 1038.

DUm in Dei nomine infra Comitatu Lucense in loco, que dicitur *Viamari*, intus Curte dominicata Domni Bonifacii Marchio & Dux, per data licentia Domni Conradi Imperatoris, qui ibi aderat, in judicio resideret *Domnus Kadelohus Cancellarius & Missus ad justitia faciendā ac deliberandā, adessent cum eo Adalfridus Episcopus Bolognensis Ecclesie, Bertaldus Comes, & Adalbertus Comes, Adalbertus Judex & Avvocato, Flaiberto Judex & Avvocato Domni Bonifacii Marchioni, Johanni, Rolandi, Gerardi, Waldi, Onalberti Judicibus Sacri Palatii, Bernardi Notarius, Petrus filio bone memorie Pauli, Teoderigo filius bone memorie Ildebrandi, Petrus filio bone memorie Warneri, Gerardo filio bone memorie Cristofani, & reliquis plures; ibique eorum venerunt presentis Leo Presbitero & Stephano Presbitero & Lamberto Clerico, & Aghino Clerico, Canonici ordinarii de Ecclesia & Canonica Sancti Martini Lucensis, una cum Bacaro Avvocato eorum. Ceperunt dicere ac reclamare ad superscripto Cancellarius: „jan „ plures vices reclamavimus ad vos, „ Domnus Cancellarius de Baroncel-*

„ lo filio bone memorie Leidavito-
 „ jo, qui nobis & ad aliis Canoni-
 „ cis confratribus nostris de pars Ec-
 „ clesiae Canonice Sancti Martini ma-
 „ lo ordinem contendendi & contradici
 „ Monte & Pogio seo Castello illo,
 „ qui esse videtur in loco & finibus
 „ Rogio, cum omnibus casis & re-
 „ bus illis, qui esse videntur in su-
 „ pra scripto loco & finibus Rogio,
 „ quas bone memorie Raineri filio
 „ bone memorie Roffredi per cartu-
 „ la offertionis dedi & feci supra-
 „ scripte Ecclesie & Canonice San-
 „ cti Martini, sicut in predicta car-
 „ tula legitur; unde vos Domnus Ka-
 „ delohus Cancellarius Missus episto-
 „ la ex vestra parte ad eum direx....
 „ Placitum vociferare fecisse, & ad
 „ vestrum Placitum venisse, & de
 „ predicto Monte & Pogio seo Ca-
 „ stello cum omnibus casis & rebus,
 „ qui in suprascripto loco & finibus
 „ Rogio esse videtur exinde legem &
 „ justitiam fecisse, & minime eos
 „ habere potuisti. Unde querimus a
 „ vos, Domnus Cancellarius & Mis-
 „ sus, ut vos pro Dei amore & ani-
 „ me Domni Imperatoris, hac vestra
 „ mer-

„ mercede, nos investiat ad pars
 „ predictæ Canonice Sancti Martini
 „ de predicto Monte & Poggio seu
 „ Castello cum omnibus casis & re-
 „ bus ad eum pertinentibus, ut su-
 „ pra legitur, salva querela, quousque
 „ ipsi Baroncello à Placito veniat,
 „ nobis ad pars jam dictæ Ecclesie &
 „ Canonice exinde legem & justitiam
 „ faciat. „ Cum ipsi Canonici & Ba-
 „ caro Avvocato eorum taliter recitaverunt,
 „ tunc recordatu est predictus Dominus Ka-
 „ delobus Cancellarius & Missus Domni
 „ Imperatoris, quod ita verum esse, quod
 „ ipsi Canonici cum predicto Avvocato eo-
 „ rum asseruerunt, & per fustem, quam
 „ in suorum detinuerunt manibus, de su-
 „ prascripto Monte & Poggio seu Castello,
 „ cum omnibus casis & rebus ad eum per-
 „ tinentibus investierunt suprascripto Leo &
 „ Stephano Presbyteri, & Lamberto & A-
 „ ghino Clerici, & predicto Bacaro Av-
 „ cato eorum, ut ad pars predictæ Eccle-
 „ sie Canonice Sancti Martini ad salva que-
 „ relâ, quousque predicto Baroncello a Pla-
 „ cito veniat, & de jam dicto Monte &
 „ Poggio seu Castello cum suis pertinentiis,
 „ ut supra legitur ad pars jam dictæ Ca-
 „ nonice legem & justitia faciat. Et in-
 „ super miserunt bannum Domni Impera-
 „ toris super ipsa Canonica, & super pre-
 „ dicto Bacario Avvocato eorum, & su-
 „ per jam dicto Monte & Poggio seu Ca-
 „ stello cum suis pertinentiis, ut supra le-
 „ gitur, duo milia Mancusos aureos: ut si
 „ quislibet homo, magna parvaque perso-
 „ na devestire audeat predicta Canonica de
 „ suprascripto Monte & Poggio, seu Ca-
 „ stello cum suis pertinentiis, ut supra le-
 „ gitur sine legali judicio, sciat se compo-
 „ situro, & agnoscat predicta duo millia
 „ Mancusos aureos, medietatem parte Ca-
 „ mere Domni Imperatoris, & medietate-
 „ rem suprascripti Canonici, & suorum
 „ consvatribus vel suorum successoribus. Un-
 „ de hanc notitia pro securitate nuper su-

A
 „ ta & ostensione suprascripta Canonica
 „ fieri monuerunt.

Quidem ego Rodulfus Notarius Dom-
 „ ni Imperatoris ex jussione Domni Kade-
 „ lobus Cancellarii Missus, & Judicium
 „ ammonitione scripti, Anno Domini no-
 „ stri Jesu Christi Dei eterni ab Incarna-
 „ tionis ejus MXXXVIII. Contraus gra-
 „ tia Imperator Augusto Anno Im-
 „ peri. us in Italia XI. octavo Kalen-
 „ das Martii, Indictione VI.



Kadelous Cancellarius & Mis-
 sus sacri Palatii.

E. Gerardus Judex sacri Pala-
 tii interfui.

Rolandus Judex sacri Palatii
 interfui.

C
 Adalbertus Judex sacri Pala-
 tii interfui.

Flaibertus Judex Domni Impe-
 ratoris & Advocato Domni
 Bonifatii interfui.

Johannes Judex sacri Palatii
 interfui.

Ego Martinus Domni Impera-
 toris Notarius autenticum
 illud fideliter exemplavi.

D
 Gottesfredus Notarius Domni Im-
 peratoris autenticum illud
 vidi & legi, unde hoc e-
 xemplum sumptum est, hic-
 que subscripsi.

E
 Otto Notarius Domni Impera-
 toris autenticum illud unde
 hoc scriptum est exemplum
 vidi & legi, hucque sub-
 scripsi.

Videtis Majorum nostrorum ritum.
 In Curte dominicata (nunc Italice di-
 ceremus in una Casa non affittata, ma
 padronale) Domni Bonifatii Marchio &
 Dux habitum est illud Placitum, si-
 ve Judicium publicum. Scribendum
 verò fuisset pro more, Cadaloum Can-
 cella-

cellarium & Missum Domni Imperatoris ibi Judiciale tribunal concessisse *per data licentia ejusdem Marchionis*. Verum quia tunc in Comitatu Lucensi, atque, ut arbitror, in eadem Curte verlabatur ipsemet Imperator Conradus, judicium illic dicitur habitum *per data licentia Domini Conradi Imperatoris*. Non audeo huc trahere, quae Otto Frisingensis Lib. II. Cap. 13. de gest. Friderici I. scribit, scilicet cessasse Magistratus omnes, quando Imperator Italiam intrabat, ac nemini sine illius venia fas fuisse pristinam exercere auctoritatem. Id quidem ajo, quamquam Curtis illa ad Bonifacium Marchionem pertineret, quia tamen aderat supremus terrarum Dominus, ab eo saltem obsequii causa, non vero à Marchione, petita est facultas: quasi non amplius in Bonifacii jure Curtis illa foret, sed quidem Imperatoris. Praeterea, quod ad rem nostram attinet, Bonifacius heic disertissime vocatur *Marchio & Dux*, uti & in aliis bene multis subsequentium annorum monumentis, quia Tusciae Praefes antea creatus. Atqui ante illa tempora quum tam ipse, quam *Thebaldus Pater, & Adelberius Avus* illustrem titulum *Marchionis* gesserint, nunquam vero *Ducis*: quid aliud hinc deducas, nisi ex eis neminem imperasse Tusciae, atque in ea regione unum tantummodo Bonifa-

A | cium circiter Annum MXXXIV. *Marchionem* agere coepisse? Supra innuimus rem satis raram, nempe à duabus olim illustribus feminis Tusciam, more & auctoritate reliquorum marchionum, rectam fuisse, hoc est à *Beatrice* supra memorati Bonifacii Ducis Vidua, & ab eorum filia celebri *Comitissa Matilda*. Procul dubio à consuetudine saltem abhorruit, feminis quanquam fortitudine animi, aliisque dotibus supra sexus sui vulgus assurgentibus, gubernandam commendare Provinciam, quando conjuncta cum regimine erat necessitas ducendorum exercituum, ac militiae faciendae, quum res poscebat, aliaque praestandi, quae aut viros tantummodo exigunt, aut femineum genus parum quandoque decent. Et quidem à probando hoc veluti monstro diu abstinere Imperatores. Verum progrediente tempore accessit & illorum consensus, non sponte, ut puto, sed necessitate concessus; satius enim visum est feminis opum ac ditionum amplitudine formidandis largiri, quod vel negatum retinere voluissent atque potuissent, uti experientia docuit. Vestigia dominantis olim in Tuscia *Beatricis* plurima habentur. Ego unum heic proferam monumentum, delibatum à Bibliotheca nuper à me memorati *Clariss. Viri Philippi Bonarotae Senatoris Florentini*.

B |

C |

D |

Placitum Florentiae habitum coram *Beatrice Ducissa ac Marchionissa Tusciae*, in quo *Berta Priorissa Sanctae Felicitatis* protectionem Regiam Coenobio suo impetrat, Anno 1072.

DUm in Dei nomine in Civitate Florentia infra Palatium de Domo Sancti Johanni ibidem residebat Domna Beatrix Ducitrix & Marchionissa Tusciae.

Tom. I.

E | scie, ad justitiam faciendam, & alias intentiones faciendas & deliberandas, assistantibus cum ea *Paganus de Corsina, & Wido Comes, & Ardericus, & Gherardo,*

L I

rardo, & Uberto, & Lamberto, & Florentio Judices, & Adigerius, & Vignitio Causidici, & Albitio filio bone memorie Arzi, & Tenderico filio bone memorie Ildebrandi, & Wiso de Cona, & Ildebrando filio bone memorie Teuderichi, & Johannis filio bone memorie Donati, & Gherardo filio bone memorie Florentii, & alii plures. In eorum presentia Johannes filio bone memorie Unganelli, qui fuit Clericus, dixit & confirmavit quod duo sestaria de terra, que est posita in loco Colombaria & Praxza, propria esse Ecclesie Sancte Felicitatis, & de ipsa terra ipse Johannes Cartulam fecit Raineri filio Pagani. Et tunc Berta, que est Prior jam dictae Ecclesie Sancte Felicitatis sita foris muros Florentie Civitatis, una cum Johanne Advocato predictae Ecclesie & Monasterii, ceperunt mercedem querere ad predictam Domnam Beatricem, ut ipsa propter Deum, & anime Domni Regis, sueque mercedem, bannum super eos, & ad vicem supradictae Ecclesie & Monasterio mitteret, super jam dicta duo sestaria de jam dicta terra, & super duo alia sestaria juxta ipsa, que fuit Bosi filio Boniti, & Hermingarda Jugalibus filia Ungarelli, & super omnibus castis, terris, vineis, sortis, & domicatis, & rebus, quas pertinent ad supradictam Ecclesiam, & Monasterio Sancte Felicitatis, vel ex parte jam dicti Monasterii avere & tenere videtur infra Comitatu Florentino & Fesolano, & in locibus nominantes Sancto Donato, Romulana, Caldie, Camporogis, Legnaria, Jugulo, & juxta fluvio Ina, & prope Greve, & in Gurgo, & in Poline, & in aliis locis. Ad hec predicta Domna Beatrix per suum, quam sua detinebat manu, misit bannum

A Domni Regis super predicta Berta, que est Prior, & Advocatum ejus ad partem supradictae Ecclesie & Monasterio, & super omnes jam dictas terras & vineis & rebus, & super jam dicta quatuor sestaviorum, que dictae sunt. Ut si aliquis homo, magna parvaque persona de prenomminatis terris, vineis, & supradicta quatuor sestaviorum predictam Bertam, que est Prior, & Advocatum ejus, vel ad partem supradictae Ecclesie & Monasterii devestire presumat sine legali judicio: qui hoc vero fecerit dum millia Bisantios aureos compositorum se agnoscat, medietatem parti Camere Domni Regis, & medietatem predictae Berte, & Advocatum ejus, & ad partem supradictae Ecclesie & Monasterii. In eo modo finita est causa. Unde hec notitia pro securitate predicti Monasterii, ejusque Rectoribus, & futura ostensione fieri ammonuerunt.

Quidem & ego Johannes Notarius ex jussione predictae Beatricis, sed & Judicum ammonicione scripsi, Anno Domini nostri Jesu Christi Septuagesimo Secundo post Mille, V. Kalendas Martii Indictione XI.

D Ego Ardericus Judex interfui & subscripsi.

Gerardus Judex sacri Palatii subscripsi.
Uberius Judex Domni Imperatoris interfui.

Lambertus Judex sacri Palatii interfui.
Subscripsi dictis presens Aidericus istis.

E Notissima quoque sunt acta imperantis quondam in Tuscia generosae Comitissae Matildis ejus filiae. Unum heic adjiciam, quod olim descripsi ex Archivo Dominorum Rationum Nobilium Pitanorum.

Charta remissionis offensusarum, & concessio investiturae praediorum
facta à Mathilde Comitissa Gualando Pisano, Anno 1113.

IN nomine Sancte & individue Tri-
nitatis. Matilda Dei gratiâ, si quid
est. Dum in Dei nomine Domna Co-
mitissa Matildis, filia Bonifacii Du-
cis & Marchionis septimo Idus Apri-
lis apud Massam adesset, & inibi, mul-
ta ex diversis partibus negotia tractas-
set, venit ad eam Gualandus nepos
Lamberti Rolandi filius de Pisana Ci-
vitate, cum quibusdam aliis Pisanis, **B**
quorum nomina subter leguntur, rogan-
tem, ut suo pro servitio & parentum
suorum, offensionem, quam ei fecerat,
sibi condonaret, atque de illo, quod
jam pridem ex Marchia tenuerat, sibi
Investitura faceret. Ipsa quidem consilio
suorum fidelium, quorum nomina infe-
rius denotabimus, accepto, & offensio-
nem condonavit, & ex illo, quod **C**
avus jam dicti Gualandi tertia die ante
ejus obitum ex Marchia tenuerat, pre-
fatum Gualandum investivit, & no-
minatim de medietate Silve Parantini,
tali modo videlicet, quod ipsa cum pre-
sens fuerit, vel cum Missi ejus adsue-
rint, ex jam dicta Silva debent habere
ligna & herbas atque venationes. Ut
autem hoc verius credatur & firmiter te-
neatur, hanc cartulam ad memoriam re-
tinendam fieri iussit, & manu propria
subscripsit, & sigillo suo insigniri pre-
cepit; & insuper penam centum Libra-
rum contra illos, qui super hanc cartu-
lam molestando ire temptaverit, impo-
suit, & imponendo Ecclesiam cum omni-
bus suis pertinentiis in se retinuit, at-
que ex Silva totum illud, quod habebat, **D**
prelibato Gualando in integrum
concessit, preter illud, quod supra no-
minatum est, ita quod nulla superimpo-
sita ibi facere debeat. **E**

MA | TIL
DA | DEI
GRA | SI
QID | EST

Actum est hoc per manum Johannis
Sancte Carpenfis Ecclesie Diaconi, &
Domne Comitisse Matildis Cappellani,
MCXIII. Indictione V.

Unde Comes Albertus, Sasso de Bi-
bianello, Arduinus de Palude, Ugo &
Albertus filii Magifredi, Guibertus de
Saviola, Bernardus de Capitementi, &
alii quamplures ex Langobardia. Ex
Pisa autem Ildebrandus filius Rolandi,
Romella filius Henrici, Ildeprandus &
Rolandus germani, & Marignanus No-
tarius, & Bello Vicarius, una cum su-
pradictis, rogati sunt testes.

Dimidium Silvae, quod heic me-
moratum vides, avus Gualandi ex
Marchia tenuerat, hoc est à Marchio-
nibus Tusciae in feudum receperat.
Id non incuriose praetereundum. E-
rant enim antiquis temporibus in I-
talico Regno nemora, praedia, alia-
que jura, quae ad Cameram Regis
sive Imperatoris pertinebant; alia,
quae ad Cameram Ducis, sive Mar-
chionis: alia denique spectantia ad
Comites, sive Rectores Urbium. Re-
ges & Augusti sensim portionem suam
aut Marchionibus, aut Vassis, aliis
sive privatis hominibus, aut Eccle-
siis dilargiti sunt; sive ut saepius
contingebat, sub nomine largitionis
vendidere. Idem quoque à nonnullis
Marchionibus de sua portione fa-

Quam, inter quos recensendus *Wetpho VI. Tusciae Marchio* ex Germanica Estensium Linea, uti in Antiquit. Estensib. ostendi: qui poene omnia *Marchionalia* jura in eadem Tuscia pretio recepto ad aliorum manus abire permisit, deinde à Friderico I. Augusto recuperata. Sed quoniam Gualandum Pisanum coram positum habemus, dimittendus non est, donec nobis alium prodat Tusciae Praesidem, videlicet Mathildis Comitissae in eadem Marchia Successorem, & ejusdem lemmate in inscribendis

A ac subscribendis Diplomatum usum. Is fuit *Rabodo* (Theutonicae gentis hominem puto) Francisco Mariae Florentinio ignotus, sed à Cosmo de Arena accurate indicatus in Serie Ducum Tusciae: ad quem pro confirmatione nuper evulgatae Investiturae se contulit idem Gualandus. Ex altera hac Charta, cujus antiquum apographum vidi Pisis apud praelaudatos Nobiles viros Ronciones, ego nonnulla decerpam, reliquis dimissis, ne antecedentem repetitam habeat Lector.

Diploma Rabodonis Marchionis Tusciae, quo confirmat Gualando Pisano quaecumque is in Feudum acceperat à Marchionibus Tusciae, Anno 1117.

IN nomine Sancte & Individue Trinitatis. Rabodo Dei gratia si quid est. Dum in Dei nomine Dominus Rabodo Marchio Tusciae, duodecimo Augusti apud Castellum, quod vocatur Pese, adesset, & inivi multa ex diversis partibus negotia tractasset, venit ad eum Marignannus Notarius & Missus fidelis Walandi, nepotis Lamberti, filii Orlandi, de Pisana Civitate cum quibusdam aliis Pisanis & Lucensibus, quorum nomina subter leguntur, rogans, ut pro suo servitio & parentum suorum de hoc, quod jam pridem ex Marcha tenuerat, sibi Investituram faceret. Ipse quidem consilio fidelium suorum &c.

C Ildebrandus filius Widonis, Rolandus zone filius Gerardi, Rogemundus, Petrus filius Adelardi, Teotbo Ademarum, Heinricus, una cum . . . testes.

D Ad Annum quoque MCXXIX. alius Tusciae Marchio sese nobis offert, Conradus videlicet *Ravennatum Dux*, & Tusciae Praeses atque Marchio. Ejus etiam meminit Florentinus in Vita Mathildis. Cosmus de Arena in Serie Ducum & Marchionum Tusciae, quam in Parte II. nunquam edita pollicebatur, ad Annum MCXX. Conradum hunc exhibet Ducem & Marchionem Tusciae. Tum ad Annum MCXXV. Fridericum ejus fratrem eadem dignitate donatum statuit. Fallitur. En ipsum Conradum Anno ad huc MCXXIX. Tusciae Rectorem. Excerpti ex autographo existente Lucae in Archivo Monachorum Sancti Pontiani ex Congregatione Montis Oliveti pauca ista quae sequuntur.

RABODO DEI GRATIA
SI QUID EST

Actum est hoc per manum Regenradi Presbiteri Rabodonis Marchionis, Anno Millesimo Centesimo Septimodecimo.

Charta donationis factae Monasterio Sancti Pontiani Lucensis à
Conrado Duce & Marchione Tusciae, Anno 1129.

IN nomine Sancte & individue Trinitatis. Amen. Conradus divinâ gratiâ Ravennatum Dux, & Tusciae Praefes ac Marchio. Omnibus notum fieri volumus, quod concedimus atque damus Ecclesie & Monasterio Sancti Pontiani sito juxta muros Lucanæ Civitatis, unam videlicet petiam de terra culta & inculta, quæ habet Casalimum & fontanam infra se &c.

 *Locus Sigilli cerei deperditi.*

Hæc acta sunt juxta Lucanam Civitatem, in Burgo, qui dicitur Sancti Fridiani, presentibus Fulcerio quondam Rainerii &c. Anno Dominice Incarnationis Millesimo Centesimo Vigesimo Nono, Prædie Nonæ Septembris, Indictione VIII.

Datus Notarius Domini Imperatoris, cujus presentia ista sunt acta, ex jussione prædicti Domini Conradi Ducis, Marchionis, hæc scripsi.

Praeterea Conradum eundem Anno MCXXI. Tusciae Praesidem repertum in altera Charta, quam Tabularium Archiepiscopi Lucensis mihi obtulit. Ibi *Bestardus Teutonicus & Missus Domini Marchionis Conradi, ex precepto ipsius Marchionis corporaliter investivit ad proprietatem Canonicum & Vicodominum Ecclesie & Canonice Sancti Martini Lucensis Episcopatus, de districto videlicet & placito, albergeria & sodro, quæ Imperatori & præfato Marchioni aliquo modo pertinere videbantur de tota Plebe Villa Bassilicæ &c. presentia Sineanime Missi Domini Imperatoris, & Fulcherii Lucensium Consulibus &c. Quæ diligenter animadvertenda sunt, ut discas, qua ratione*

A sensim Regalia translata fuerint ad Ecclesiasticos sive Seculares viros. Praefuere deinde Tusciae alii Marchiones, de quibus nullus mihi sermo erit; nam Tusca Civitates serius quam Lombardicae ad libertatis culmen asfurrexere: quod evinci posse videtur è continuata ibi Marchionum seu Ducum ditione per totum Seculum XII. quæ in Lombardia penitus desierat. **B** Simul tamen verum est, eodem Seculo Duodecimo non cam fuisse Marchionibus iis sive Ducibus auctoritatem atque ditionem in Populos Tusciae, quam præcedentes Marchiones exercuerant. Et revera sensim Augusti, atque ipsi Marchiones Regalia Civitatibus aut largiri, aut venumdare **C** coeperunt, ita ut tandem translatum fuerit universum regimen in earum Civitatum Populos, & supremum duntaxat jus Imperatores in ea retinuerint, idque etiam saepe nutarit.

Praeter Marchias celebres, de quibus hætenus verba fecimus, fuerunt & aliae olim in Italico Regno nobis non satis perspectae, ut supra innui; novae quippe in dies constituebantur, prout Regum, temporum, ac rerum vices suadebant; quarum Praesides illustrem locum tenere, ac praecipue in partibus Montisferrati, Pedemontis, Mediolani, Genuae, & Lunae. Sed & in tractu Romano occurrunt *Marchiones*, quorum Marchiam non facile indices. In Charta Coenobii Farfensis ad Annum MXII. spectante, Part. II. Tomi II. *Rer. Italicar.* habetur quidam *Johannes Marchio & Dux*, Benedicti Comitibus filius, & frater Crescentii Comitibus, ex ea, ut

conjecturae ferunt, nobili Familia Romana natus, quae Crescentium Comitum dedit, rebellem Ottoni III. Augusto, & illius tandem jussu diram morte peremptum. Quum verò ceterae ferme omnes Marchionum viventium Uxores *Comitissae* appellari solerent. uti innumera exempla testantur, in eadem tamen Charta Conjugum Crescentii, qui unum praefert *Comitis* titulum, *Ducissa* inscribitur iis verbis: *Crescentius Comes cum sua Coniuge Hitta Illustrissima Ducarice*. Verum cui Marchiae praeeset Johannes iste *Dux*, simul & *Marchio*, in regione

A Romana, nisi eum Spoletum, & Camerino, seu Firmo dominatum. fuisse conjiciamus, quis mihi ostendet? Rursus quae olim foret *Guidonis Marchia*, quam in Diplomate nondum edito Friderici I. Augusti memoratam inveni, Eruditis hominibus inquirendum relinquo. Et quidem Diploma illud à me descriptum ex archetypo existente in Archivo Ducum Mantuae, nunc Caesareo, sive Archiducali, omnino heic productum volo, quippe in foro literario rara sunt id genus monumenta.

Investitura Marchiae Guidonis concessa Henrico Marchioni
à Friderico I. Imperatore, Anno 1167.

IN nomine Sanctae & individuae Trinitatis. Fridericus divina favente clementia Romanorum Imperator & semper Augustus. Ratio suadet, & necessarium esse justitia ipsa demonstrat, ut quicquid aliquo tempore clementia Imperialis de sua largitate fidelibus suis erogatur vel distribuit, literarum apicibus pro memoria commendetur, ne per successiones temporum, concessionem vel donationem Regum aut Imperatorum aliqua oblivione deperant, vel ex levi occasione cordibus posterorum dubietatis vulnus infligant &c. Inde est, quod nos in memoria & prae oculis habentes, quanta devotione, quanta fidelitate dilectus noster Marchio Henricus, ejusque tota progenies nobis & Imperio semper servierit, & in omni necessitate Imperii fidelis & constans perseverit, dignum duximus praeclara servitio suo & suorum, palma dignae retributionis adornare, & accepta opportunitate meritis suis grata vicissitudine respondere. Ea propter cognoscant universi fideles Imperii per Italiam constituti, praesentes


C & futuri, quod nos juxta nostram Imperialem munificentiam praedictum Marchionem Henricum pro ejus fidei obsequio, ejusque heredes masculos, de Marchia Guidonis quondam Marchionis in praesentia Principum Curiae nostrae investivimus, simulque de omnibus rebus, de quibus idem Marchio à nobis fuit investitus, atque de omnibus his, quae per Imperium habuisse & tenuisse dinoscitur, cum omni jure & honore & utilitate, quae exinde potest provenire; videlicet cum Castris, Burgis, Villis, & Locis, & cum omnibus pertinentiis &c. Ad augmentum quoque hujus nostrae gratiae, & ad securitatem praedictae Investiturae à nobis factae praedictum fidelem nostrum Marchionem Henricum in possessionem Marchiae, & praedictarum rerum liberi per nostrum Legatum mitti decrevimus. Et si aliquis nostrae Majestati vel Nuncio nostro contradicere vel obistere in hoc facto praesumpserit, quominus praedictus Marchio in possessionem mitti possit, omnibus comprouincialibus personis & Civitatibus sub

debi.

debito fidelitatis districtae praecipimus, quatinus praedictum Marchionem Henricum praedictam Marchiam intrare & possidere atque manuteneare civiliter adjuvent, omnesque contradictores banno nostro subjicimus. Praeterea ne quid ad gratiam desit, Ugolinum Marchionem fratrem Marchionis Henrici de praedicta Marchia, & de praesatis rebus similiter investivimus, tali tamen conditione, ut si Marchio Henricus sine legitimo herede masculino decesserit, tunc frater ejus Marchio Ugolinus praedictam Marchiam cum praesatis rebus habeat, teneat, & quiete possideat. Interim vero quicquid de praedictis rebus Marchio Henricus fratri suo Ugolino concedere voluerit, nostrae Majestati per omnia complacerebit. Si qua Castella sunt in Marchia praedicti Guidonis Marchionis, & in tota Marchia Henrici & Ugolini Marchionum, & in eorum districtu diruta & destructa, nostram Imperiali auctoritate reaedificari & relevari permittimus & praecipimus, & eum, quicumque huic nostrae constitutioni vel permissioni contradixerit, volumus Imperiali banno subjacere, centum Librarum auri poena multatum. Omnes quoque homines districtabiles Marchionis Henrici & Ugolini, qui ad Civitates confugerunt, ne dominis suis servire cogentur, à Civitatibus exire, & ad propria domicilia ad servientium dominis suis redire jubemus; alioquin personas & res eorum in banno nostro ponimus; & liberam facultatem dominis eorum damus, ut bona, quae à manu eorum habent, eis auferant, vel super

A personas & res eorum, quacumque voluerint, vindictam exercent. Statuentes itaque Imperiali edicto sancimus, & sub debito fidelitatis praecipimus omnibus fidelibus Imperii, ne qua Ecclesiastica, secularisque persona contra hanc nostram constitutionem &c. Hujus rei testes sunt Heribertus Bisuntinus Archiepiscopus, Hermannus Verdensis Episcopus, Daniel Pragense Episcopus, Alexander Leodiensis Episcopus, Udo Cicensis Episcopus, Gotefridus Spirensis Episcopus, Rodulfus Argentinensis Episcopus, Ludewicus Argentinensis Episcopus, Presbyter Cremonensis Episcopus, Albericus Landensis Episcopus, Erleboldus Stabulensis Abbas, Dux Bertholfus de Zeringa, Marchio Theodericus, Dux Tieboldus de Boemia, Dux Ulricus de Boemia, Borhardus Castellanus de Magdeburg, Cuonradus Castellanus de Nuremberg, Comes Tieboldus de Leckesgemunde, & frater ejus Henricus, Comes Warnerus de Harzesburg, Conradus de Lewenstein, Marchio Wilhelmus de Monteferrato, Marchio Manfredus de Wasio, Hugo magnus Marchio, Comes Robertus de Lorotello, Marchio Henricus Wercius, Albertus Marchio de Incisa, Comes Wilhelmus de Blandrata, Bertholfus de Scorwenburg, Fridericus de Bilzeta, Henricus Marefcalcus, Ulricus Dapifer, Loarvicus Pincerna, Ulricus de Sala, Rudigerus & Rodulfus Camerari, Wido de Sancto Nazario, Comes Malvicinus, Petrus Traversarius, Wido Ubertinus, & alii quamplures.

Signum Domni Friderici



Romanorum Imperatoris invictissimi.

Signum Sigilli Cerei deperditi.

Ego Philippus Cancellarius vice Rainaldi Colonienſis Archiepiſcopi, & Italiae Archicancellarii recognovi.

Datum in territorio Ariminenſi IX. Kalend. Maji, Anno Dominicae Incarnatio- nis M. LXVII. Inditione XV. Regnante Domino Frederico Romanorum Impe- ratore glorioſiſſimo, Anno Regni ejus XV. Imperii verò XII.

Actum in Chriſto feliciter. Amen.

Velim heic animadvertat Lector, Fridericum I. de Marchia Guidonis inveſtire praedictum Marchionem Henricum, ejuſque Heredes maſculos; ac praeterea finere, ut deficiente eodem Henrico abſque Heredibus maſculis, ſuccedat in ipſa Marchia illius frater Ugolinus Marchio. En ergo iis temporibus jam inveſta conſuetudo, quae ſubinde in juſ perenne abiit, nempe ſingularibus Privilegiis conſtitutum, ut in Marchiis quoque ſuccederent Marchioni parenti ejus liberi ac deſcendentes maſculi, immo & tranſverſales, Auguſtis, ut cenſeo, ejuſmodi liberalitate animos Principum & Optimatum Italiae ſibi devincire conantibus. Porro quis fuerit Henricus iſte Marchio, certò affirmare non auſim. A vero forſitan longe non abeat, qui eum Marchionibus Carretti accenſeat. Illius autem Marchia nullas Urbes complectebatur, ſed Caſtella tantum, Curtes, & Villas. Heic autem inter nobiles teſtes in Charta hac memoratos, digni ſunt, qui ante oculos noſtros recurrant Marchio Willelmus de Monteferrato, Marchio Manfredus de Waſto, Albertus Marchio de Inciſa, & Marchio Henricus Wercius (ideſt il Guercio) Italici Proceres omnes. De iſto Henrico Wercio infra mentio occurret in Actis Pacis Conſtantiae in Diſſertat. XLVIII. de Societat. Lombardor. Sunt, qui hunc Marchionem Szvonae fuiſſe opinantur. De hiſce praecipue videas, quae multiplici eruditione diſſerit Clarifſ. Berettus in Diſſertat. Chorographic. Tomo X. Rer.

A Italicar. ubi de Geographia Italica medii aevi optime eſt meritus. Hugo magnus Marchio, in hoc ipſo Diplomate memoratus, unde prodierit, alii inquirent. In Hiſtoria Mſta Marchionum Salutiarum, quam teneo, is creditur fuiſſe frater Manfredi Marchionis Salutiarum, & Vaſti, quem nuper commemoratum vidisti, atque ex eo propagatos Marchiones Craveſcanas. Denique hinc diſcimus, ad Occidentalem Italiae plagam ſenſim ac variis temporibus multiplicatas fuiſſe Marchias, quod nempe antiquis mutilatis, ſeu diviſis, novae ſubinde conſtituerentur. Quum verò haec animadverterimus, veteres Marchiones aut adjecto Marchiae eis creditae nomine, aut nudo Marchionis titulo fuiſſe commemoratos, petat Lector, quid ſignificent Chartae quaedam, quae inclinante Seculo Duodecimo exaratae, & à Guichenonio evulgatae habentur, Tom. 3. Hiſtor. Genealog. Regiae Sabaud. Famil. in quibus occurrit Umberto Maurianenſis Comes, & Italiae Marchio: quod profectò rarum eſt; neque enim Italia erat Marchia. Commemorant quidem interdum Hiſtorici Marchiones Italiae; ſed inſuetum videatur appellari in Chartis Marchionem Italiae, & praecipue quum is alibi Umberto Comes & Marchio Maurianenſium dicatur, quae Mauriena eſt ultra fines Italiae. Verum Italiae Marchio nihil aliud fuit, quam quod in aliis Chartis legitur, ſcilicet Marchio de Italia, aut in Italia Marchio. Rarum quoque videatur, quod in aliis

Char-

Charta habetur: idest; *Ego Amedeus Dei gratiâ Burgundiae & Lombardiae Comes, Neposque Comitissae Aladae, & hereditario jure successor.* Exempla hujusmodi formulae iis Seculis frustra alibi perquiras. Et quoniam praelaudatus Guichenonius nobilissimam Sabaudientium Ducum, nunc etiam Sardiniae Regum, Familiam multâ cum eruditione, Librisque editis illustravit, inde petere Lector poterit Antiquitates eorum Principum, quorum adhuc tantus est splendor & potentia in Italia. Attamen felicitati meae tribuo posse heic ad illorum decus addere binas Chartas, quae diligentiam Guichenonii effugerunt, & illius

A aedificium non leviter exornabunt. Eas debeo benefico studio Illustris. & Excellentiss. Comitum Ludovici Caisotti Primi Praesidis Senatus Taurinensis, qui illas ex Archivis describendas curavit, & pro sua humanitate ad me misit. Jam Guichenonius validis argumentis firmavit, *Adelaidem* celeberrimam *Segusii Marchionissam* secundis nuptiis conjunctam fuisse cura *Hodone Marchione*, filio *Umberti* Comitum Sabaudiae & Mauriennae, atque ex iis propagatam fuisse Regiam Ducum Sabaudientium progeniem. Ad eosdem Conjuges spectant praelaudatae Chartae.

Donatio facta ab Oddone Marchione Segusii Canonicis Sancti Petri Tarantasiensis, Anno Ch. 1051.

A *Nno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi Millesimo Quinquagesimo Primo.* Ego Odo Marchioni Dei gratia, amore Dei Patris omnipotentis, pro remedio animae Pater meus *Umbertus Comes*, & propter meam animam. Notum sit omnibus praesentibus quàm absentibus, quod ego *Odoni* mea spontanea voluntate dono *Sancti Petri Darentasiensis*, ad usum *Canonicorum* aliquod de rebus meis conjacentibus in *Valle Darentasi*; hoc est *Mansum unum*, quod praenominatur *Villare Berengeru*, quantum ad ipsum *Villare* aspicit, & aspicere videtur, dono *Sancti Petri*, & *Canonici* ejus perpetualiter, ut animae *Pater* meus, vel mea sit mediata inter *Canonicorum* orationes, quas fungere merentur. Si quis verò contra hanc Cartula nostrae auctoritatis, suadente *Diabolo*, aliquam calumniam inferre praesumpserit, de meis parentibus, vel extraneis, sit *maledictus* & *excommunicatus*, *confusus* & *abjectus*; & insuper auri optimi *Libram*

C componat in Camera Regis, & aliam *Libram* auri puri in Camera *Episcopi*. Et insuper sit *Carta* ista firma & stabilis perpetuâ firmitate. Et post haec donatione facta.

Ego *Odoni* manus mea, & firmare rogavi.

Signum manus *Bosoni* testis; *Lamberti* testis; *Gunterius* testis; *Disderius* testis; *Murart* testis; *Ubert* testis; Facta est haec *Carta* à *Cancellio*, *Adam*, Regnante *Enrico* Rege *Annos XII*.

D Huic *Odoni* *Marchioni* juncta fuit, ut dixi, *Adelais* *Marchionissa*, virilis animi *Mulier*; atque ex eorum *Matrimonio* natus est *Petrus* *Marchio*, cui nupta fuit *Agnes* *Comitissa*, filia *Willelmi* *Comitis*. Illorum mentionem habeo in subsequenti *Charta*, ubi commemoratum videas *Widonem* *Marchionem de Serviago*, de cujus prosapia *Eruditis* *Pedemontanis* differendum relinquo.

Donatio facta Monasterio Taurinensi SSS. Solutoris, Adventoris,
& Octavi ab Adelaide Marchionissa Segusii, Anno Ch. 1079.

Domi Jovis, quarto die mensis Julii, Monasterio Sanctorum Solutoris, Adventoris, atque Octavii, constructo foris & prope Civitatem Taurini, non multum longe à Porta, quae dicitur Seustina, in Camerâ, quae est iuxta Capellam Domini Abbatis ipsius Monasterii, praesentia Domnae Agnetis Comitissae filiae quondam Willelmi Comitis, & relictae quondam Petri Marchionis, & Domni Ingonis Sanctae Astensis Ecclesiae Episcopi, ac Domni Alberti Sanctae Aquensis Ecclesiae itemque Episcopi, seu Domni Widonis Marchionis, qui dicitur de Seriago, sive Cretonis Judicis, & Brunonis de Morocio, atque Envici de Barono, & Ansaldi de Pulingaria, necnon Danielis, & Ottonis, per croculam Domni Oberti Abbatis superscripti Monasterii, quam suâ tenebat manu Domna Adalagida Comitissa, filia quondam bonae memoriae Magnifredi Marchionis, & relicta quondam Oddonis itemque Marchionis, dedit investituram suprascripto Monasterio Sanctorum Solutoris, Adventoris, atque Octavii, in manu praefati Domni Oberti reverentissimi Abbatis: nominative pro medietate de Corte una, quae vocatur Calpix, cum ipsius Comitissae omnibus rebus & pertinentiis, ad ipsam medietatem de praedicta Corte pertinentibus hinc, unde reliqua medietas de praedicta Corte jam dicto Monasterio pertinere videtur proprietario jure; & de quantum sibi pertinebat de medietate de Corte alia, quae dicitur Covaciae, cum medietate de omnibus rebus & pertinentiis, ad ipsam medietatem pertinentibus, unde quondam Adalricus superscriptae Sanctae Ecclesiae A-

Astensis Episcopus, Patruus ipsius Dominae Adalagidae Cometissae & quondam Domna Berta Cometissa genitrix sua fecerunt Cartam offertionis praenominato Monasterio; eo tenore, ut faciant Monachi, qui nunc in ipso Monasterio ordinati videntur, & illi qui de hic in antea fuerint ordinati, tam de praedicta medietate de praefata Corte, quae dicitur Calpix, cum medietate de omnibus rebus & pertinentiis ad ipsam pertinentibus, quam de hoc, quod sibi aliquo modo pertinebat de suprascripta medietate de praefata Corte, quae vocatur Covaciae, & de medietate de omnibus rebus & pertinentiis ad ipsam pertinentibus, hinc ad utilitatem ipsius Monasterii à praesenti die proprietario nomine, quod voluerint: & ideo ut omnipotens at misericordissimus Deus animabus superscriptorum quondam Magnifredi Marchionis Genitoris sui, & quondam Domni Adalrici Astensis Antistitis Patrui sui, ac quondam bonae memoriae Bertae, Comitissae Genitricis suae, atque quondam Domni Petri Marchionis filii sui in aeterna requie misereri dignetur, & sibi in hac mortalitatis vitâ omnium suorum delictorum indulgentiam, & in perpetuae stabilitatis futura sanctissimae suae contemplationis cum Sanctorum cetibus laetetur clementiam.

Factum est hoc, Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi Millesimo Septuagesimo Nono, superscripto die Jovis, Indictione secunda, feliciter.

E Signum ✠ manu superscriptae Dominae Adalagidae Comitissae, quae hoc superscriptae suae Investiturae breve fieri rogavit, ut supra.

Ego

Ego Adeprandus, qui Bello sum vocatus, Notarius sacri Palatii interfui, & hujus Investiturae breve scripsi.

Marchiam quoque Firmi non semel ego commemoravi. Et profecto antiqua est illius institutio ac dignitas. Leo Marficanus Lib. 2. Cap. 6. Chronic. Casinens. praedia commemorat posita in Comitatu Marficano, nec non & Marchia Firmiana, & Ducatu Spoletino. Petrus quoque Damiani, qui Seculo Christi Undecimo floruit, haec scribebat in Vita Sancti Romualdi Cap. 30. de Ottone III. Augusto, conditore Monasterii Sancti Adalberti Ravennae: Cui contigua Coenobii Classensis praesidia contulit, & ea sibi ex fiscali possessione in Firmensis Monarchiae partibus recompensavit. Supernumium. Corrige ac scribe: in Firmensis Marchiae. Iidem Cap. 35. Romualdus ad Camerinae Provinciae Comites venisse dicitur, ubi constructo Monasterio, Clericos, qui per totam illam Monarchiam per pecuniam ordinari solebant, corripiebat. Et heic scribe Marchiam: fuit enim olim Marchia quoque Camerini. Neque satis liquet, an quum audimus Marchiam Camerini, Marchiam Firmi, Marchiam Anconae, eandem regionem sub diversis nominibus habeamus. Nam uti Marchia Tarvisina non alia fuit à Marchia Veronensi, pro varietate scilicet temporum, ac sede Marchionum, ita etiam contigisse potuit, ut sub tribus nominibus una eademque

A regio ac Marchia designata olim fuerit, additis tantum aut excisis inde aliquot locis. Et quoniam in Antiquitatibus Estensibus memoriae prodidi, Marchiones Ateflinos Marchiae Anconitanae dominatos fuisse, quem titulum isti diu etiam retinere, monumentis tunc in ejus rei confirmationem adductis, nova nunc adtexo, ex Archivo Estensi deprompta.

B Exploratum est, illudque & ego in eisdem Antiquitatibus ostendi, Marchiam istam, quod ei dominus olim fuerit Warnerius (sive, quod idem est, Guarnerius) natione Germanus, coeptam fuisse appellari Marchiam Guarnerii. In originem hujus nominis erudite inquirebat amicus olim meus D. Gaspar Berettus Monachus Benedictinus in Dissertat. Chorographicà praeposita Tomo X. Rer. Italicarum. Veri autem simile est, primum hujus nominis Marchionem in ea regione institutum fuisse ab Henrico inter Augustos Tertio Guarnerium illum, cujus mentio est apud Siebertum in editione Miraci; & qui circiter Annum Christi MC. vixit. Nempe acciderit turbulentis iis temporibus, ut Marchiam illam Henricus Mathildi Comitissae, Ducissae Tusciae, eripuerit, & Guarnerio militi suo regendam tribuerit. Porro ad hunc ipsum pertinere arbitror Chartam authenticam, quam mihi obtulit Archivum Estense, unde ad illius Provinciae Historiam lux aliqua accedet.

Charta Laurentii Camerinenfis Episcopi, per quam Warnerio
Marchioni, ejusque uxori Altrudae emphyteuseos titulo
concedit Castellum Sancti Severini, Anno 1119.

✠ **I**N nomine Sancte & individue
Trinitatis. Anno ab Incarna-
tione Domini MCXVIII. Indictione Duo-
decima. Quia petistis à me Laurentio
Episcopo sancte Kamerinenfis Ecclesie,
ut constituerem vobis jus emphyteoticum
de rebus sancte nostre Ecclesie: ideo ego
predictus Laurentius Episcopus una cum
consensu Primatum nostre Ecclesie trado
& constituo atque concedo vobis petitori-
bus W. (Warnerio) Marchioni, & A.
(Altrudae) Comitisse jugalibus, & W.
(Warnerio) vestro filio & filiis & ne-
potibus vestris usque in tertiam genera-
tionem vestram legitimam emphyteotico ju-
re, Castellum Sancti Severini, & ejus
Curtem integrè in integrum cum omni-
bus, que ad ipsum Castellum, & ad e-
jus Curtem pertinere videntur, cum ipsa
Sancti Severini Ecclesia, que in ipso Ca-
stello est edificata cum omnibus sibi jure
pertinentibus; & cum Castro Pallioliti
cum omnibus sibi subjacentibus & perti-
nentibus in integrum. Concedimus etiam
vobis predictis petitoribus Plebem Sancti
Victorini, & Monasterium Dolioli, &
Monasterium de Demora cum omnibus
sibi ubique pertinentibus, & campos de
Prebe Sancti Petri cum usu bubulci, de-
simus, & primitiis, & obsequio mortuo-
rum, & incensu, & Synodo de predi-
ctis Ecclesiis in vobis reservato. Et hec
omnia vobis suprascriptis petitoribus tra-
didimus & concessimus cum terris, vineis,
silvis, pascais, cultis & incultis, aquis,
aquimolis, aquarumque decursibus, &
omnibus eorum accessionibus. Ad habèn-
dum, tenendum, possidendum, lucrandum,
utendum ac fruendum, & quicquid vo-
bis, vestrisque heredibus usque in tertiam

A generationem rationabiliter placuerit, fa-
ciendum. Et hec vobis ideo concessisse
sitemur, quia nostre Ecclesie patronos &
defensores habere speramus. Et inseratis
exinde annualiter in Festivitate Sancte
Marie, pensionis nomine, sancte nostre
Ecclesie Bizantium unum. Insuper ego
predictus Laurentius Episcopus obligo me
meosque successores omni tempore ab omni
persona attestari, auctorizare, & defen-
dere hanc emphyteosim vobis suprascriptis
petitoribus, vestrisque heredibus. Promit-
timus etiam, quod praedictas res vobis
suprascriptis, vestrisque heredibus non tol-
lemus, nec de vestra potestate auferemus.
Que omnia si non observaverimus, vel
ego, vel mei successores infringere aut
corrumpere vel falsare presumpserimus,
C quingentos Bizantios vobis vestrisque he-
redibus composuros nos obligamus, &
post penam solutam hoc emphyteoticum In-
strumentum in sua permaveat firmitate.

Ubaldu Anselmi rogatus testis in hac
pagina emphyteosis interfuit.

Albericus Guittonis in hac emphyteosi
rogatus testis interfuit.

D Acto Bigonis in hac emphyteosi roga-
tus testis interfuit.

Gens Petri Aczonis, & Albericus Ga-
staldionis rogati testes interfuerunt.

Factum est hoc Instrumentum Anno
Dominice Incarnationis MCXIX. Indi-
ctione Duodecima, Mense Septembris.

✠ Ego Laurentius Episcopus in hac
emphyteosi manu propria subscripsi.

E ✠ Ego Paganus Archipresbiter manu
mea corroboravi, & huic scripto consensi.

✠ Ego Bernardus Prior huic scripto
consensi.

✠ Ego Ugo Archidiaconus huic scri-
pro consensi & confirmavi.

✠ Ego Rainerius Judex scripsi.

De hoc ipso Guarnerio egi supra
in Differt. V. de Ducibus, & Chartam
attuli scriptam Anno MCVII. in qua
is appellatur *Dux & Marchio*, scilicet
Dux Spoletii, & Marchio Camerini, si
ve mavis Piceni. Post Mathildis mor-
tem pacifice tenuerit eam Marchiam
Guarnerius iste. Ejus filium *Warne-*
rium commemoratum heic vides. Et
iste postea eidem praesuit Anconita-
nae Marchiae. Nam Charta ista satis
prodit, Guarnerium ejus patrem Ca-
mertibus fuisse dominatum, sub qua
Marchia Firmum quoque, & Anco-
nam, & integrum Picenum tunc fuis-
se comprehensum, Diploma Ottonis

A IV. Augusti, datum Anno MCCX.
Azzoni VI. Marchioni Estensi, à me
in Par. I. Antiq. Estens. evulgatum,
nos docuit. *Laurentium Episcopum Ca-*
merinensem Ughellius in Italia Sacra
minime agnovit: eundem quippe per
illa tempora defecerunt Diptycha il-
lius Ecclesiae. Propterea suus ei in
posterum locus erit inter Antistites
B Camerinenses. Quod est ad *Guarne-*
rium Marchionem, praedicti Guarnerii,
ut puto, filium, ejus mentio est in
Charta, quam ex Historiis MStis Fa-
nestribus, à Vincentio Nolfio compo-
sitis, excerptam ad me misit Lucas
Antonius Gentilis, ob eruditionem,
singularemque in me benevolentiam
mihi lubenter commemorandus. Ti-
C tulum hunc Charta praeferebat.

Sententia lata in Aula Federici Imperatoris, & ejus praesentia in
causa inter Episcopum Firmanum ex una, & Marchionem
VVarnerium parte ex altera, Anno 1164.

I N nomine Sanctae & individuae Tri-
nitatis, & beatae Mariae Virginis,
quae augeat vitam Federici gloriosi
Principis, Anno MCLXIV. Indictione
Ducdecima, VIII. die Lunae, exeunte
Mense Februarii. De controversia, quae
vertebatur inter Balignianum Episco-
pum Firmanum, & Marchionem Guar-
nerium, de Castro Murro de Vallis,
quod Castrum Domino Albertino E-
piscopo, Domini Imperatoris Vicario,
sedente pro tribunali prope Ecclesiam San-
cti Paterniani de Fano, Ugo Rufus,
& Albertus Aldecherii filius, Imperia-
lis Aulae Judices, utriusque partis alle-
gationibus visis, judicaverunt, praedictum
Castrum Murrum de Vallis restituendum
esse Episcopo Firmano & Officialibus
Ecclesiae Firmanae: & absolvère praec-
dictum Episcopum Firmanum à petiti-
one Marchionis. Et hoc totum factum

fuit in praesentia Domini Federici
Imperatoris. Intersuere Joannes Ugoli-
ni de Ugone Fanensis, Tholomeus de
Castro, Hieronymus de Montefancto,
D Joannes Albertus de Guidone, Guido
Morellus de Fano, Henestus de Alber-
to, Offredantius de Bono Comite, Uguc-
cio de Guidone, Andreas de Pefso, &
Basilius de Civitate Nova, & plures
alii Clerici & Laici.

Ego Morandus sacri Palatii Notarius
jussu praedictorum Judicum hanc
sententiam scripsi.

E Ughellius Tom. 2. Ital. Sacr. in
Episcopis Firmanis, non sine ubcri
errorum segcte hanc ipsam Chartam
innuit, scribens, eboram litem Anno
MCLX. inter Episcopum Firmanum,
quem *Buliganum*, seu *Buligarium* ap-
pellat, *Vameriumque Muri Vallium*
Marchionem ejusdem Castellii; quae de-

num coram Friderico Imperatore composita fuit. Warnerium Marchionem Camerini, sive Anconae, nimis transfiguratum heic habes. Tradita deinde fuit, ut dixi, eadem Marchia Azoni VI. Marchioni Estensi, tum Aldrovandino ejus fratri, demum Az-

Azoni VII. Sexti filio. Nunc proferre juvat pauca monumenta ad eisdem Aetlinos Principes spectantia; in nempe, dejecto Otone IV. Imperatore, Anconitanam Marchiam ab Apostolica Sede acceperunt.

Innocentii III. Papae Literae ad Populos Spoletani Ducatus, ut Aldrovandino Marchioni Estensi & Anconitano auxilium & favorem praebeant, Anno 1214.

Innoctius Episcopus, Servus servorum Dei, universis fidelibus nostris per Ducatum Spoletanum constitutis salutem & Apostolicam benedictionem. Cum dilectus filius Nobilis Vir A. (Aldrovandinus) Marchio Estensis de nostro consilio & mandato Marchiam Anconitanam intravit, ut eam revocet ad Ecclesie Romanae dominium, & teneat pro eadem, Universitatem vestram rogamus, requirimus, & monemus, per Apostolica vobis scripta mandantes, quatinus ob reverentiam Apostolice Sedis & nostram, ad hoc ei consilium, & auxilium taliter impendatis, quod ipsum ad vestra obsequia fortius obligetis, & nos pro servi-

Btio in ipso nobis impenso devotionem vestram commendare merito debeamus.

Datum Rome apud Sanctum Petrum, III. Nonas Maji, Pontificatus nostri Anno Septimodecimo.

✠ Ego Daniel Notarius de Rodigio has Literas Pape, jussu Domini Andree de Maxerata Vicecomitis Rodigii pro Domino Obizone Marchione Estensi exemplari & scripsi, nihil de eis addens vel minuens, quod sensum vel sententiam mutet, nisi forte literam vel punctum in compositione sillabarum, currente Anno Domini Millesimo Ducentesimo Nonagesimo Secundo, Indictione V. die XIV. intrante Aprili.

Ejusdem Innocentii III. Papae Literae ad Potestatem & Populos Anconitanae Marchiae, ut Aldrovandino Marchioni Estensi & Anconitano obtemperant, Anno 1214.

Innoctius Episcopus, Servus servorum Dei, Potestati & Populo Anconitano spiritum consilii sanioris. Cum dilectus filius Nobilis Vir A. Marchio Estensis de nostro consilio & mandato Marchiam Anconitanam intravit, ut eam revocet ad Ecclesiae Romanae dominium, & teneat pro eadem, praesentium vobis auctoritate praecipiendo mandamus, quatenus a sequela Ottonis reprobis, maledicti, & excommunicati, suorumque sau-

Dtorum, penitus discedentes, ac redeuntes ad Romanam Ecclesiam Matrem vestram, eidem Marchioni ob reverentiam Apostolice Sedis & nostram adhaereatis fideliter, & humiliter intendatis de his, quae ad jus Marchionis pertinere noscuntur, plenarie respondentes eidem, a: ita viriliter ei consilium & auxilium impendentes, quod sibi ac nobis cedat ad gloriam & honorem; Nosque qui certam fiduciam obtinemus, quod vos ob reveren-

tiam

tiam nostram humane ac benigne tractabit, devotionem vestram & fidem debeamus merito commendare. Alioquin dilecto filio R. Subdiacono & Capellano nostro, Rectori Massensi, Apostolicae Sedis Legato, nostris damus Literis & man-

damus, ut vos ad id appellatione remota compellat, prout videat expedire.

Datum Romae apud Sanctum Petrum III. Nonas Maji, Pontificatus Nostri Anno Septimodecimo.

Ejusdem Innocentii III. Papae Literae ad Episcopos & Praelatos Marchiae Anconitanae, ut consilium & auxilium praestent Aldrovandino Marchioni Estensi & Anconitano, ad recuperandam eandem Marchiam, Anno 1214.

Innoctentius Episcopus, Servus servorum Dei, venerabilibus Fratribus Episcopis, & dilectis filiis Abbatibus, ac aliis Ecclesiarum Praelatis per Anconitanam Marchiam constitutis, salutem & Apostolicam benedictionem. Cum dilectus filius, Nobilis Vir Al. Marchio Estensis de nostro consilio & mandato Marchiam Anconitanam intravit, ut eam revocet ad Ecclesiae Romanae dominium, & teneat pro eadem: Universitati vestrae praesentium auctoritate praecipiendo mandamus, quatenus viriliter assistentes eidem, & sicuti Marchioni, fideliter intendentes, ita efficaciter ei con-

B silium & auxilium impendatis, quod nobis & sibi merito debeat esse gratum, vestraque fides atque prudentia inde valeat commendari. Vos denique, fratres Episcopi, & filii Abbates, super vobis ipsis ac creditis vobis gregibus taliter vigilare curetis, extirpando vitia & plantando virtutes, ut in novissimo districti examinis die coram tremendo Iudice, qui reddet unicuique secundum opera sua, dignam possitis reddere rationem.

Datum Romae apud Sanctum Petrum X. Kalend. Junii, Pontificatus nostri Anno Septimodecimo.

Ejusdem Innocentii III. Papae Literae ad Populos Marchiae Anconitanae, ut Aldrovandino Marchioni Estensi & Anconitano morigeri sint & obsequentes, Anno 1214.

Innoctentius Episcopus, Servus servorum Dei, universis per Anconitanam Marchiam constitutis spirituum consilii sanioris. Cum reprobus Otto, & principales fautores ipsius, maxime illi, qui nobis super patrimonio Ecclesiae se opponunt, excommunicationis sint vinculo innodati, omnibus à Fidelitate, quam ipsi Ottoni praestiterant, absolutis, ac divinum iudicium jam sit in eundem Ottonem & ipsius complices manifestum: miramur quosdam vestrum adeo esse im-

D providos futurorum, ut adhuc etiam eidem Ottoni & fautoribus ejus, contra Claves Ecclesiae existentibus obcoecatis, non metuant adhaerere. Cum igitur dilectus filius, Nobilis Vir Al. Marchio Estensis de nostro consilio & mandato Marchiam Anconitanam intravit, ut eam revocet ad Ecclesiae Romanae dominium, & teneat pro eadem: Universitati vestrae praesentium auctoritate praecipiendo mandamus, quatenus à sequela dicti Ottonis, suorumque fautorum, penitus

aitus discedentes, ac redeuntes ad Romanam Ecclesiam matrem vestram, eidem Marchioni ob reverentiam Apostolicæ Sedis & nostram adhaereatis fideliter, & humiliter intendatis de his, quæ ad jus Marchionis pertinere noscuntur, plenarie respondentes eidem, ac ita viriliter ei consilium & auxilium impendentes, quod sibi ac nobis cedat ad

A gloriam & honorem, nosque qui certam fiduciam obtinemus, quod idem Marchio vos ob reverentiam nostram humane ac benigne tractabit, devotionem vestram & fidem debeamus meritò commendare.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum X. Kalendas Junii, Pontificatus nostri Anno Septimodecimo.

Ejusdem Innocentii III. Papæ Literæ ad Populum Civitatis Asculanæ, ut Aldrovandino Estensi & Anconitano Marchioni obedientiam præstare amplius non recuset, Anno 1214.

I Innocentius Episcopus, Servus servorum Dei, Potestati & Populo Asculano spiritum consilii sanioris. Cum is, qui superbis resistit, & confringit cornua peccatoribus, ponens terminos mari, quos non transeant fluctus ejus, sed illi redundent in conculcationem & lutum, reprobi Ottonis abominatus ingratitude, & superbiam detestatus, ipsum, qui vos visus fuit avertere a fidelitate & devotione sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ matris vestræ, his & aliis modis reddens nobis pro dilectione odium, offensam pro gratia, & injuriam pro honore, sua virtute prostravit: & nos vobis a juramento, quod ei dicimini præstitisse, tamquam illicito absolutis, dilectum filium Nobilem Virum Al. Anconitanum & Estensem Marchionem de Marchia ipsa investiverimus solemniter per Vexillum; Miramur, nec satis admirari sufficimus, quod vos, nescimus qua ducti prudentia, vel virtute confisi, consucto adhuc baculo innitentes, redire differtis ad dominationem ipsius Ecclesiæ matris vestræ, ac

B Marchioni prædicto Fidelitatis juramenta renititis exhibere, per redeundi difficultatem hujusmodi amplius demerentes, quàm demerueritis etiam recedendo, cum hoc quidem spontanei, illud autem videamini effecisse coacti. Ideoque Universitatem vestram monemus attentius & hortamur, per Apostolica scripta vobis firmiter præcipiendo mandantes, quatenus non dubitantes redire ad viam ab invio, & converti ad dexteram a sinistra, dicto Marchioni, qui vos clementer ac benigne tractabit, Fidelitatis juramenta præstetis ita hilariter & libenter, quod idem ad dilectionem vestram meritò provocetur, & nos non solum præcedentis obliviscamur offensæ, verè etiam ad exhibitionem favoris & gratiæ incitemur.

C Datum Viterbii III. Idus Septembris, Pontificatus nostri Anno Septimodecimo.

D Ad eundem Aldrovandinum spectat & subsequens nobilis Charta, quam è nuper memoratis Historiis Fanestribus MStis hausit praeclaudatus Lucas Antonius Gentilis.

Diploma Aldrovandini Marchionis Estensis & Anconitani, per quod
Populo Civitatis Fani Fortunae pleraque Regalia,
nonnullis retentis, donat, Anno 1214.

IN nomine Sanctae & individuae Tri-
nitatis. Nos Aldrovandinus Dei
& Sedis Apostolicae gratiâ Estensis,
& Marchiae Varneriae Marchio, &
totius Regni Apuliae Regalis Aulae
Vicarius & Legatus, damus, concedi-
mus, & confirmamus nomine nostro, &
Fratris nostri Azzolini, & confirma-
ri faciemus Civitatem Fanensem & e-
jus Comitatum seu Districtum, pure,
plene, libere, & absolute cum omni
jurisdictione, sive dictione, Nobis &
Fratri nostro quoquo jure competente vel
competituro, sine ulla esactione, mole-
statione, vel gravamine, nullaque re-
servatione in Nobis & Fratre nostro fa-
cta, quam habemus, vel habuerimus in
praenominatis locis, & nulla reserva-
tione facta applicationum aliquarum, si-
ve....vel donatorum: sed quodcumque
jus, quod habemus, vel habuerimus in
praenominatis territoriiis, ratione rerum
& personarum ibidem consistentium, to-
tum damus, cedimus, concedimus, &
confirmamus, & res ipsas tradimus vo-
bis Domino Ricardo Episcopo Fanen-
si, Guidutio Leuzari, Joanni Vitalis,
& Guido Causidico, ejusdem Civitatis
Ambaxiatoribus, nomine Communitatis
Fani, Universitatis & singularitatis:
& omne jus, actionem, jurisdictionem,
& dictionem, quod, quamve habemus,
& Nobis quoquo modo competit in Fa-
nensium Civibus, nunc habitatoribus,
& in eâdem Civitate perpetuo manen-
tibus, & in eorum rebus omnibus, teni-
mentis, seu tenutis, ubicumque sint, &
ad praedictos Civis quoquo jure per-
tinere videantur; praenominatis Amba-
xiatoribus nomine Communitatis Fani

Tom. I.

A & Universitatis, damus, concedimus,
cedimus, & confirmamus sine ulla exa-
ctione, molestatione, & gravamine. Et
concedimus specialiter, firme, & remit-
timus quicquid possumus, aut quoquo
modo & jure poterimus dicere, quaere-
re, vel causare Universitati & Com-
munitati Fani, seu singulis Civibus
& subjectis occasione Domus Comitris
Valterii, & aliarum rerum & possessio-
num à supradicto Valterio, vel alio pro-
co, quoquo modo & tempore detempto-
rum. Et sententias, pacta, promissio-
nes, & conventiones initas & existen-
tes inter Fanenses & Forumsempronien-
ses, & eorumdem Forumsempronien-
sium Communitates & subjectos laudamus,
observabimus, & observari faciemus &
confirmari. Et si aliquid alicui de praedi-
ctis dedimus, concessimus, vel donavimus,
revocamus, infirmamus, & infirmari fa-
ciemus, & ad irritum volumus deveniri.
Et promittimus nomine nostro, & Fra-
tris nostri, omnia suprascripta, donec ple-
nam actatem habuerit, observare, & fir-
ma tenere, & postea confirmare, & lau-
dare pleno jure. Et omnia suprascripta
observabimus singulariter singula, & u-
niversaliter universa. Et faciemus, Fra-
trem nostrum Azonem omnia supra-
scripta, donec habuerit viginti quinque
annos, firma tenere, & postea laudare,
& confirmare. De quibus omnibus nul-
lam reservationem in Nos vel Fratrem
nostrum faciemus, omni occasione & ex-
ceptione postposita & remota, praeter Fi-
delitatem, quam Nobis & Fratri no-
stro fideliter & devote secundum jus,
& communem formam Fidelitatis, pro
Ecclesia Romana, ad honorem Beati Pe-
tri,

N n

tri,

tri, & Domini Papae fecistis, & praedictae Civitatis Communitas faciet universa: & centum Libras annuatim pro Censu legalium Ravennatensium Camerae nostrae dicta Civitas persolvat. Parliamentum & Exercitum Nobis per Marchiam tantum nunc, & deinceps in quantitate, secundum qualitatem aliarum Civitatum, ad nostrum servitium permanentium, per eandem Marchiam tantum dicti Fanenses facient. Statuentes, ut quaecumque persona Nobis subiecta contra hanc nostram concessionis paginam venire attemptaverit, vel eam ausu temerario infringere praesumpserit, mille Marchas argenti componat, medietatem Camerae nostrae, & aliam medietatem injuriam passis. Ut autem haec omnia varia & inconcussa permaneant, praesens privilegium per manus Jacobi Notarii scribi, & Sigilli nostri munimine jussimus roborari.

Datum in territorio Auximi, XVI. die exeuntis Maji, Indictione secunda, tempore Innocentii Papae III. Anno Dominicae Incarnationis MCCXIV. praesentibus Domino Jacobo de Fontana, Domino Guidone de Tantisdinariis, Domino Ranerio Joannis Gerardini, Do-

Amino Oddone Ramberti, Domino Apinello Bononiensi, Domino Parcite, Domino Rigitino de Cascentiis, Domino Americo de Cesena, Consiliariis Domini Marchionis, ad haec specialiter rogatis testibus.

Locus ✱ Sigilli.

B Habemus haec illustrem Titulum; quem antea nusquam animadverteram. Videlicet Aldrovandinus appellatur etiam totius Regni Apuliae Regalis Sulae Vicarius & Legatus; quo honore illum Fridericus II. tunc Romanorum & Siciliae Rex insigniverat. Sed & praeter Azonem VI. & Aldrovandinum Marchiones Estenses eidem Marchiae Praefectos, jam ostendi Azonem quoque VII. Marchionem Estensem Investituram de eadem Marchia accepisse ab Honorio III. Papa, Anno MCCXVII. Idem nunc duabus aliis Chartis confirmatum eo, quas ex authenticis membranibus apud se adservatis misit ad me Comes Brandolinus de Brandolinis Foroliviensis, Vir & generis nobilitate & Literarum amore mihi semper commendandus.

Litterae Honorii III. Papae ad Azonem VII. Estensem Marchionem, quibus eidem jura confirmat in Marchiam Anconitanam, Anno 1225.

Honorius Episcopus, Servus servorum Dei, dilecto filio Nobili Viro A. Anconitano & Estensi Marchioni salutem & Apostolicam benedictionem. Benigne recepinus, & diligenter intelleximus litteras, quas super negotio Marchiae Anconitanae tua nobilis discretio destinavit. Noveris igitur, quod nunquam fuit nostri propositi, te Marchiam ipsam privare, cum nec ignoremus illam tibi esse in Feudum ab

E Apostolica Sede concessam, nec ad tuam, vel cujusquam alterius injuriam aspiremus. Verum quia Tisius de Campo Sancti Petri, quem illi praefecerat, Marchianos exactioibus importunis ita gravaverat, quod in odium ejus se nobis & tibi subtraxerant, & Imperii jugo subtraherant colla sua; Nos attendentes puerilem aetatem, in qua tunc temporis eras, & pensantes quantum dispendium fuisset, si hoc diffimularem, tibi & etiam

etiam Apostolicæ Sedi ex dissimulatione hujusmodi evenire, Marchiam multo dispendio & labore recuperavimus antedictam ad Ecclesiæ Romanæ & tuum commodum & honorem. Tu ergo ad nos venire non differas, cum fuerit opportunum, Marchiam ipsam tamquam tuum Feudum libere recepturus.

Datum Tibure Kalendas Maji, Pontificatus nostri Anno Nono.

Ego Daniel Notarius de Rodigio has Litteras Papæ, jussu Domini Andree de Maxerata, & Vicecomite Rodigii pro Domino Obizone Estensi Marchione exemplavi & scripsi, nihil addens vel minuens, quod sensum vel sententiam mutet, nisi forte litteram vel pontum vel sillabam in compositione, Anno Domini 1292. Indictione V. die XIV. intrante Aprili.

Ego Jacobus de Montixiis Judex Communis Ferrariæ, quia superscriptum exemplum vidi, legi, & auscultavi Honorii Papæ, in quo nihil inveni additum vel diminutum, quod sensum vel sententiam mutet, ideo nomen meum sub-

scribo, & auctoritatem meam, qua pro Communi Ferrariæ fungor, interpono & decretum, ut vim & robur obtineat autentici Instrumenti; in 1308. Indictione VI. Ferrariæ die VIII. mensis Junii.

Et ne cui dubitatio subrepat, an idem Azo VII. Estensis Marchio possessionem revera, ac dominationem Anconitanæ Marchiæ tenuerit, hisce accedat altera Charta, quam authenticam, sed laceram, adservat praelaudatus Comes Brandolinus. In ea enim idem Marchio concedit Monaldo Episcopo Forosempronienfi ad aliquot annos Civitatem ipsam Forosempronensem cum suo Comitatu, districtu, ac redditibus. Ughellius in Ital. Sacr. Tom. 2. Monaldum Forosempronensem Episcopum statuit ad Annum Christi MCCXCV. nullum verò ejus Urbis Antistitem agnoscit ad Annum MCCXXXVIII. quo scriptum fuit Instrumentum nunc mihi evulgandum. Quare corrigendus hinc erit Catalogus Praesulum Forosempronienfium.

Concessio Civitatis Forosempronienfis facta Monaldo ejus Urbis Episcopo ab Azone VII. Estensi & Anconitano Marchione, Anno 1228.

IN Dei nomine. Amen. Anno Domini Millesimo Ducentesimo Vigesimo Octavo, Indictione Prima, die XII. exeunte Julio. Nos Azo Dei & Apostolica & Imperiali gratiâ Anconitanus & Estensis Marchio, concedimus & damus tibi praesenti Ugoni de Monte Episcopi Procuratori, & recipienti vice & nomine Domini Monaldi eadem gratiâ Forisimpronienfis Episcopi, videlicet Civitatem, & Episcopatum, seu Comitatum totum & integrum Forisimpronien-

sis cum Civitate, Castris, Terris, Villis, habitatoribus, aloderiis, arimannis & arimanniis, cum omni jure, dominio, honore, & signoria, & districtu, bannis, placitis, coltis, dativis, & fidelis, usantiis, usibus & abusibus, & albergaris, fumantibus, patronantiis, & cum omnibus aliis ad nos & Curiam de jure, seu de usantiis pertinentibus vel competituris in antea. Et haec omnia concedimus & damus & committimus tibi Ugoni Procuratori Domini Episcopi,

ut apparet in quodam publico Instrumento, a me Martino Notario viso & lecto, & a Petro Notario confesso dicti Ita ut praedictus Dominus Episcopus usque ad Kalendas Augusti proximi, & a Kalendis Augusti usque ad tres annos completos teneat, possideat, & exerceat per se & suos Nuntios omnia praedicta & singula, & exigat & percipiat: & quidquid idem Dominus Episcopus per se vel per suos Nuntios habuerit, perceperit, & exegerit, sibi habeat obventionibus & perceptionibus faciat ut sibi placuerit: reservans a dicto Domino Episcopo nobis dandis vel aliis pro nobis, sive concessionem sive concessionem factas per nos vel nostros Nuntios usque & habeat dehinc in antea dictus Dominus Episcopus ordinet & disponat nos in persona nostra favore poteramus usque ad praedictum terminum, & haec omnia quem in eo habemus, & pro multis magnis servitiis & honoribus, quae nobis & nostris Majoribus exhibere confidimus de paternitate & honestate & legalitate sua, quod Civitatem & Comitatum totum tenebis ad nostrum & suum servitium & honorem. Quae omnia praedicta & singula promittimus tibi Ugoni Procuratori praedicti Domini Episcopi rata habere, tenere & ullo modo vel ingenio usque ad praedictum terminum, & praedicta ad praedictum terminum defendere & autorizare promittimus, & poena soluta vel commissa permaneat, ita ut praedicta & damus tibi Ugoni Procuratori

Actum hoc in Castro Nicolai de Forlino Judicis & Cancellarii dicti Domini Marchionis, & Dominorum Guidonis Civis Cremonae, atque Guglielmi de Domini Nicolai a Forlino Judicis & Cancellarii dicti Domini Marchionis in praedictis & in sigillo nostro fecimus roborari.

A Fco Martinus Notarius dicti Domini Marchionis interfui.

B Ego Daniel Notarius de Rodigio hoc Instrumentum ex autentico Vicecomite in Rodigio pro Domino Obizone Marchione Estense exemplavi mutet nisi forte notam vel punctum vel sillabam in compositione sillabarum, currente Anno Domini 1292. Indictione VIII. die XIV. intrante Aprili.

C Ego Jacobus de Montebxiiis, Judex Communis Ferrariae, quia supradictum exemplum vidi, legi, & auscultavi Not. in quo nihil inveni additum vel diminutum, quod sensum vel sententiam mutet, ideo manu mea me subscripsi, & auctoritatem meam, qua pro Communi Ferrariae fungor, interpono, & decretum, ut vim & robur obtineat autentici instrumenti, in Millesimo Trecentesimo Octavo, Indictione VI. Ferrariae, die VIII. mensis Junii.

D Inscribit se Azo VII. Apostolicæ & Imperiali gratiâ Anconitanum & Estensem Marchionem. Decernere non ausim, coactus ne & ipse fuerit, uti Azo VI. ejus parens ab Imperatore accipere investituram Anconitanæ Marchiæ, quam tamen ab Apostolica Sede recognoscebat; an potius Apostolica gratiâ respiciat eandem Marchiam, Imperialis verò Marchionatum Estensem. Is sane alibi se tantummodo Dei & Apostolicæ gratiâ Marchionem Estensem & Anconitanum inscribit, post defectum videlicet Fridericum II. Augustum: quod & praestitere illius posterum Marchiones. Vide etiam praecedentem Dissertationem de Ducibus, in qua Literas praeclaudati Honorii III. Papae protuli, testes investiturae Pontificiae ejusdem Anconitanæ Marchiæ Estensibus datae. Coronidis loco addere nunc mihi liceat aliquid de Orientali Italiae parte, servata diu, uti

uti supra monui, ab Imperatoribus Graecis contra Langobardorum impetum & vires Occidentalium Augustorum. Illic in usu minime fuit *Marchionum* dignitas sive titulus. Qui Praesides ad eam regionem ex Aula Constantinopolitana mittebantur, insigniti plerumque fuere titulo *Protospatarii*, aut *Strategi*, aut *Catapani*, quae nomina à militiâ desumpta idem significavere atque *Capitaneus*, sive *primus Capitaneus*. Proinde sunt qui putant *Capitanei* nomen efformatum fuisse à Graeco *Catapan*, idest *super omne*, quasi Praefectus Provinciae, aut cunctis militibus. Sed verustior est in Italia *Capitanei* appellatio, ac proinde numquam vox nostra *Capitaneus* à Graeco *Catapanus* fluxerit. Quum verò post mortem Caroli Crassii Augusti Anno DCCCLXXXVIII. teterrimis bellorum motibus concussa fuerit Italia, tunc non segnes Orientis Imperatores ad arma convolarunt, factumque est in tanta rerum perturbatione, ut potiozem partem Beneventani Principatus Langobardis eriperent; immo & ipsa Beneventi Civitas Anno DCCCXC. in eorum ditionem concessit. Ejusce expeditionis Dux fuit Symbaticius, sive Sabaticius, à Leone Ostiensi in Chronico. Casin. Lib. I. Cap. 49. appellatus *Imperialis Protospatarius, & Stratego Macedoniae, Thraciae, Cephaloniae, atque Langobardiae*. Nomine autem *Langobardiae*, uti non semel significavi, designabatur ea regio, quam debellatis Langobardis Bene-

ventanis, recepere Graeci, & praecipue Apulia. Successorem Anno DCCCXCII. accepit Symbaticius *Georgium*, ab Ostiensi itidem memoratum, & ab Anonymo Salernitano apud Peregriniam part. I. Histor. Langobard. Atque is eodem Anno Majoni Abbati Sancti Vincentii ad Vulturum confirmavit tria Monasteria in Beneventana regione sita. Diploma, sive *Entilma*, uti illic nuncupatur Graeco vocabulo, habes in Chronico ejusdem Monasterii, ibique appellatur *Georgius Patritius, Protospatarius, & Strategus*. Si plura Lector cupit de *Marcha Teatina*, nunc Aprutii parte in Regno Neapolitano, & de *Marcha Tridentina*, Provinciae Venetae contermina, ac de aliis posteriorum Saeculorum Marchis, adeat Dissertationem nuper laudatam doctissimi Beretti. Narrationem claudat monumentum ineditum adhuc ad *Gregorium Protospatarium Imperialem & Catapanum Italiae* spectans, qui ultra centum ab illinc annos floruit. Debeo illud Clarissimo quondam Viro D. Benedetto Bacchinio, qui ex Archivo nobilissimi Coenobii Casinensis descripserat, & mihi fuit impertitus. Junctus simul in membrana legebatur textus Graecus, & Latina versio. Postremam tantummodo Lector accipiat; neque enim Graeci characteres descripti, uti erant in autographo, cum compendiis non paucis, suum sensum satis mihi prodidere.

Confirmatio jurium sacri Monasterii Casinensis in diversis Apuliae
Urbibus, facta à Gregorio Protospathario & Catapano
Italiae, Anno 1000.

Secundum Februarii mensis, currente
Tertiadecima Indictione, Anni Sex
Milia Quingentos Octo. Compellationem
fecit nobis Maurus Monachus ex Mona-
sterio Sancti Benedicti de Monte Casi-
nensi juxta Cappuanam Urbem, dicen-
dum, ut a plures homines & Civitates,
quae sunt pertinentiis Italiae pro dicto
Monasterio hereditates habet, & per ve-
teres annos dominavit in supradictus Mo-
nasterius, & modo tenet illas plures ho-
mines injuste & per vim. Unde & per
singulos quosque Cartulam nobis monstra-
vit. Quam & direxit de presentium no-
stris Petrum Romes Curtis dignitati no-
stre in Civitate Lisina, ut a Porta in
Civitatis a foras ubicumque dominium
habuit in dicto exemplo Sancti Benedi-
cti, cum quanto dominio illuc habet, &
de intus ipsa Civitate Casa diruta, idest
& vineas desertas, & terras & bona,
& in flumine, qui nominatur Lauria-
pra, piscara, quae ibi abuit, & alia
piscara, quae nominatur Sancti Benedi-
cti. Et in pertinentiis de Civitate As-
sculo in Villam, quae cognominatur Lan-
niano, clausurie, territorie, putea. Et
in locum, qui dicitur Malefoma, clau-
surie, territorie, & putea. Et in locum,
qui dicitur Sancto Joanne, clausurie &
territorie. Et in locum, qui dicitur San-
cto Laurentio, territorie. Et intus ipsa
Civitate Asculo Casa solariata, que an-
te hos annos donata per manus S....
filio Rotardi, in ipsa presato Monaste-
rio pro redemptionis anime sue. Simili-
ter & in Civitate Canusia in ipsa Ci-
vitate, que veterem videtur esse, juxta
Ecclesiam beate Eufimie Martyris, Tem-
plum beati Benedicti, & Molinum de

A aqua, & territorie. Et in pertinentium
de Civitate Minervine in Pelunele, ubi
est Ecclesia Sancti Salvatoris in territo-
rie. Et in Civitate Tranensis, & in
Villa, que est de Civitate ipsa, que co-
gnominatur Andre, vineae sunt desertae
& olivae, & aliae biginti septem; &
in ipso Rivo, qui vocatur de ipso Mo-
nacho, territorie. Propterea hec omnia
sub..... nos perquirentes, & per le-
gem invenimus, quod antiqua essent do-
minatio presati Monasterii, & pro in-
naquaque dominatione,..... loco tende-
bat, & ut dixi, quod ipsas res posside-
bant, per vim ipsas tenebant. Proinde
astulimus ab ipsis, & tradidimus ipsas
ad ipso presato Monasterio, ut domino...
& omnia sicut ab antiquitus dominavit,
& secundum textum ipsius Cartulae. Ex
pro securitate & veritate textus Cartulae
hujus a me Gregori Imperiali Proto-
spathario & Katepano Italiae.... tra
Chamosi hunc nostrum emisimus Judica-
tum bullante, seu cum Bulla nostra plum-
bea, quam manibus nostris nos subscripsi-
mus, & sustinere illam fecimus per ho-
pus Sancti Monasterii in Latinum, mense
& Indictione supranominatis.

D Ex hoc etiam monumento ferme
edificimus, quousque suam ditionem
in Apulia protenderint olim Graeci,
frustra obsistentibus Principibus Be-
neventanis, & frustra deinde expo-
stulantibus Imperatoribus Latinis.
Culmen istud potentiae accrevit eis,
praesertim imperantibus Ottonibus Au-
gustis Primo, & Secundo; ibique
E victores & domini constiterunt Graeci,
donec Henricus inter Romanos Im-
peratores Primus, ac subinde Nor-
man-

manni feliciorē audacia eos ab uni-
 versa regione, quae Regnum Neapo-
 litanum nunc constituit, abire coëge-
 runt. Vocabulo *Italiae* significabant ii
 idem, quod *Langobardiae* nomen supra
 memoratum, sive Apuliam, & quid-
 quid in iis partibus ipsorum imperio
 accesserat. Pendebat adhuc, ut hoc et-
 iam moneam, ex isto Diplomate bul-
 la plumbea, in qua haec epigraphē:
 ΤΡΗΓΟΡΗ..... ΘΗΚΑ.....
 ΑΝΩΙ ΙΤΑΛΙΑΚ..... Ο
 ΡΟΜΑΝΙ..... ΗΚ.

Quae verò forent olim Marchio-
 num jura in Marchiis à se rectis,
 quisnam nobis edisserat in tanta mo-
 numentorum veterum penuria? Suum
 Fiscum sive Cameram fuisse etiam
 Marchionibus praeter Fiscum Regium.
 fortassis elucebit infra ex iis, quae
 afferam in Dissertat. XVII. de *Fisco*.
 Quaedam etiam tributa, vectigalia,
 & annua dona eis destinata fuisse,
 mihi persuadeo. Civitates Italiae po-
 stea, ad libertatem anhelantes, eju-
 smodi jura aut per vim sibi afferue-
 runt, aut pecuniâ Augustis, ipsive
 Marchionibus oblatâ, in suam tran-
 sultulere ditionem. Ptolomaeus Lucen-
 sis in Annalibus ad Annum Christi
 MCLXVI. haec habet: *Dominus Guel-*
fus Dux Spoletanus, Marchio Tusciae,
Princeps Sardiniae, & Dominus Domus
Comitissae Mathildis, concessit Lucensi
Communi per privilegium omnem juri-
sditionem ad jus Marchiae pertinen-
tem, & ad Domum Comitissae praedi-
ctae, intra sex milliaria Lucensis Com-
munis. Ita Henricus inter Augustos
Quintus Anno MCXCI. uti habe-
tur in Annalib. Genuens. Tomo VI.
pag. 364. Rer. Italicar. confirmavit
Genuensibus veteres Consuetudines &

Privilegia, & Marchiam in Comitatu &c.
 hoc est jus, quod habebant olim Mar-
 chiones in Comitatu Genuae. Ad
 Annum quoque MCLXXXV. ibi le-
 gitur perfoluta *medietas totius debiti,*
quod Commune solvere tenebatur, pro
quo Marchae, & introitus Communis
erant creditoribus pignore obligati: idest
 reditus olim spectantes ad Marchio-
 nem, & longe antea in Rempubli-
 cam Genuensem translati. Quod de-
 nique repetitum volo, uti *Comitatus*
 olim scindi coepti fuere in plures
 portiones, quibus etiam *Comitatus* no-
 men relictum fuit: ita & *Marchiae*
 divisionem sunt passae, praecipue in
 Subalpinis regionibus ad Occidentem.
 Propterea in veterum monumentis
 celebris evasit *Marchia Montisferrati,*
Marchia Eboresae seu Eporodiae, nunc
Inveza, ac deinde eruperunt *Marchio-*
nes Bojschi, Segusii, Salutii, Cevae,
Cravesanae, Carretti &c. Marchiones
Essenses, Malaspinas, & Pelavicini.
Marchiam quoque Savonae memora-
 tam vide in Diplomate Henrici I.
 Augusti Anno Christi MXIV. Tom.
 4. Ital. Sacr. in Episcop. Savonen-
 sibus. Hisce omnibus antiquior fuit
Marchia Tridenti. Sed quoniam facta
 mihi mentio est *Marchiae Montisfer-*
rati, quam egregii & celebratissimi
 Principes illustrarunt, quemadmodum
 constat ex Historia Benevenuti à San-
 cto Georgio, & ex aliis Historiis à
 me editis in Collectione Rerum Ita-
 licarum: addere juvat Chartam *Bo-*
nifacii III. Marchionis Montisferrati,
 qui famam suam per Orientem dila-
 tavit. Et istam debeo supra laudato
 Praefidi Senatus Taurinensis, scilicet
 Comiti Ludovico Caisotto bona-
 rum Literarum eximio promotori.

Bonifacius Marchio Montisferrati confirmat dona Monasterio de
 Lucedio facta à Guilliermo Marchione Patre, & Rainerio
 Marchione Avo, Anno Ch. 1183.

IN nomine Sanctae & individuae Tri-
 nitatis. Anno ab Incarnatione Domi-
 ni Millefimo Centesimo Octuagesimo Ter-
 tio, aie XXVI. Novembris, Inaictione
 Primâ. Praesentiâ illorum hominum, quo-
 rum nomina subter leguntur, cum Carta,
 quam sua manu tenebat Dominus Bo-
 nifacius Marchio Montisferrati Inve-
 stituram datum atque confirmatum in ma-
 nibus Fratris Jacobi & Fratris Vercel-
 lini de Carbono, Monachorum & Pro-
 curatorum Ecclesiae & Monasterii San-
 ctæ Mariae de Locedio, ad partem
 & utilitatem ejusdem Ecclesiae Sanctæ
 Mariae fecit nominative de omnibus ter-
 ris & rebus, quae praedicta Ecclesia ha-
 bere, tenere, & possidere videtur, tam
 dato ipsius Domini Bonifacii Marchionis,
 quàm dato Domini Guilliermi sui ge-
 nitoris, & Domini Raineri avi sui,
 & omnium praedecessorum suorum, &
 aliorum hominum in Locedio, in Mon-
 tarolio, Rippamezana, in Pobleto, in
 Moncalvo, & in Montegaglano, atque
 in omnibus aliis locis infra hoc Italicum
 Regnum in integrum: in Locedio ipsam
 terram, in quam aedificata est ipsa Ec-
 clesia & Monasterium praedictum, cum
 suis arvis & cassiamentis, cum terris cul-
 tis & incultis, gerbis, boschis, silvis,
 & cum omnibus aliis juribus, pertinen-
 tiis, & appendiciis: de Montarolio, ip-
 sum locum, & totam Curtem Montaroli,
 quae est juris nostri, cum omnibus suis
 pertinentiis & juribus: in Rippameza-
 na & Pobleto, ipsa loca Rippamezanae
 & Pobleto, cum omnibus juribus & per-
 tinentiis: Montemgaglani cum suis juri-
 bus & pertinentiis usque in flumine Pa-
 di, & piscarias, sicut tenet Mons ille,

A & bruidam de Macasco, cum prato de
 Sparovaria de subtus. Montemgaglani ver-
 sùs Pontem Sturiae circa Padum: in
 Montecalvo totum hoc, quod tenebat A-
 relbertus & Ubertus de Spinarolio, &
 hoc totum, quod tenebat Petrus de Bru-
 na, & etiam brajam nostram super posse
 Pobleto, quae est retro plantatum Mo-
 nacorum, ubi dicitur ad Gramegnam,
 & est per mensuram modium decem &
 novem, staria sex, & tabulae sex. Co-
 haeret ab una parte Jacobus Crivella,
 ab aliis partibus praedicta Ecclesia Lo-
 cedio. Insuper damus & concedimus ei-
 dem Monasterio & Fratribus ejusdem
 Monasterii per totam Terram nostram pa-
 scuis porcorum, & pascua nostra pro u-
 su omnium animalium ipsorum; & por-
 tus aquarum per totum nostrum territo-
 rium. Insuper ob reverentiam & devo-
 tionem beatissimae Virginis Mariae, &
 pro remissione peccatorum nostrorum &
 nostrorum praedecessorum, beneficia praedictorum
 nostrorum praedecessorum augere
 volentes, nos Bonifacius Marchio Mon-
 tisferrati, prius habita plena & matura
 deliberatione, participatoque consilio cum
 Proceribus & Consiliariis nostrae Curiae,
 ex nostra certa scientia, & de speciali
 nostra gratia ac auctoritate constituimus
 & decernimus & volumus, Abbatem,
 Monacos, Conversos, Devotos ipsius Mo-
 nasterii Locedio, qui nunc sunt, & Suc-
 cessores eorum, ac Colonos, & Massarios,
 qui nunc possessiones praedicti Monasterii
 colunt, vel impofterum coluerint & ip-
 sum Monasterium, locaque praedicta, &
E omnia alia loca Monasterii praedicti,
 cum omnibus eorum pertinentiis & ju-
 ribus, quoquomodo ad praedictum Mona-
 stium

sterium & ipsius loca spectantibus, immune, & exemptum, ac immunita & exempta; ac superscriptum Abbatem cum superscriptis religiosi Monachis, Conversis, Devotis, Familiaribus, Colonis, Massariis, & eorum successoribus immunes & exemptos à quibuscumque honoribus & gravaminibus per nos & Officiales nostros ac nostros Successores eidem Monasterio, ac personis praedicti Monasterii imposterum imponendis. Hanc autem Investituram, Donationem, & Confirmationem firmam & liberam esse volumus cum illo toto honore, districtu, & placito, ac jurisdictione, quam nos & Praedecessores nostri usi & visi sumus habere, frui, tenere, & gaudere, sine aliqua dominatione illius Monasterii, nisi ad beneficiendum, & ab omnibus hominibus custodiendum. Et faciat praedicta Ecclesia exinde cum servitoribus suis & eorum successoribus, quidquid facere voluerint ad proficuum ipsius Monasterii & Ecclesiae, sine nostra, nostro-umque heredum & successorum contradictione. Insuper donamus & offerimus Curadum, & Pedagogium superscriptae Ecclesiae & Monasterio per totam Terram nostram. Superscriptam autem Investituram, Donationem, atque Confirmationem fecit superscriptus Dominus Bonifacius Marchio per se, & suos heredes superscriptis Fratribus & Procuratoribus, vice & nomine Abbatis, Capituli, & totius Conventus superscripti Monasterii de Locedio, & successoribus eorum, ut ipsi Abbas, Monachi, & Conversi Monasterii praedicti, & successores eorum perpetuis temporibus teneantur rogare Deum pro anima ipsius Domini Marchionis & praedecessorum suo-

rum, & pro statu suo, & successorum ejusdem. Promittensque superscriptus Dominus Bonifacius Marchio praedictis Fratribus & Procuratoribus praedictae Ecclesiae & Monasterii Locedio, superscriptam investituram donationis atque confirmationis in animam suam semper firmam habere & tenere, & ab omni persona deffensare. Insuper ipse Dominus Bonifacius Marchio adjunxit, ut si sui filii, vel & filii filiorum suorum, & eorum heredum & successorum, omnia superscripta, quae superius leguntur, in aliquo tempore removere praesumpserint, in perpetuum suam habeant maledictionem.

Intersuerunt testes Dominus Antonius de Tilio, Dominus Henricus de Ghisambertis, Dominus Laurentius Plebanus, Manfredus de Cerevero, Guilielmus de Sala, Petrus de Germinaco, Ruffinus de Valentia, & plures alii.

Actum in Castro Montiscalvi feliciter.

Et ego Antonius Carolus, sacri Palatii Notarius, hanc Chartam rogatus tradidi & scripsi.

Nuper etiam mentionem feci Marchiae Segusinae, cui praefuisse supra vidimus Adelaidem Comitissam, sive Marchionissam celebrem, ejusque patrem Odelricum Maginsfredum, sive Magnisfredum Marchionem. Argumento huic congruit Charta eximia, de qua multus mihi sermo fuit in Par. I. Antiquit. Esten. ubi ostendi, Bertham ejusdem Maginsfredi Conjugem, atque Adelaidis nuper memoratae Matrem, ex Marchionum Estensium Familiâ prodiisse. Istam quoque accepi ab Excellentiss. Comite Caissotto nuper laudato.

Fundatio Monasterii Segusini Sancti Iusti, facta ab Alrico Episcopo Astensi, ejusque fratre Odelrico Magnifredo Marchione Segusiae, & Bertâ ejusdem Magnifredi uxore, Anno 1029.

IN nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Nos Alricus gratiâ Dei sanctae Astensis Ecclesiae Episcopus, & Odelricus, qui & Magnifredus, annuente Deo Marchio germanus, & filii bone memorie itemque Magnifredi similiter Marchionis, & Berta Christi misericordiâ Comitissa, jugales, filia quondam Autberti itemque Marchionis: qui professi sumus Lege vivere Salica; ipso namque jugale meo mihi consentiente, & subter confirmante, praesentibus praesentes dicere volumus, quomodo per Testamentum nostrum jure quasdam res nostras ordinare desideramus. Unde omnipotentem Deum, cui omnia visibilia & invisibilia sunt subiecta de hisdem rebus haeredem nostrum constituimus, & pro ejus amore atque timore Monasterium construere volumus, ubi Congregatio Monachorum perpetualiter existat, quae diu noctuque tam pro nobis, & Genitoribus seu Genitricibus, atque filiis, filiabusque nostris, quorum supra jugalium, sive Ardoini Avi nostri, atque Adelberti Marchionis, cujus supra Bertae Comitissae Fratris, filiorumque suis, nec non Oddonis, Athonis, Ugonis, Widonis fratrum nostrorum; item Ardoini, & item Oddoni, patruorum nostrorum, seu item Ardoini nostri consobrini, quam pro aviabus, avunculis, amitis, materteris, & pro omnibus caeteris propinquiore nostris utriusque sexus, seu pro omnibus fidelibus vivis atque defunctis, effundant preces ad eundem Creatorem nostrum, ut ipse propter suam clementiam nostra deleat scelera, & in bonis operibus nos perseverare faciat, & ad vitam aeternam cum Sanctis suis participes nos faciat. Sci-

amus veraciter Christum & Ecclesiam u-

Anam esse personam, quae Ecclesiae sunt Christi, quaecumque Ecclesiae offeruntur, proculdubio Christo offeruntur. Et in sanctis Scripturis insertum est, iuxta Auctoris vocem: Quisquis ad Deum, vel in Sanctis suis, ex suis aliquid contulerit rebus, in hoc Saeculo centuplum accipiet, insuper, quod melius est, vitam possidebit aeternam. Et ideo notum omnibus sit, quia habemus & detinemus ad nostram proprietatem petiam unam de terra intra Segusiensem Civitatem positam, ubi Basilica una in honore Domini nostri Jesu Christi, & Sanctae Trinitatis, Sanctaeque Mariae Virginis, seu Sancti Michaëlis Archangelis, seu Sanctorum Petri & Pauli Apostolorum Principis, etiam Sanctorum Joannis Baptistae, & item Joannis Evangelistae, atque Sancti Iusti Christi Martyris, ubi ejus sanctum quiescit Corpus, nec non & omnium Sanctorum est constructa: quae est per mensuram justam jugeras duo, cui cohaeret ab Aquilone & Occidente murus ipsius Civitatis. Et in ea Basilica volumus & judicamus, ut nunc & in perpetuum permaneat Congregatio Monachorum, qui secundum Regulam sancti Benedicti divina subministrantes officia, vitam feliciter ducant beatam; & ad ipsam Congregationem doctrinandum, jam electum & consecratum habemus Abbatem quemdam Monachum, & Deo devotum, Christi misericordia dignum, & ejusdem Regulae doctum, nomine Dominicum, qui ab infantia ejusdem doctrinae vitam consequens, bene videtur esse doctus & nutritus. Et per hoc nostrum Testamentum confirmamus, judicamus, atque concedimus eidem Monasterio de nostra proprietate ad usum & sumptum Monachorum ejusdem

eiusdem Monasterii, cum ipsa petia de terra, quae superius denominata est, ubi jam dicta Basilica est dedicata, tertiam partem ejusdem Civitatis Segusiae, sive de ejus territorio, excepto de Castro, quod infra eandem Civitatem est positum, seu tertiam partem de tota Valle Segusiae, quae juris est nostri, tam in montibus quam in planiciebus, sicut detinent montes, qui vocati sunt Genevi, & Cinisi, usque in territorium & finem de Villa, quae vocatur Vaga. In locis & fundis Sexana, Ulci, Bardonesca, Sala Bertani exitio, Capud Montis Galionis, Medianae, Matingo, Foresto, Bozoleto, Sancto Georgio, Canusio, Brusolo, Burbono, Villare Fulcardi, & in Sancta Agatha: cum Cassis, Capellis, univrsisque rebus, eisdem locis & territoriis pertinentibus. Seu etiam concedimus atque donamus Cortes duas integras, sive earum pertinentias, quae Almei & Rubiana sunt vocatas, item juris nostri. Insuper etiam Cortem aliam, & ejus pertinentia, quae Vigodone est nuncupata; atque medietatem de Corte altera, & de ejus pertinentiis, quae Volveria est appellata, similiter juris nostri: omnia, quae superius habemus denominata, sicut continentur in sediminibus & in vineis, cum arvis suarum, terris arabilibus, Capellis, pratis, gerbis, pascuis, silvis majoribus ac minoribus, cum arvis suarum, moleninis, piscationibus, alpibus, ripis, rupinis, ac paludibus, cultis & incultis, divisis & indivisis, una cum accessionibus, seu finibus, terminibus, & usibus aquarum, aquarumque decursibus. Et est ipsa res super totum per mensuram justam jugera quindecim milia, & si parum vel maximum hisdem partibus pertinentibus inventum fuerit, quam ut supra mensura legitur, in usum & sumptum praedicti Monachi ejusdem Monasterii ordinati sit concessum, & per hoc Testamentum in eo modo, sicut hic sub-

A ter fuerit affirmatum, Deo offerimus, ut sequente eo habeant Monachi ejusdem Monasterii ad eorum usum & sumptum, & firmiter possideant; & Pars ejusdem Monasterii, quidquid voluerit, faciat.

Ideo judicamus, & firmiter jubemus, ut nullo modo maneat ipsum Monasterium in regimine ullius Episcopi, vel alterius Monasterii, nec ullarum personarum, aut per donum Imperatoris, vel Regis, nec ullius personae, sed semper sit in Dei omnipotentis potestatem, quem de eodem facimus heredem, & jam dictae Sanctae Trinitatis, Sanctaeque Virginis Mariae, sive Sancti Michaelis Archangeli, seu Sanctorum Petri & Pauli Apostolorum Principis, atque Sanctorum Johannis Baptistae, & item Johannis Evangelistae, nec non & Sancti Justi Martiris Christi, sive omnium Sanctorum, & sequentibus eis, sit ordinatum, sicut hic subter fuerit declaratum, idest, ut quandiu omnis, vel unus ex nobis in hoc Saeculo fuerit vita, sit in nostra, sequente Deo & praefatis Sanctis ejus, regimina. Post vero omnium nostrorum decessum, si filius masculinus ex nostro conjugio eorum supra jugales fuerit relictus, sit manente nato gratis dandum ipsum ordinamentum, hoc est Abbatem constituendum, & post priorem in secundo, & post secundum in tertio, & sic unus post alterum recipiat ipsum ordinamentum. Si vero defuerint filii masculini; & nepotes, vel pronepotes similiter masculini relictii fuerint ex nostro eorum supra jugalium conjugio, sicut de filiis statutum habemus, ita & hisdem usque in quintum geniculum ordinamus, ut semper qui major fuerit ex natione, habeat ipsam ordinationem. Quod si defuerint filii masculini, sive nepotes & pronepotes ejusdem sexus, tunc judicamus, ut veniat & sit in filiarum nostrarum eorum supra jugalium, & in liberos masculini earum potestate dando praesatum ordinamentum, non ad omnes aequaliter; semper

per qui vel quae fuerit major ex natione, habeat ipsam ordinationem. Postquam autem filii, & filiae, seu liberi eorundem jugalium defuerint, tunc judicamus, & per hoc nostrum testamentum confirmamus, ut quandocumque contigerit, ut Abbas ejusdem Monasterii obierit, & alium constituendi necessitas fuerit, ut per electionem Monachorum ejusdem Monasterii fiat electus Abbas de eadem Congregatione, non aliunde venturus, nec electus sit, sed ille, quem à majore & meliore parte eorum Monachorum fuerit electus, Abbas fiat. Et ita constitutum à nobis sit, ut unus ex Monachis ejusdem Monasterii per consensum majoris partis & melioris caeterorum Monachorum ejusdem Monasterii ponat Baculum super idem Altare ipsius Basilicae principale; qui electus est, illud accipiat, & secundum Privilegium summi Pontificis, qui est Papa Romanus, sicut jam supra nominatum est, & juxta voluntatem & ordinationem nostram vadat se consecrari à quocumque voluerit Episcopo. Et sic de omnibus Abbatibus, qui in eodem Monasterio ab hinc in antea fuerint ordinati, ita intelligendum est.

Et ita, ut supradictum est, per cultrum, fistulam nodatam, vranonem, & per vrasonem terrae, atque per ramum arboris, ad eundem Deum, & ad praefatos Sanctos ejus, legitimam facimus traditionem, & Investituram, & nos exinde foris, sicut superius legitur, & subter affirmatur, expulimus, vvarpivimus, facientes Monachi ejusdem Monasterii ordinati ad suorum huiusmodi & sumptum quidquid voluerint, tam pro animae nostrae, nostrorumque genitoribus & genitricibus, filiis, filiabusque nostris eorum supra jugalium, sive Ardoini Avi nostri, atque Adelberti Marchionis cujus supra Bertae Comitissae fratris, filiorumque suorum, nec non Oddonis, Attonis, Ugonis, VVidonis fratrum nostrorum, item Ardoyni

ni, & item Oddoni patris nostris; seu etiam Ardoini nostri Consuprini, quam pro aviabus, avunculis, amitis, materteris, & pro omnibus ceteris propinquioribus nostris utriusque sexus, sive pro omnibus fidelibus defunctis, ut supra dictum est, mercede. Ideo si contigerit, ut quaelibet persona, magna, parvaque hanc nostram voluntatem & ordinationem, quae superius dicta est, quod non optamus, nec cupimus, sed neque speramus, execrabili cupiditate ductus, res praefatas totas, vel quamcumque partem, sicut a nobis, auctore Domino nostro Jesu Christo, ad illius honorem, & ejus pauperum consolationem ordinatae sunt, aliorum distrahere, immutare, commutare, seu quolibet obtentu voluntatem & jam dictam nostram ordinationem violare praesumerit, continuo coadunatis Monachis ejusdem Monasterii, eligantur ex se ipsis unus vel duo, qui nuncient pro aliis ex Dei parte, & Sanctae Mariae, seu Sancti Archangeli Michaelis, Sanctorumque Petri & Pauli Principis Apostolorum, & Sanctorum Johannis Baptistae, & item Johannis Evangelistae, atque Sancti Justi, illi personae, qui hoc perpetraverit, ut dimittat, concedatque implere ipsam ordinationem, quae superius est nominata. Si vero post primam & secundam, seu etiam tertiam ammonitionem assentire noluerit, & incorrigibilis contumaciae spiritum non deposuerit, fiat de eo, sicut noscitur decantatum: quia persecutus est hominem inopem & mendicum, & compunctum corde mortificare, & non est recordatus facere misericordiam, & dilexit maledictionem, & veniet ei, & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo: totumque ei, quod in persona Judae traditoris Christi & malignorum Ecclesiae decantare solet, per singulas ei decantetur Ecclesiae, quia Deus dixit: Quandiu fecistis uni ex minimis meis, mihi fecistis, & quando


diu his non fecistis, nec mihi fecistis. Et ideo quod probatur in capita, in membris intelligendum esse non dubitatur. & fiant dies ejus pauci, & honorem ejus accipiat alter. Et insuper veniat ipsum Monasterium cum omni sua pertinentia in potestate de propinquiore nostris, qui tunc temporis apparuerint, non in proprietate, sed in gubernatione & defensione. Et tamdiu in eorum maneat potestate, quamdiu illa persona, qui hoc perpetraverit, volente, nolenteque nostram ordinationem, quae superius dicta est, implere dimittat. Et de hiis omnibus, quae superius leguntur, implendi te, Deus omnipotens, Creator omnium, constituimus in hoc Testamento haereditem esse nostrum.


Jam dictus vero Dominicus Abbas sit nobis in hoc Testamento fidei generalis Commissarius. Tibi vero, sanctissima Ecclesia, eas res, quae supra dictae sunt, ad usum & sumptum tuorum Monachorum, servientiumque eis, in eo modo, ut supra declaratum est, damus atque delegamus. Et pro eo quod ea, quae ventura sunt, videre nequimus, in quantum possumus, obligationem facimus. Si quis vero, quod futurum esse non credimus, si nos, quod absit, aut ullus de haereditibus, ac probaereditibus nostris, seu quilibet opposita persona contra hoc Testamentum ire quandoque tentaverimus, aut illud per quocumque ingenium infringere quaesierimus, tunc inferamus ad illam partem, contra quem exinde litem intulerimus multa, quae est pena auro obtinuo uncias centum, argenti pondera ducentum. Insuper res ipsas in duplum parti ejusdem Monasterii, sicut pro tempore fuerint melioratae, aut valuerint sub extimatione in consimilibus locis, & quod repetierimus, vindicare non valeamus, sed praesens hoc Testamentum diuturnis temporibus firmum stabilitumque permaneat, atque persistat inconcussum cum stipulatione subnixum. Et ideo ego, qui supra, Alrico Episcopo honore Sacerdotii

A habeo, & Legem Romanam nunc vice re videor, quamvis ex natione, ut supra, Salichus sum, nec mihi liceat ullo tempore nolle, quod volui, sed quod a me senel factum, vel conscriptum est, inviolabiliter conservare promitto cum stipulatione subnixum, & bergamena cum tramontario de terra elevarimus, Borenzoni Notario & Judici Sacri Palatii ad scribendum tradidimus, & id fieri rogavimus, in qua subter confirmantes, testibus obtulimus roborandum. Unde duo Testamentum uno tenore scripta sunt.

Anno Imperii Domini Conradii, Deo propitio, Tertio, IX. die mensis Julii, Indictione duodecima.

Actum Taurinensem Civitatem feliciter.

C  Alricus gratia Dei Episcopus in hoc Testamento a se facto subscripsit.

 Hoc est signum Domini Magnifredi Marchionis, qui hoc Testamentum pro anima sua, suorumque parentum, atque pro omnibus fidelibus defunctis fieri rogavit, & inde Deum omnipotentem haereditem instituit, ut supra.

Signum M. manu jam dictae Bertae Comitissae, quae cum eundem virum suum, eumque consentiente, hoc Testamentum fieri rogavit, ut supra.

Signum M. M. manibus Johanni, & Odelrici, ambo Lege viventes Romana, testes.

Signum M. M. manibus Witberti Comiti, & Hudoni, Lege viventes Salicha, testes.

Signum M. M. M. manibus Belegini, & Alberti, seu Atoni, testes.

Ego qui supra Borenzo Notarius, & Judex sacri Palatii Scriptor, hoc Testamentum post traditum complendi & dedi.

Dona isti Monasterio collata a piissimis hisce Principibus, inter quae animadvertas velim tertiam partem Civitatis

vitatis Segusiae, & tertiam partem Val-
lis Segusinae, confirmata subinde fue-
re a Conrado I. Imperatore, uti fi-
dem faciet subsequens Diploma, a

A praestantissimo Comite Caiffotto ad
me missum, in quo rem raram per-
pende, videlicet auri purissimi libras
centum Talenta majora.

Conradi Primi Augusti Diploma, per quod Monasterio Segusino S.
Justi bona collata ab Alrico Episcopo, & Maginfredo Marchio-
ne, confirmantur Anno Ch. 1038. hoc est secundum
vulgarem nostram Aeram Anno Ch. 1037.


IN nomine Sanctae, & individuae Tri-
nitatis: Conradus Romanorum Im-
perator Augustus divina favente mise-
ricordia. Si Divino intrinsecus tacti spi-
ramine almae sanctae matri Ecclesiae,
Christoque digne servientes, mundialis
hujus temporis auxilia praebentes, nostrae
Romanae Reipublicae ad profectum, at-
que ad augmentum utriusque vitae, non
exiguum fore minime ambigimus: & si
piis nostrorum fidelium precibus Caesareas
aures clementer inclinamus, fideliores at-
que ad publicum nec non privatum ob-
sequium promptiores eos obnixi credimus.
Quapropter cunctorum castae matris Ec-
clesiae fidelium devotio animadvertat, qua-
liter nostra Imperialis Majestas interven-
tu Domini Popponis Archipraefulis,
nec non Bertae Comitissae, virtutum
moribus excolitae, dignis petitionibus ta-
cta concedimus, atque per hanc nostri
Praecepti paginam corroborantes omnia
praedia, cunctasque res illas, quas o-
lim Alricus venerabilis Episcopus, at-
que Mainfredus Marchio eximius, nec
non Berta illustris Comitissa obtulit
sanctae Ecclesiae apud Segusiam, ad
honorem Sanctae & individuae Trinita-
tis, atque sub nomine Matris & Vir-
ginis, Petrique Apostolorum Principis,
& Pauli, omniumque Sanctorum dedi-
catae, ubi conditum est sanctissimi Justi
Martyris Corpus, atque Sancti Mauri,
ob remedium suarum animarum, omnium-
que Christianorum, ad usum & sum-
ptuum Congregationis ejus Monasterii,

B quam praesentialiter regit atque guber-
nat Domnus Bertramus mirae devotio-
nis Abbas. Censemus ergo, atque per
hanc nostri Praecepti paginam corrobo-
rantes jubemus, ut praedictus Abbas,
suique successores, cunctaque Congregatio,
secundum Regulam Beati Benedicti in
eodem Monasterio degens, omnia praed-
ia a supradictis Episcopo, Marchione
C & comitissa Deo & Sanctis suis colla-
ta, habeat, teneat, summiterque possi-
deat, & secundum quod ei recte & ju-
ste visum fuerit, ordinent atque dispo-
nant, eo videlicet ordine, quo praefati
Alricus Episcopus, & Maginfredus Mar-
chio, seu Berta Comitissa pro suarum
animarum, omniumque Christianorum re-
medio, disponere decreverunt, nostrae,
D nostrorumque Successorum contradictione &
molestia procul penitus remota: scilicet
tertia parte ejusdem Civitatis Segusiae,
seu ejus Territorii, excepto Castro, quod
infra ipsam Civitatem positum est; seu
tertia parte de tota Valle Segusiae tam
in montibus quam in planiciebus, sicut
detinent Montes, qui vocati sunt Gene-
vii, & Cinisi, usque in territorium
E & finem de Villa, quae vocatur Vaga,
in locis & fundis Sefana Ulei, & Bar-
donefca Salebertani, Exilio, Caput Mon-
tis Gallionis Medianae, Matingo, Fo-
resto, Bozoleto, Sancto Georgio, Canus-
so, Brusolo, Burbono, Villare Fulcar-
di, Sancta Agatha: cum casis, Capel-
lis, universisque rebus, omnibusque ad-
jacentiis & pertinentiis eorum. Insuper
Cortes

Cortes duas integras Almesii & Rubiana cum appendiciis & pertinentiis earum: nec non Vigodone, & Curtem de Volveria cum omnibus suis pertinentiis, Petra Oriola cum Capella, omnibusque appendiciis & pertinentiis suis, cum piscationibus, pascuis, rupibus, ruinis, & Ripa Sturiae usque ad littus Maris: Mansum unum in Cavisione, & alium in Geneclula, cum eorum pertinentiis: Mansos duos in Ferruciase, cum duabus Capellis, unacum dote, & tertia parte de decima, & duobus molendinis Curtæ Mauce cum omnibus suis pertinentiis. Insuper Lacus de Aviliana, & Vivarium vocatum Vuangery, cum adiacentiis suis. Cunctaque superius denominata cum sediminibus, vineis, arvisque suarum, terris arabilibus, Capellis, pratis, gerbis, pascuis, silvis majoribus ac minoribus, cum arvis suarum, molendinis, piscationibus, alpibus, ripis, ruinis, ac paludibus, cultis & incultis, divisis ac indivisis, una cum accessionibus, seu finibus, terminibus, & usibus aquarum, aquarumque decursibus. Imperantes itaque praecipimus, & omni-

A no interdiciamus, ut nullus Dux, Archiepiscopus, Episcopus, Marchio, Comes, Vicecomes, Sculdadius, Gastaldio, aut aliqua nostri Imperii magna, parvaque persona, praedictum Abbatem, sui que successores, ipsamque Congregationem de thesauro Ecclesiae, & de omnibus suis rebus mobilibus & immobilibus, famulis, & de rebus, quae ibi sunt, vel conferendae erunt, inquietare, molestari, disvestire, aut sotrum tollere, seu Legem facere, aut Placitum tenere, nisi Abbas ejusdem loci, aut suum Missus praesumat, seu in domibus eorum aliquam inferre violentiam audeat. Si quis igitur praesumtor temerarius, diabolico avaritiae stimulo percussus, huic nostrae auctoritatis Praecepto resistere, aut eum aliquatenus infringere temptaverit, noverit se compositurum auri purissimi Libras centum Talenta majora, scilicet medietatem Camerae nostrae, & medietatem praedictae Ecclesiae. Quod ut verius credatur, diligentiusque ab omnibus observetur, manu propria roborantes, sigilli nostri impressione inferius insigniri jussimus.

Signum



Domini Conradi invictissimi Romanorum Imperatoris Augusti.

Poppo Archiepiscopus Treverensis intervenit.

Kadelous Cancellarius vice Hermanni Archicapellani recognovit.

Datum IV. Kalendas Januarii, Anno Dominicae Incarnationis Millesimo Trigesimo Octavo, Indictione Sexta, Anno autem Domini Chvonradi, Regni Decimo quarto, Imperii Undecimo.

Actum Parmae feliciter. Amen.

D Finem his faciam producendo Chartam, in qua Marchionis de Orimiano occurrit mentio, cujus ditionem in Montisferrati, aut Pedemontis finibus, ut puto, sitam, non vacat sollicitate exquirere. Acceptam refero & istam beneficentissimo Comiti Caifotto primo Taurinensis Senatus Praefidi.

Fride-

Fridericus I. Augustus omnia bona & jura Ivoni Abbati Monasterii
S. Mariae de Locedio confirmat, Anno 1159.

IN nomine Sanctae & individuae Tri-
nitatis. Fredericus divina favente
clementia Romanorum Imperator sem-
per Augustus. Noverit universorum tam
futurorum, quam praesentium Domini Dei,
ac sacratissimi Imperii nostri fidelium sa-
gacitas, quomodo nos pro remedio ani-
mae nostrae, ac petitione Ivonis vene-
rabilis Abbatis Monasterii Beatae Dei
Genitricis Mariae, quod Locedium di-
citur, ipsum Monasterium Locedium, cum
omnibus inibi praesentialiter Domino sa-
mulantibus, aut in futuro servitutis, u-
niversisque possessionibus, quas aut nunc
de jure possidet, aut in futurum justis
modis acquirere potuerit, in Imperiali
Protectionis tutelam recipimus. Confir-
mantes eidem Monasterio, ac nostra prae-
ceptione munientes quidquid possidet in
Stodegarda, & Curte Montisoriooli inte-
graliter; & quidquid possidet in Stasi-
la tam terram, quam aquam; & quid-
quid possidet in Matafco; & quidquid
tenet in Cornali cum ipso usu aquae flu-
minis Padi; & quidquid tenet in Cur-
te Montiscalvi; & quidquid tenet in
Curte Sarmatiae ex venditione Abbatis
Sancti Syllani, & Marchionis de O-
rimiano, aut aliter ibidem adquisivit;

A & generaliter quidquid ei est donatum
a Marchione Montisferrati, ab Epi-
scopo Vercellensi, aut ab aliis Episcopis,
seu fidelibus donatum aut juste acquisi-
tum. Confirmamus etiam eidem Mona-
sterio Insulam Oggerii. Insuper jus pi-
scandi ac navigandi in flumine Pado si-
ne contradictione & absque tributo, ac
per totum Vercellensem Episcopatum omnia
B pecora sua pascendi jus ei concedimus.
Praesentis igitur paginae sanctione prae-
cipimus, ut nullus Archiepiscopus, Epi-
scopus, Dux, Marchio, Comes, Vicco-
mes, nulla Ecclesiastica, Laicalisve per-
sona, parva seu magna, hujus nostrae
jussionis statutum transgrediatur, aut su-
praescripto Locedii Monasterio aliquam in-
ferre praesumat violentiam, aut personas
C ejus injuste gravando, sive possessiones
minuendo. Quod si quis hoc nostrae con-
stitutionis Edictum infregerit, centum
Libras auri optimi componere cogatur,
medietatem nostrae Camerae, medietatem
vero praenominato Coenobio persoluturus.
Ut autem plenius haec nostrae praeceptio-
nis pagina omnibus subsequituris tempori-
bus rata & inconcussa permaneat, manus
D propria eam roborantes sigillo nostro jus-
simus insigniri.

Signum Domini



Frederici Romanorum Imperatoris invictissimi.

Locus Sigilli ✱ deperditi.

Ego Rainaldus Cancellarius recognovi.

Quarto Kal. Februarii, Anno Dominicae Incarnationis Millesimo Centesimo Quin-
quagesimo Nono, Indictione VII. Anno Domini Frederici Romanorum Impera-
toris Regni VII. Imperii IV.

Actum apud Orimianum in nomine Domini feliciter. Amen.

DE COMITIBUS
PALATII.
DISSERTATIO SEPTIMA.

DISSERTATIO SEPTIMA.



Comitum Palatii, sive Palatinorum, munus praestantissimum fuit antiquis temporibus, sed nullum mihi eorum vestigium occurrit in Italia

sub Regibus Langobardis. Inventa est, ut puto, ejusmodi Dignitas in Italicum Regnum à Regibus, ac Imperatoribus Francis, apud quos in usu erat, vel à Seculo Epochae Vulgaris Sexto. Eminebat autem in Palatio Francorum Regum, quippe ad *Comitem Palatinum*, tanquam supremum moderatorem justitiae, pertinebat adjudicare Regni causas tum civiles, tum criminales, sive ad eum in prima, ut ajunt, instantia deferrentur, sive devolverentur per appellationem. Audi Hincmarum Archiepiscopum Remensem, qui in Tractat. de Ordin. & Offic. Palat. Cap. 21. apud Du-Chesne Tom. 2. Rer. Francic. insignem *Palatini Comitis auctoritatem* his explicat verbis: *Comitis Palatii, inter cetera paene innummerabilia, in hoc maxime sollicitudo erat, ut omnes legales causas, quae a libi ortae propter aequitatis judicium Palatium aggrediebantur, juste ac rationabiliter determinaret, seu perverse judicata ad aequitatis tramitem traduceret.* Ingens ei auctoritas propterea fuit in hujusmodi judiciis, immo in omnibus, quae spectabant ad servanda Regum jura, publicamque Regni quietem tuendam rectè admi-

nistracione Justitiae, ita ut nulla causa in Palatio audiretur, cujus non ipse conscius foret. Quae ita dicta velim, ut nemo idcirco arbitretur, dimissam profus fuisse à Regibus cognitionem Causarum Comiti Palatii. Nam & ipsi Reges consuevere non paucas audire & dirimere, & summá benignitate ac tolerantia praebere aures rationibus litigantium. Verùm nulla Causa ad Regalem audientiam deferrebat, quae prius non subiisset examen Comitis Palatii, ut ipse decerneret, sinendane foret progredi ad Principis thronum. Hinc addit supra laudatus Hincmarus, sicuti ad *Archicappellanum*, cujus etiam munus in Aula Regum eximium fuit, ipsisque Archiepiscopis praecedere consuevit, spectabat nuntiare Regi Causas Ecclesiasticas, ita fuisse Comitis Palatii Saecularium Causas ad Regem deferre. *De omnibus (ita ille scribit Cap. 19.) Saecularibus causis vel judiciis suscipiendi curam instanter habebat, ita ut Saeculares prius Dominum Regem absque ejus consultu inquietare necesse non haberent, quousque ille praevideret, si necessitas esset, ut causa ante Regem meritò venire deberet. Si verò secreta esset causa, quam prius congrueret Regi, quàm cuiquam alteri dicere, eundem dicendi locum eidem ipsi praepararet, introducto prius Rege, ut hoc juxta modum personae vel honorabiliter, vel patienter, vel etiam misericorditer susciperet.* Legantur quae habet Du-Cangius Dissertat. XIV. ad Joinvillam, & in Glossario Latino.

Erant autem & aliae Cauffae, quas absque peculiari veniâ, aut imperio Principis dirimere ne ipsi quidem Comiti Palatii licebat. Atque in earum numero praecipue recensentur Potentiorum controversiae, uti nos docet Lex XLIII. Caroli Magni inter Langobardicas, Part. II. Tomi I. Rer. Italic. secundum editionem Goldasti his concepta verbis: *Nullus Comes Palatii nostri Potentiorum Cauffas sine nostra iussione finire praesumat; sed tantum Pauperum & minus Potentium ad justitias faciendas se sciat constitutum.* Quae verba nequaquam deprimunt munus Comitis Palatini, ejus auctoritatem ad unas Pauperum Cauffas minusque Potentium coërcendo: sed id tantummodo statuunt, ut non tam facile in Cauffis Potentiorum audientis totum tempus, studiumque suum ille infumat, Pauperibus neglectis, quorum negotia Principibus vere piis & Christianis, eorumque Magistratibus accuratius procuranda erant. Hanc fuisse mentem Caroli Magni, antecedens paragraphus prodit his verbis: *Ne propter hoc Pauperum & minus Potentium justitiae remaneant.* Ad haec amabat rescire solertissimus Augustus, in quam sententiam inclinaret Palatii Comes, quando Potentiores adversus Pauperes aut minus Potentes litigabant, veritus, ne ipsa potentia animum Judicis in transversum raperet. Ceterum hinc etiam elucet, non minus Pauperum, quam Potentium cauffas pertinuisse ad Tribunal Comitis Palatii, quamquam ad has potestimas expediendas opus foret Regis veniâ. Accedit quod in MSto Codice Legum Langobardicarum adservato in Bibliotheca Estensi, & apud Baluzium, loco eorum verborum: *Sed tantum Pauperum & minus Potentium ad justitias faciendas se sciat constitutum,*

A diversa haec leguntur: *Sed tantum Pauperum & minus Potentium ad justitias faciendas sciat sibi esse vacandum:* quibus significatur, nihil vulneris inlatum latissimae auctoritati Comitum Palatii, sed tantummodo consultum religioso studio atque cautela necessitatibus Pauperum.

B Unus autem *Palatinus Comes* in Palatio Francorum Regum ad illustre munus suum gerendum confedisse ab aliquibus creditur. Attamen monumenta non desunt, fuisse uno eodemque tempore duos. In Epistola XI. Eginharti sub Ludovico Pio memorantur *Gebuinus & Ruodbertus Comites Palatii*, quorum etiam occurrit mentio in Annalibus Fuldensibus. Alia exempla adfert eruditissimus Mabillonius contra Conringium de Re Diplomatic. Lib. 2. Cap. 11. num. 14. Quod verò propius institutum meum contingit, illud est, fuisse in causâ necessitates Populorum, Regnorumque divisiones, ut sensim plures invehentur Comites Palatii. Ita conscisso olim in plura Regna Francorum Imperio, singula ex iis suum Comitum habuere Palatinum, qualia fuere Regna Aquitaniae & Burgundiae. Ita apud Germanos, Britannos, Polonos, & Hungaros fuit in usu eadem Dignitas, ibique aequae ac apud Francos magno in honore habita. Hinc Italico Regno, vel tunc quum Francorum Imperio suberat, suus datus est *Comes Palatii*, quo nempe confuleretur Populorum commodo, quibus intolerandum erat, remotissimam Francorum Imperatorum Sedem petere, ut Comitis Palatini judicium subirent. Ticinum verò, utpote Regni Italici Metropolis, ea Civitas fuit, ubi Italicorum usui destinatus Palatii Comes plerumque morabatur, & jus dicebat. Quanta autem *Comitis*

*tis Palatini foret auctoritas, ex eo intelligas, universi Regni Populum potuisse appellare à Ducibus, Marchionibus, & Comitibus ad ipsum. Et in quacumque Regni parte ille versaretur, ex ordinaria facultate judicare is poterat, ac sententias Ducum & reliquarum Potestatum, seu Magistratuum retractare. Missis Dominicis, de quibus suo loco agemus, erat par fere potestas, sed delegata ac temporanea, & constricta plerumque ad aliquam Provinciam, seu locum. Quamquam veri quoque simile est, potuisse appellationem interponi à sententia ejusmodi Missorum ad Comitem Palatii. Proinde uberem auctoritatem transfusam intelligas in Wibodum Parmensem Episcopum à Carolo Craffo Italiae Rege, quum legis in ejus Diplomate apud Ughellium Tom. 2. Ital. Sacr. in Catalogo Parmens. Episcoporum: *Habeat ipse Ecclesiae Episcopus licentiam distringendi, definiendi, vel aetiberandi, tamquam nostri Comes Palatii, omnes res & familias tam omnium Clericorum, quamque omnium habitantium infra praedictam Civitatem Parmae.* Otto etiam I. Anno Christi DCCCCLXI. Huberto Parmensi Praesuli concessit, *ut sit noster Missus, & habeat potestatem deliberandi &c. tamquam nostri Comes Palatii.* Idem concessum videas Episcopis Astensibus, Laudensibus, ac aliis.*

Juvat nunc, quantum potero, contexere seriem Comitum Palatii in Italia constitutorum; eoque lubentius in id incumbam, quod celeberrimus Ducangius conatus illustrare hanc particulam Italicae Historiae, non multum progressus fuit. In Piistoriensi Charta Anno DCCCXII. scripta, quam publici juris faciam in Dissertat. LXX. de Cleri immunitat. memoratur reclamatio longe antea tempore Domni Pip-

A *pini Regis facta ad Paulinum Patriarcham, Arnonem Archiepiscopum, Far-
dulfum Abbatem, & Echerigum Comitem Palatii, vel reliquos loco eorum, qui tunc hic in Italia Missi fuerunt &c.* En ergo primum Palatii Comitem è Francorum genere, Italiae datum, quem ego norim: si tamen revera munere hoc ordinario in Italia est functus.

B Sub eodem quoque Carolo Magno *Hebroardum Comitem Palatii* fuisse constat ex Chronico Farfensi, Part. II. Tomi II. Rer. Italicar. pag. 357. Sed & in eodem Chronico pag. 362. in Placito habito Spoleti, Anno DCCCXIV. memoratum videas *Supponem Comitem Palatii*, qui etiam praecedat *Guinichiso & Heccideo Ducibus*: tanta quippe erat dignitas Comitis Palatini. An is idem fuerit, qui Anno Christi DCCCXXII. Spoleti Dux institutus fuit à Ludovico Pio Augusto, & post biennium naturae debitum solvit, decernere non ausim. Nomen & tempora congruunt. Verum postremus hic è *Comite Brixiae* evasit *Spoleti Dux*, ut habent Annales Bertiniani. Alter postea hoc illustri munere auctus occurrit sub Ludovico Pio Augusto. Quum enim Lotharius ejus filius coepisset jam componere Italicorum lites, ut Eginhardus habet in Annalib. Francor. ad Annum DCCCXXIII. *Papiam regressus, mense Junio ad Imperatorem venit, hoc est in Gallias, sive in Germaniam remeavit. Qui quum Imperatori de Justitia in Italia à se partim facta, partim inchoata fecisset indicium, missus est in Italiam Adalhardus Comes Palatii, jussumque est, ut Mauringum Brixiae Comitem secum assumeret, & inchoatas justitias perficere curaret.* Equidem pro certo minime statuam, *Adalardum* hunc Italici potius quam Francici Palatii Comitem fuisse. Primum tamen mihi perquam verifi-

C

D

E

verisimile videtur. Quum enim eo ipso Anno Ludovicus filio suo Lothario coronam Augustalem Romae imponendam curasset, eumque collegam in Imperio decrevisset, quem antea Regio titulo, atque Italiae regimine donarat, facile conjicere possumus, tum ut incommoda Populis minuerentur, tum etiam propter honorem novae dignitatis, Ludovicum Augustum filio Augusto permisisse suum in Italia *Comitem Palatii*, qualem & ipse in Francia id munus exercentem habebat. Anno proxime sequenti, hoc est DCCCXXIV. sublato è vivis Suppone Duce Spoleti, insignem illum Ducatum idem Adelhardus Palatii Comes regendum suscepit; sed is eodem Anno vitam cum morte mutavit. Exarsere postea execrabiles controversiae inter Ludovicum Pium, & Lotharium filium perduellem: eoque saltem tempore credendus est Lotharius adlegisse sibi in Italia suum proprium Comitem Palatii. Et quidem Anno DCCCXL. Placito cuidam in Civitate Lucensi habito interfuisse deprehendi *Maurinum Comitem Palatii*, ut Charta proferenda in Dissertat. X. de *Minor. Justit. Ministr.* testabitur. Immo & Anno DCCCXXXV. ejus mentio habetur in Diplomate Cremonensi ejusdem Lotharii Augusti. Fortassis hic non alius fuit à *Mauringo Comite Brixiæ*, quem supra vidimus ab Eginhardo memoratum.

Jam verò extra controversiam positum est, sub Ludovico II. Augusto Lotharii filio fuisse suum proprium Comitem Palatii Italico Regno. Id constat ex Placito spectante ad Annum DCCCLX. quod evulgavit Clariss. Mabillonius de Re Diplomatica Lib. 6. Chart. 93. & ego iterum dedi in Chronico Monasterii Casau-

riensis Part. II. Tomi II. Rer. Italic. Habitum namque illud fuit in Ducatu Spoletano inter Aesium & Camerinum ex jussu ipsius Imperatoris Ludovici II. ibique consedissemus legimus *Hucpoldum Comitem Palatii*. Chartam hanc laudat quoque Du-Cangius, atque hinc deducit, non semper datum Comitibus Palatii praestantiorum locum in judiciis, quum eidem Placito praefuisse cernamus, ante Hucpoldum ipsum, *Wichodum venerabilem Episcopum*, & *Saelbertum Comitem Stabuli*. Verum non satis firmum argumentum hoc appellare mihi liceat, quandoquidem in contextu ipsius Placiti, quod est ad auctoritatem judicandi, primas partes sustinere *Hucpoldum* intuemur. Sed & longe ante eundem Annum eadem dignitate fruebatur idem *Hucpoldus*, uti constabit ex Placito Anni DCCC-LII. aut DCCCLI. habito Ticini, quod evulgabo in Dissertat. XXI. de *Placitis & Mallis*. Is ibi appellatur *Hucpaldus Comes Sacri Palatii*. In Praefatione ad Ermoldum Nigellum jam adnotavi, ejusmodi nomina olim duobus modis fuisse pronuntiata, hoc est, O in A permutato, uti *Arnoldus Arnaldus*, *Ermenoldus Ermenalaus*. Eodem Anno DCCCLII. occurrit idem Hucpoldus titulo *Comitis Palatii* insignitus apud Ughellium in Ital. Sacr. Tom. 3. pag. 33. id testante Charta Rhodingi Episcopi Florentini, scripta temporibus Lotharii & Ludovici II. Augustorum, in qua constituitur Abbatissa Monasterii Sancti Andreae *Berta Deo devota, filia Hucpoldi* (lege *Hucpoldi*) *Comitis Palatii*. Ipsemet Hucpoldus celebrationi constitutionis illius interfuit & subscripsit. Atque heic minime omitendum, ab Anonymo Epitomatore Chronicorum Casinensium (cujus O-

pufcu-

pusculum protuli Part. I. Tomi II. Rer. Italicarum) de hoc ipso Hucpaldo grande facinus referri pag. 370. Uxor, inquit, Ludovici II. Imperatoris (scilicet Ancilberga) in Tuschaldum Palatii Comitem post Imperatoris discessum oculos iniecit; ad impudicos amplexus sollicitavit; resistentem apud virum accusavit, qui uxori nimium credulus Comitem inauditum de medio sustulit. At Andaberta uxor mariti trucidati innocentiam demonstrata, coram ipso Augusto super duodecim vomeres ignitos nudis pedibus illaesa deambulavit. Quare Imperator Comitis illius heredibus Ducatum Liguriae & Tusciae, & in perpetuum Comitatum Mutinensem cum aliis octo Comitatibus concessit. Fabulis scatet (uti & reliquum illud Opusculum) hujusmodi narratio. Nihilo tamen fecius certum est, agi illic de Hucpaldo Comite Palatii, cujus antea mentionem feci. Tuschaldum vitio Scriptoris vides, uti & infra Blatinum Comitem pro Palatinum Comitem. Et fortassis inter hasce fabulas aliquid veritatis, nempe praecipiti jussu Ludovici Augusti hominem hunc morti datum fuisse, atque innocentem deinde compertum, quanquam tentatae pudicitiae causa forsitan vulgi rumor fuerit. Animadvertas etiam velim parem Historiam sive Fabulam, de Maria uxore Ottonis III. Imperatoris à Godefrido Viterbiensi memoriae proditam fuisse: adeo proclives tunc erant vel ipsi Literati ad amplectenda ac repetenda aliorum somnia, modo aliquid insueti ac mirandi continerent. Sed progrediamur.

Ex Placito Lucae habito, quod proferam in Dissertat. X. de minor. Just. Minist. palam fiet, quis Anno DCCCLXV. illustre hoc munus impleverit, nempe Johannes Sacri Pala-

A tii..... licet è Charta exesa ceciderit vox sequens, Comes tamen Sacri Palatii verisimiliter ibi est intelligendus, qui una cum Petro Episcopo Arretino hujusmodi judicio praesuit. Subsequitur ad Annum DCCC-LXXIV. in Italia Heribaldus Comes Sacri Palatii, cujus habes duo Placita a me addita Chronico Casauriensi Part. II. Tomi II. Rer. Italicarum.

B Is in altero ex iis Placitis se inscribit non Comitem, sed Vicecomitem Palatii, in altero Comitem Sacri Palatii. Immo idem in Charta praecedenti, foestante, ut videtur, ad Annum DCCCLXXIII. diferte appellatur Heribaldus Comes Sacri Palatii. Sed fortassis & haec referenda est ad Annum

C DCCCLXXIV. quo Heribaldus è Vicario factus fuerit Comes ejusdem Sacri Palatii. Et quidem fuisse olim Vicecomites Palatii, discere potes è Charta Anno DCCCLXXII. scripta, & in Chronicon Vulturense inlata, Part. II. Tomi I. Rer. Italicar. pag. 396. Ubi Advaldus Vicecomes Palatii, Ludovici II. Augusti jussu controversiam de Servis decernit. In Chartis verò hætenus memoratis, uti & in Placito Joannis à me nuper laudati, animadvertat Lector rem à Congregio antea negatam. Videlicet multos quidem Palatii tantum Comites appellatos fuisse; sed nonnullos etiam Comitis Sacri Palatii titulum adhibuisse: cujus rei alia quoque exempla adfert Mabillonius. Heribaldo successisse credendus Boderadus, sive Bodradus. Occurrit ejus nomen in Concilio Ticinensi, ubi actum fuit de electione Caroli Calvi Anno DCCC-LXXVI. Nam uti videre potes apud Baronium ad illum Annum, & in Actis ejusdem Concilii editis Part. II. Tomi II. Rer. Italicar. pag. 150. inter Principes, qui interfuerunt & subscri-

subscripserunt electioni, legitur *Signum Boderadi, seu Berdradi Comitis Palatii*. Ad haec refert Campius in *Histor. Ecclesiastic. Placentin. Tom. I. pag. 478.* donationem Anno DCCC. XCIX. Placentiae factam ab Everardo Comite, qui inscribitur *filius bonae memoriae Boderadi, qui fuit Comiti Palatino*. Unum atque eundem hominem haec nemo non intelligat. Ibiq; animadvertenda est utpote iis temporibus rara, appellatio illa *Comitis Palatini*. Attamen quum infra

A legatur ea donatio facta pro mercede & remedium animae quondam bonae memoriae Boderadi Comiti Palatio, suspicio oboritur, supra quoque non aliter fuisse scriptum. Sed ope Excellentissimi primi Praesidis Senatus Taurinensis, idest Comitis Ludovici Caiffotti, egregium Placitum adungere haec possum, in quo ejusdem Boderadi Comitis Palatii auctoritatem dilucidius invenies; uti & *Aicardum Vicentinum Episcopum*, Ughellio antea ignotum.

Placitum in Civitate Ticinensi habitum à Boderado Comite Palatii, in quo Amblulfus Monasterii Novalicienſis Abbas contra Maurinum, negantem se ejusdem Monasterii Servum, victor evadit. Anno Ch. 880.

Dum in Dei nomine, Civitate Papia in sacro Palatio, ubi Dominus Carolus Rex praecerat in judicio, intus caminata minore, qui est ante Martia, in judicio resideret Boderadus Comes Palatii, singulorum hominum justitiam faciendo ac deliberandum, residentes cum eo Joannes sanctae Ticinensis Ecclesiae, & Aicardus Vincentinae Ecclesiae venerabilibus Episcopis, Supo, & Berengerius Comitibus, Adelbertus, Leo, Petrus, Fulbertus, Ursperus, Ragonbertus, Ritperus, Johannes, Leo, & item Natalis, Ursus, & Martinus Judices sacri Palatii, Landepertus & Pelprandus Judices Ticinensis, Atto de Landinaco, Gottesfredus de Spaviani, & reliquis multis. Ibiq; eorum veniens praesentia Amblulfus Abba Monasterii Sanctorum Petri & Andreae, sito Novalicio, unacum Rodericus Scarvinus Taurinensis Advocatus ipsius Monasterii, nec non & Maurinus filius quondam Petri de Valle Sexſia de Villa, quae dicitur Ulces, una cum Ansevertus filio suo, altercationem habentes. Dicebant ipsi Am-

C blulfus Abba & Rodericus Advocatus. Dudum in judicio vestri praesentia malaverunt nos isti Maurinus & Ansevertus filio suo, quod pars Monasterii nostri malo ordine, & contra lege eos ad servitutem detineret. Et nos dedimus eorum responsum: quod Pars Monasterii nostri eos ad servitium detineret nec non contra legem, eo quod Civitati Taurinis in judicio praesentia istius Suponi Comiti & Scarvinorum, per Judicum judicium istum Maurinum advicifemus, & talem notitiam Judicati haberemus. Isti Maurinus & Ansevertus filio suo dederunt nobis responsum, notitiam ipsam nihil eorum impediret, eo quod omnia, quidquid inde factum esset, per fortia factum fuisset: nam nec per judicium. Tunc per vestrorum Judicum judicium dedit nobis Vvadia ad probandum per Judices, aut per notitiam, qualiter istius Maurini in eodem judicio fortia facta fuisset. Et nos dedimus eorum vvadiam de Placito, & de ipsa notitia Judicum

cum ad Placitum deducendum. Et hodie inter nos exinde constitutum Placitum missum est. Ecce nos parati cum ipsa notitia, sicut eorum vviadium dedimus. Et quaerimus, ut ipsa nobis faciat consignationem, sicut vviadium dedit. Responderunt ipse Maurinus & Anspertus filio suo: Veritas est, quia omnia taliter inter nos actum & vviadium est, & hodie inter nos constitutum Placitum missum est. Ecce nos parati quaerimus, ut ipsam nobis ostendatis notitiam, sicut vviadium dedisti. Tunc ostenserunt ipsi Amblulfus Abba, & Rodericus Scavinus & Advocatus notitiam Judicati, ubi continebatur inter caetera, qualiter praesentia Suponi Comiti, & Scavinorum in iudicio Civitati Taurini malasset Rodericus Scavinus & Advocatus Monasterii Sancti Petri, Novalicio sito in Valle Sexsia, una cum Amblulfus Abba ipsius Monasterii, Maurinum filium quondam Petri, commanente in Valle Bardonisca, in Villa, quae dicitur Uices: qui de sua persona Servus ipsius Monasterii esse debuisset: ipse Maurinus vetasset, quod non Servus, sed Liber esse debuisset, pro eo quia de libero Patre & Matre natus esset, & taliter per testes ad probandum vviadium dedisset. Sed in constituto, quae inter eis positum fuerat ad Placitum, ipse Maurinus venire neglexisset. Hoc actum, dum Supo illorum Comes resederet in iam dicta Civitate Taurinis Curte Ducati in Placito publico venisset reclamandum Maurinus, quod pars Monasterii Novalicio eum pignoratim haberet: & paratus esset suam Libertatem per testes ad probandum, sicut vviadium dederat. Tunc ipse Comes dedisset ei licentiam foris de ipso Placito exeundi, sua testimonia ad ducenda, sicut professus fuerat. Quia cum foris perexisset, statim reversus fuisset, & professus dixerat, quod ipsos testes in-

A. bidem non haberet, quod professus fuerat habere. Tunc ipse Comes dedisset eidem Maurini inducias usque ad alium Placitum. Sed in constituto, quod inter eis positum fuerat, ipsos testes non haberet; sed professus dixerat, quod inquisitum habebat, & nec testes, nec ullam firmitatem de sua Libertate non habuisset, nec invenire potuisset, pro eo quia Petrus genitor suus, Servus de praedicto Monasterio fuisset, & Servum pertinuisset: & ipse ex nascendo Servo Sancti Petri de praefato Monasterio esse debuisset, & nullatenus se de ipso servitio subtrahere potuisset. Cum taliter egissent, & se cum credidisset, tunc ipse Comes dedisset eidem Maurini inducias, ut fortasse potuisset invenire testes, aut ullam firmitatem de sua Libertate, & constitutum inter eis posuisset. In constituto die dum resedisset ipse Supo illorum Comes in praedicta Civitate Taurinis in Curte Ducati, una simul cum Adalrico Comes, & Grauso Judex, Missi directi Domini Caroli Regis in Placito publico singulis hominibus causas audiendas & justitias faciendas, resedissent cum eis Petrapertus, Adalmondus, Alfredus, Joannes, Guaspertus, item Petrepertus, Alardo, Joannamus, & Ursus Scavinus, Vitelmus, & Amalricus Scavinus Romani, & reliquis multis: ibique in eorum venisset praesentia Amblulfus Abba cum iam dicto Roderico Advocato praefati Monasterii, & ipse Rodericus dixisset adversus iam dictum Maurinum: Da nobis testes ipsos, quos tu per vviadium obligasti de tua Libertate; ipse Maurinus respondisset, dudum professus fuisset praesentia istius Comiti vel Scavinorum, & reliquorum hominum; & iterum professus fuisset, quod testes nec ullam firmitatem non haberet, sicut per vviadium obligaverat, sed Servus ipsius Monasterii esse debuisset, pro eo quia Petrus genitor suus, Servus praefati Monasterii Sancti

E

Petri fuisset, & ipse ex nascendo Servo ipsius Monasterii esse deberet. Cum taliter professus & manifestatus fuisset, rectum eorum iudicium, & Scavinorum paruisse esse, & judicassent ut amaro & in antea fuisset Servus Sancti Petri ipsius Monasterii juxta sua professione. Erat notitia ipsa firmata ab Sopone Comes, & ab Adalrico Comes & Graufone Missi, & ab Amolus Episcopus, & ab Scavinis, atque a ceteris nobiles homines; & scripta per manus Joanni Notarii, & emissa Anno Domini Caroli Regis hic in Italia Primo, Mense Aprilis, Indictione Tertiadecima. Notitia ipsa ab ordine relecta interrogati sunt Maurinus & Ansevertus filio suo, quid adversus notitiam ipsam dicere viderent. Qui dixerunt, & professi sunt, quod sicut primitus dixerant, ita & nunc dicebant, quia omnia per fortia nobis factum fuit. Cum taliter professi fuissent, interrogati sunt ipsi Maurinus & Ansevertus filio ejus, si haberent Judices aut Notitia, qualiter clarescere potuissent, quod in ipsas Placitus eidem Maurini fortia facta fuisset. Qui dixerunt & professi sunt, quod Judices nec Notitiam exinde non haberent, nec invenire poterant, qualiter clarescere poterat, quod ei fortia facta fuisset. Cum taliter professi fuissent, rectum eorum omnibus paruit esse, & judicaverunt, ut justa eorum altercationem & professionem, & justa ipsa Notitia Judicum, ut ipse Maurinus & Ansevertus filio suo de suorum personis ammodo & in antea Servi ipsius Monasterii Sancti Petri & Andreae sita Novalicio esse deberent. Et finita est causa. Et hanc Notitiam pro securitate ipsius Monasterii facere comonimus.

Quidem & ego Adegrauso Notarius ex nostrorum Judicum admonitionem scri-

Apsi Anno Regni Domini Caroli gloriosi Regis hic in Italia Secundo, Mense Novembris, Indictione Quartadecima.

* Signum mei Bolerati Comiti Palatii, qui in iis actis, ut supra interfuit.

* Signum Adelpertus Notarius Sacri Palatii interfuit.

* Signum Petrus Judex Domini Regis interfuit.

* Signum Fulbertus Judex Domini Regis interfuit.

* Signum Uspertus Judex Domini Regis interfuit.

* Signum Pelprandus Judex Domini Regis interfuit.

* Signum Vitpertus Judex Domini Regis interfuit.

C Animadvertite, Taurini quoque existisse Curtem Ducati, uti Mediolani, atque in aliis insignibus Civitatibus factum supra ostendi in Dissert. V. de Ducibus. Neque id novum; nam Paulo Diacono teste Lib. III. Cap. 34. de gestis Langobard. Authari Rege Langobardorum e vivis sublato, Theodelinda Regina Agilulfum Ducem Taurinatium & sibi virum, & Langobardorum genti Regem elegit circiter Annum Ch. DXC. Itaque Boderadam Comitem Palatii habemus etiam Anno Ch. DCCCLXXX. atque adeo sub Carolo Crasso Rege, qui nondum Coronam Imperii consequutus fuerat. Sed quid est quod praecedenti Anno DCCCLXXIX. eodem Carolo Rege Ticini morante, occurrit nobis alter Palatii Comes, scilicet Pertoldus? Ejus nomen servavit nobis Diploma Episcopatu Regiensi ab eodem Carolo nondum Augusto concessum, quod nunc publici juris facio ex antiquissimo exemplo, existente in Archivo Capituli Canonicorum Regiensium.

Caroli Crassi Italiae Regis Diploma, quo Ecclesiae Regiensi
Insulam Suzariam donat, Anno 879.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris nostri Ihesu Christi. Karolus divina ordinante providentia Rex. Si ut Sanctorum loca aitentur, quo eorum Presules, ceterique Ministri uberius omnipotenti Domino valeant deservire, munus quoddam conferimus Ecclesiis divino cultui dicatis, nostrorum normam sequentes predecessorum, & in presenti seculo prosperari, atque in futuro veniam consequi non dubitamus eternam. Notum igitur industria omnium fidelium Sancte Dei Ecclesie, nostrorumque tam presentium, quam futurorum, fieri cupimus, quia Waltfredus insignis Dapifer, & Pertoldus Illultris Comes Palatii, dilectissimi fideles, seu Consiliarii nostri, adeuntes magnitudinem nostram, suppliciter suggererunt, ut ob divinum zelum intuitus, perpetuamque Regni nostre ditioni famulantis celitus stabilitatem, Ecclesie beati Prosperi Confessoris Christi, Regiensis videlicet Episcopi, cui Paulus venerabilis Pontifex preesse cognoscitur, quandam Insulam juris Regni nostri Italici, que nominatur Suzzaria in Comitatu Brixienti, idest inter Padum & Zaram, cum Curte, & Capellas, seu Piscaria, atque silvis, mansis quoque omnibus, qui sunt in ipsa Insula, de predicto Comitatu usque nunc pertinentibus, cum omni integritate rerum mobilium seu immobilium, vel familiarum, prout hactenus ad nostrum dominium pertinuisse noscuntur, jure proprietario concederemus. Quorum postulationibus, quia justas & rationabiles suggestisse cognovimus, aures benivolentiae nostre hilariter inclinantes, prefate Sancte Regiensis Ecclesie, in qua beatum Prosperi Confessoris Christi Corpus humatum jacet, Paulo venerabili Episcopo, ejusque successoribus ad utili-

A tatem & exaltationem ipsius Episcopi eandem Insulam Suzzariam in Comitatu eodem Brixienti positam inter Padum & Zaram cum Curte, & Capellas, seu piscaria, silvis etiam cum prenomi- natis mansis, qui ibidem sunt, ex ipso Comitatu pertinentibus, cum omni integritate rerum seu familiarum, cumclisque decimis, & pertinentiis, vel adjacentiis suis, fundis quoque & locis, seu paludibus & Insulis, ubicumque esse videntur in alveis vel curriculum Padi, sicuti ex antiquo ad ipsa loca pertinere videntur, quique ab hominibus pagi ipsius Pulicini nominantur, per nostre pietatis Preceptum perpetualiter donamus, concedimus, modisque omnibus stabilimus, quatenus isdem Paulus venerabilis Pontifex, ejusque successores potestatem habeant de his omnibus rebus ad utilitatem sui Episcopi facere secundum quod melius prevederint ac decreverint, sicut de ceteris rebus juris ipsius Ecclesie, expulsa totius potestatis inquietudine. Si quis autem, quod minime credimus, hujus nostre munificentie quolibet ingenio vel argumento violator extiterit, trecentas libras auri obrizi componere cogatur, medietatem Palatio nostro, & medietatem ad partem predictae Ecclesie. Insuper etiam infamia publica notatus tamquam sacrilegus habeatur ab omnibus. Et ut certius credatur, & diligentius ab omnibus observetur, manu propria subter firmavimus, & de anulo nostro sigillare jussimus.

E Signum



Domini Karoli Sc
renissimi Regis.

Arnostus Notarius ad vicem Liutuardi Archicancellarii recognovi.

Data VI. Idus Januarii, Anno Incarnationis Domin DCCCLXXX. Indictione XIII. Anno vero Regni piissimi Karoli Regis in Italia primo.

Actum Papie in Palatio Regis, in Dei nomine feliciter. Amen.

Datum scripsi Diploma Anno Ch. DCCCLXXIX. quamquam heic legatur sublequens. *Eo quippe Anno, die VI. Idus Januarii decurrebat Annus Primus Regni Caroli Crassi, & Indictio XIII. in cursu esse coeperat Septembri mense. Annus autem novus exordium sumsit in Nativitate Domini. Quum vero supra viderimus, Boderadum egisse Comitem Palatii Anno Ch. DCCCLXXVI. & eodem munere functus nobis occurrerit etiam Anno DCCCLXXX. mirum videatur, quei *Pertoldus* heic memoratus intermedio illo tempore *Palatii Comes* & ipse fuerit. Alterutrum ergo suspicari cogimur. Scilicet aut geminos *Palatii Comites* tunc electos fuisse, aut in *Charta* minime autographa *Regiensi* corruptum fuisse nomen illud, ac restituendum esse pro *Pertoldus Bodradus*. Ad haec infalutatum transilire nolo rem singularem, quae in hoc monumento innuitur, videlicet, *Insulam Suzariam* pronuntiarum sitam in *Comitatu Brixienfi*. *Castellum* hoc nunc cis *Padum* cernitur subtus *Gonzagam* & *Lutiariam*: qua igitur ratione spectabat olim ad *Comitatum Brixianum*? In *Antiquitatibus Estensibus* Par. I. Cap. VII. eandem mihi difficultatem objeceram, quum in *Diplomate* Anno *MLXXVII.* per *Henricum IV.* *Germaniae Regem*, atque *Italiae, Principibus Atestinis* concessio, invenerim *Casalem Majorem, Vitellianam, & Pomponescum, Castella* tunc eorundem *Estensium juri* obno-*

xia, appellari sita in *Comitatu Brixienfi*. Per hoc nostrum alteri illi *Diplomati* lux & fides major adjungitur. Si enim *Comitatus Brixiae* se protendebat *Suzariam* usque, ditionem temporibus nostris *Cispadanam*: quanto facilius complecti potuit tria illa *Castella*, nostris non minus quam antiquis temporibus ultra *Padum* sita? Hinc ergo simul discamus, quae olim foret *Comitatus Brixiani* amplitudo, & quot rerum mutationes vel in ipsa telluris superficie tempus invexerit, quum *Padus* olim ita decurreret, ut descendens *Suzariam* relinqueret ad laevam, quae nunc ad ejus dexteram, & quidem ab eo non modicum distans, cernitur. Ceterum olim *Insulae* nomine is etiam ager donabatur, quem duo fluvii circumfluerent; *Suzaria* autem ibi sita dicitur inter *Padum* & *Zaram*. *Ughellius* in *Ital. Sacr. Tom. 5. pag. 1568.* alterum *Diploma* refert, quo *Ludovicus II. Imperator Roffredo* *Episcopo Regiensi* eandem *Insulam* & *Curtem* largitur his verbis: *quae nominatur Suzaria in Comitatu Brixienfi*. Tum inferius habet eandem *Insulam Suzariam in Comitatu eodem Regiensi positam*: sed emendandus locus, & scribendum *Brixienfi*, uti in autographo ejusdem *Privilegii* meis oculis ego met legi. Monumenta alia, quibus amplitudo *Brixiani Comitatus* illustratur, accipiet alibi *Lector*.

Accedamus nunc ad tempora *Widonis* sive *Guidonis Imperatoris*. *Supra in Dissertat. III. de Roman. Imperator.* mentio facta est *Diplomatis* ab eo concessi *Leudoino Mutinensi Episcopo* Anno *DCCCXCI.* per *Mammfredum Comitem Sacri Palatii*. Tum Anno *DCCCXCVII.* imperante *Lamberto Augusto* ejusdem *Guidonis filio* occurrat nobis *Amedeus Comes Palatii*, cujus

cujus Placitum Florentiae habitum possideo, infra edendum in Dissertat. X. de minor. Justit. Ministr. Sublato è vivis Lamberto, delata est paucis ab illinc annis Imperialis Corona Ludovico III. sub quo *Sigefredus* insigni hoc munere functus est. Ejus nomen exhibent Diplomata duo ab eodem Ludovico Augusto concessa Adelberto Episcopo Bergomensis, quae edita

A habes apud Caelestinum in Histor. Bergom. Part. 2. Volum. 2. Lib. 22. Addam & ego tertium, quod olim descripsi ex autographo adservato in antiquissimo Parthenone Ticinensi Sanctae Mariae Theodatae, dimissis tamen iis, quae in aliis ejusdem sacri Coenobii Tabulis à me edendis, verbis minime diversis, leguntur.

Ludovicus III. Imperator Monasterio Virginum Ticinensium Sanctae Mariae Theodatae jura & praedia confirmat, Anno 901.

I N nomine Domini nostri Jesu Christi Dei aeterni. Hludovicus divina favente clementia Imperator Augustus. Si circa servos & ancillas Dei &c. Omnium igitur fidelium Sancte Dei Ecclesie, nostrorumque presentium scilicet ac futurorum noverit industria, qualiter Adalbertus inclytus Marchio, & Sigefredus gloriosissimus Comes, nostri dilectissimi Consiliarii, nostram adeuntes clementiam enixius postulaverunt, quatenus pro mercede & remedio animae nostrae,

B parentumque nostrorum omnia precepta & instrumenta Cartarum, quae ab antecessoribus nostris Regibus & Imperatoribus Monasterio Sancte Dei Genitricis Mariae, quod nuncupatur Theodate, situ in Urbe Ticinensi, conlata & confirmata sunt, ubi nunc praesse videtur *Risinda* Abbatissa, nos per precepta munificentiae nostrae jure proprietario concederemus & reconfirmarem. Quorum precibus &c.

Signum Domni

POI
LILS

Hludovici Serenissimi Imperatoris Augusti.

Arnulfus Cancellarius ad vicem Lituardi Episcopi & Archicancellarii relegi &

Locus Sigilli cervi deperditi.

Data V. Idus Martii, Anno vero Domini Hludovici gloriosissimi Imperatoris Primo, per Indiction. IIII.

Actum Papiae Palatio, in Dei nomine feliciter. Amen.

Antequam Ludovicus iste Provinciae Rex in Italiam regrederetur ad suscipiendum Imperiale Diadema, *Sigefredus* nuper laudatus Comitem Me-

D diolani agebat, uti constabit ex egregio Placito in ea Civitate per ipsum habito Anno DCCCC. quod in hoc eodem Opere evulgabo. Veri autem vide.

videtur simile, Sigefredum pro Ludovico stetit contra Berengarium Italiae Regem, quando ipsum cernimus Anno sequenti ad Comitatum Palatii proventum. Immo quia is ad omnem ventum navigare noverat, quum vi et industriâ Berengarii depulsus postea ex Italia fuisset novus iste Augustus, amplissimum ille munus adhuc sub ipso Berengario exercere perrexit. Ad hanc rem confirmandam utar Placito, quod ipse ha-

A | buit Placentiae Anno DCCCCIII. Nimirum stetit coram ipso Adelberga Abbatisa praeclarissimi Monasterii Sancti Sixti in ea Urbe siti, ut legitimam demonstraret donationem Guardistallae (nunc *Guastalla*) & Luciariae, olim eidem Coenobio factam ab Hirmengarda Ludovici II. Imperatoris filia. Chartam vidi in vetustissimo Regesto Archivi Civitatis Cremonensis.

Placitum coram Sigefredo Comite Palatii habitum Placentiae, in quo Abbatisa Monasterii Sancti Sixti donatas eidem Coenobio Curtes duas, Guardastallam scilicet ac Lucariam ab Hirmengardâ filiâ Ludovici II. Augusti, Chartâ in iudicio producta, docet, Anno 903.

DUm in Dei nomine, Civitate Placentia, ad Monasterium sancte Resurrectionis Jesu Christi, Dominus gloriosissimus Berengarius Rex praeerat in Monasterium ipsum a karissima Donna Ingelberga Imperatrix constructum esse videtur, intus Ecclesia majore ipsius Monasterii in iudicio resideret Sigefredus Comes Palatii, & Comes ipsius Comitatus Placentini, una cum Everardus ipsius Placentie, Ildegerius Laudensis, Adelmanus Concordiensis venerabilis Episcopus, Aldegrassus, Adelbertus, Aquilinus, Farimundus, Stadelbertus, & Bernardus Iudices idem Augusti, Ansemundus Notarius & reliqui. Ibiq; eorum veniens presencia Adelberga Abbatisa ejusdem Monasterii una cum Madelbertus Advocatus ipsius Monasterii, & ostense sunt ibi Cartule, una, ubi continebatur in ea ab ordine.

IN Christi nomine igitur itaque ego in Dei nomine Irmengarda Deo devota, filia bone memorie Domni

C | Ludoyci Imperatoris, qui professus sum vivere ex natione mea Lege Salica, vobis Scanburgi Abbatisa Cenobii Monasterio Sanctorum Sisti & Fabiani, qui fundatum est intra Civitate Placentia, quas quidem Augusta Angelberga olim Imperatrix genitrix mea a fundamentum edificavit in propriis rebus suis, dono, cedo, confero pro remedium anime mee, vel quidem Augustorum Genitori & Genitrix mea, ut dixit, per remedium anime mee vobis Scanburge Abbatisse, vel ad successoribus tuis in perpetuum, ad usum & stipendium Monachorum ubique degentium, qui cotidie in ipsum sanctum venerabilem locum deserviunt, futuris temporibus eorum jure habendum. Hoc est Curtes duas juris meas, quae sunt positae in Comitatu Regiense, una ex his in fundo & loco Guardistalla, ubi Felina dicitur, alia ubi Luciarina dicitur, cum Capellas duas, una, que est in honore Sancti Georii, alia in honore Sancti Petri. Has vero presoninatas Curtes cum omnibus earum adjacentiis &c. Et taliter justa & sc-

et secundum Legem meam Salicam, in qua manifesta sum vivere, vobis Sconburge Abbatisse ad partem earum Monacharum, que cotidie in jam dicto sanctum venerabilem locum deseruiunt tradendo et legitimam fatio investituram ad usum et stipendia habendum, per wasonem terre, cultellum, festucum nodatum, frondes arborum, presenti die eorum jure habendum omnia, sicut superius legimus. Et me exinde fortis ab warpisco et abasafito feci his presentibus, et birgamina cum attramentario de terra levavi, et Leone Notarius scribere rogavi.

Quidem et ego Leo Notarius subscripsi, Pridie Kalendas Decembris, Anno Domni Guittoni Rex Tertio, Indictione IX. (idest Anno Christi DCCCXC.)

Actum Placentia.

Signum manuum Hermengarde Deo devota, qui hanc Cartulam fieri et firmare rogavi.

Signum manus Fulconi ex genere Francorum testis.

Signum manus Alberici ex genere Francorum.

Signum manus Rodoini ex genere Francorum.

Signum manus Wallaroni ex genere Francorum testis.

Signum manus Retulfi ex genere Francorum testis.

Ego Leo Notarius scriptor hujus Cartule, post dicta complevi et dedi.

Quidem et ego Andreas Notarius Domni Regis, ex jussione Sigifredi Comiti Sacri Palatii, et ammonitionem praedictorum Judicum scripsi, Anno Regni Domni Berengarii Regi Deo propitio XV. mense Januario, Indictione VI.

Signum manus nostre Sigifredi Comiti Palatii, qui ut supra interfui.

Hewrardus humilis Episcopus interfui et subscripsi.

Adalmannus Episcopus interfui et subscripsi.

Aldegrassus Judex Regis interfui.

Adelbertus Judex Domni Regis interfui.

Farimundus Judex Domni Regis interfui.

B Atque hinc supplenda est Italia Sacra in Catalogo Episcoporum Concordiensium Tomo V. pag. 332. addito Adelmanno, quem Ughellius ignoravit. Ad haec hujus ope monumenti confirmari videtur sententia Pagii, scribentis, antecedente Anno DCCCCII. captum fuisse Veronae Ludovicum Augustum a Berengario, oculisque effossis coactum ex Italia cedere. Certe Anno DCCCCIII. & Januario Mense, Berengarium Regem pacifice sine aemulo Placentiae dominantem cernimus. Verum hac de re infra mihi sermo erit in Dissertat. XIV. de Servis. Charta autem haec scripta fuit ex jussione Sigifredi Comiti Sacri Palatii: quo exemplo rursus confirmatam videas, hosce Comites non tantummodo Palatii, sed etiam Sacri Palatii, fuisse appellatos. An ante Annum supra memoratum, atque ante Sigifredum Berengario fuerit quispiam alius Palatii Comes, ab Anno videlicet DCCCLXXVIII. quo is Regium titulum assumpsit, ignotum est mihi. Fortasse quod Ticinum, sedes eo tempore Palatini Comitis, in ditione Guidonis, Lamberti, & Ludovici Augustorum, fere semper stetit, Berengarius ab instituendo altero Comite Palatii sui temperavit. Quod certum, Segefredo successit in eo munere Odelvicus Marchio. Hunc ipsum, antequam ejusmodi dignitate augetur, innuere videtur Anonymus Panegyrista Berengarii Augusti, Tomo

Tomo II. pag. 393. Rer. Italicar. iis versibus :

*Vicinoque suas cogens ab limite turbas
Olvicus, Latium Hadriacis qua clauditur undis.*

Quibus ex verbis infert Hadrianus Valesius, eo tempore Odelricum Forojulienſi Marchiae praefuiſſe. Meminit idem Berengarius *Odelrici inſcripti Marchionis, Sacri Palatii noſtri glorioſi Comitit*, in Diplomate Anni DCCCC. XX. pro Modoëtienſi Eccleſia apud Ughellium Tom. 4. Ital. Sacr. in Archiepiſcop. Mediolanenſ. Itaque is du-

A plici munere functus eſt. At ſubinde tot beneficiis a Berengario receptis ingratus, teſtante Liutprando ejus aevi Hiſtorico Hiſtor. Lib. 2. Cap. 15. rebellibus ejusdem Berengarii ſe adjunxit. Appellatur autem ab ipſo *Odelricus Palatii Comes, qui ex Suevo- rum ſanguine duxerat originem*; eumque poſtea ſublato Hungororum gladiis, idem ipſe ſcribit. Juvat nunc proferre monumentum nondum publici juris factum, ubi ejus mentio occurrit, ex praeſeſſato Regeſto Civitatis Cremonenſis deſcriptum.

Diploma Berengarii Imperatoris, quo Bertae filiae ſuae Abbatiffae Monasterii Placentini Sancti Sixti, regimen & omnia bona ac jura ejusdem Coenobii confirmat, Anno 917.

IN nomine Dei eterni. Berengarius divina favente clementia Imperator Augustus. Si petitionibus fidelium noſtrorum libenter annuimus, devotiores eos ad noſtre pietatis fidelitatis obſequia reddimus. Quo circa omnium univerſalis Eccleſie fidelium noſtrorum videlicet preſentium ac futurorum noverit industria, qualiter Oldericus illuſter Marchio, Sacrique Palatii noſtri Comes, & dilectus fidelis noſter, ſuppliciter noſtram exoravit majeſtatem, quatinus ob amorem ſuperne remunerationis per noſtri paginam quoddam Monasterium infra Civitatem Placentinam à beate videlicet memorie Angelberga Imperatrice conſtructum, & in honore Sancti Syſti dedicatum, Bertae dilectiffime filie noſtre cum omnibus ſuis pertinenciis confirmare dignavemur, ſimul quoque roborantes. & in perpetuum concedentes eidem Monasterio quoddam Cortes, Guardistallam ſcilicet, Luzariam, Littora Paludana, Villole, Pigunariam, Curtem Novam, atque Campum Miliacium, & omnia queconque memorata Im-

C peratrix per institutionis ſue paginam ubique idem Cenobium diſſinivit habendum. Cujus petitionem tota devotione ſuſcipientes id fieri annuimus, hoc noſtrum Preceptum ſcribi jubentes, per quod prelibate Filie noſtre idem Monasterium confirmamus, quatinus in ſua ſit poteſtate & dominio, quouſque vixerit, & ibidem domina & ordinatrix atque retrix invigilet ac permaneat, donec ejus fuerit vita; per quod etiam in preſcripto venerabili loco concedimus ac confirmamus omnes res in poſſeſſiones mobiles & immobiles, tam per Cartulas quam extra Cartulas, vei cujuſcumque inſcriptionis titulo ad partem ipſius Monasterii per Precepta legimus acquiſitas & acquirendas, ſeu quicquid per Regum vel Imperatorum antecellorum noſtrorum Precepta ad eundem ſacrum locum collatum eſt; atque Cellulam quendam, que antiquitus Monasterium dicebatur, non procul à Placentina Urbe ſitam loco, qui Caput Trebie vocatur, in qua Eccleſia Apoſtolorum Principis honore dicata conſiſtit cum

omnibus

omnibus inibi pertinentibus, quemadmodum Karlomannus ferenissimus Rex & confobrinus noster eandem Cellulam cum universis appendiciis suis largitus est eidem Monasterio, proprietario jure, prenominato venerabili loco per hoc nostre auctoritatis preceptum ex integro perdonamus, largimur, confirmamus, ac modis omnibus corroboramus; familias quoque utriusque sexus & conditionis cum Curtibus & Capellis, earumque appendiciis, Castellis, castis, vineis, campis, pascuis, pratis, silvis, sationibus, paludibus, aquis, aquarumque decursibus, molendinis, fluminibus, piscationibus, ripis, rupinis, montibus, collibus, vallibus, ac planiciebus cultis & incultis, divisis & indivisis, mercationibus, vicigalibus, districtionibus suis, ancillis, aldii & aldianis, & omnibus, que di-

A ci aut nominari possunt, ad idem Monasterium juste & legaliter respicientibus, in integrum confirmamus, ita videlicet, ut prelibata Filia nostra quousque vixerit, hac nostra auctoritate roborata de prescriptis rebus eidem Monasterio pertinentibus tam per Preceptorum paginam, ut diximus, quamque per aliarum Instrumenta Cartarum, & acquisitis & acquirendis, potestative faciat, omnium magnarum parvarumque personarum molestatione remota. Si quis vero hanc nostram auctoritatem violare temptaverit, centum quinquaginta Libras auri optimi componere cogatur, medietatem Camere nostre, & medietatem jam dicte Fiute nostre. Quod ut verius credatur, diligentiusque ab omnibus observetur, manu propria roborantes & anulo nostro jussimus insigniri.

Signum Domni

B^SNE

Berengarii piissimi Imperatoris.

Johannes Episcopus & Cancellarius ad usum Ardengi Archicancellarii Episcopi recognovi & subscripsi.

Dat. VI. Kalend. Septembris, Anno Dominice incarnationis DCCCCXVI. Domni vero Berengarii piissimi Regis XXVIII. Imperii autem sui II. Indictione V.

Actum in Curte Sinna, in Christi nomine feliciter. Amen.

Notae Chronologicae Diplomatis hujus aliquantulum me remorantur. Heic Annus Imperii à Chronologia Pagii discordat. Quum enim Anno DCCCCXVI. secundum calculos ejusdem Pagii, atque ut ego etiam assentio, Paschali die Berengarius Romanorum Imperator fuerit renuntiat, Augusto mense Anni ejusdem decurrere non potuit Secundus Annus Imperii. Neque Indictio V. decurrebat VI. Kalendas Septembris Anni DCCCCXVI. sed quidem decurrere coepit

Tomo I.

D Kalendis ipsis proximis. Difficile etiam cum eodem Anno DCCCCXVI. componas Annum XXVIII. Regni, quando ipsum Berengarius iniiit primis mensibus Anni DCCCLXXXVIII. uti ostendit perquam erudite Comes Donatus Silva in Dissertatione edita Tomo II. *Res. Italicar.* pag. 416. Quare pro Anno DCCCCXVI. scribendum puto DCCCCXVII. Sed his dimissis, de quibus fusius disputabitur in Dissertat. LVI. *de Relig.* & supra actum fuit in Dissertat. V. *de Ducibus,*

R r

bus,

bus, venio ad tempora Hugonis Italiae Regis. Sub primis illius Regni annis Palatii Comitem invenio *Giselbertum*, quem Anno DCCCCXXVI. ipse Rex in privilegio concessio Guidoni Episcopo Placentino, atque edito in Histor. Eccles. Placent. à Campio Tom. I. pag. 483. appellat *Giselbertum Sacri* (heic etiam animadvertit vocabulum *Sacri*) *Palatii gloriosum Comitem*. Ejus quoque nomen servavit nobis alterum Diploma ejusdem Hugonis, infra in Dissertat. VIII. proxime sequenti evulgandum. Atque hic non alius sententiâ meâ fuisse videtur ab illo, qui ante paucos annos, Liutprando teste Histor. Lib. 2. Cap. 17. rebellem se prodiderat Berengario I. Imperatori, atque ab eo Historico dicitur *Gilebertus praedives Comes & strenuus*. Non abstulit ei vitam, quum posset, Berengarius; at ille beneficium clementi Augusto male rependit; Rodolphum enim Burgundiae Regem adversus eundem Berengarium in Italiam accivit, atque, ut conjicere possumus, deinde advocavit & Hugonem, stabiliiori postea fortuna Italiâ potitum. Porro Hugone regnante auctor est idem Liutprandus Lib. 3. Cap. 10. seditionem excitatam fuisse à Gualberto potenti Judice Ticini, qui *Razam natam suam Gileberto Comiti Palatii sociaverat*. Praeterea sub eodem Hugone alterum *Comitem Palatii* mihi detexit fragmentum membranae existentis in Regesto antiquissimo Episcopii Cremonensis. Haec ibi verba: *Dum in Dei nomine in judicio federet Sarilo Comes Sacri Palatii, in Sala Grasoni in Civitate Cremonae, sedentibus cum eo Rotardo &c. & aliis pluribus. In eorum praesentia venit Dagibertus venerabilis Cremonensis Episcopus, & cum eo Audevertus Advocatus ipsius, & ostendit Praeceptum, in quo*

A *retinebatur, sicut infra continetur. In nomine Dei aeterni. Ugo gratia Dei Rex....* reliqua desiderantur. Si quis conjecturae locus, *Sarilo* iste idem fuit ac *Sario Burgundionum ex gente progenitus*, quem saepe memoratus Liutprandus Ticinensis Historicus Lib. 5. Cap. 2. ab Hugone Rege missum tradit, ut è Spoletano Ducatu dejiceret Anicharium Ducem: quod & ille post durum proelium peregit. Interempto autem Anichario *Sarilus Marchia se cure potitur, & Rex Hugo gaudio immenso afficitur. Sarilonis Marchionis est mentio in Chronico Farfensi Par. II. Tomi II. Rer. Italicar. Cremonensis Episcopus Dagibertus in Chartae fragmento laudatus, à Sicardo in Chronico appellatur Dalbertus, & ab Ughellio Darimbertus: atque is est, qui successorem in Episcopatu habuit nuper memoratum Liutprandum Historicum. Eum quippe inveni Anno quoque DCCCCXX. viventem, uti fidem faciet Charta ejusdem Regesti Cremonensis, scripta *Berengarius & Adalbertus Reges. Anni Regni eorum X. mense Junio, Indictione III. Commutatio bone fidei noscitur esse contractus, ut vicem emptionis obtineat firmitatem &c. Placuit itaque, & bona convenit voluntate inter Dominus Dagibertus reverentissimus Cremonensis Ecclesie Episcopus, necnon & inter Atto Comes..... Wiberti itemque Comiti de loco.....* Commutatur ibi ingens copia fundorum. Ad haec regnante Hugone supra laudato, ad idem munus evehctus fuit *Enesarichus Comes Palatii*, cujus Placitum Anno DCCCCXXXV. habitum Ticini proferam in Dissertat. XXXI. de Placitis. Sed ibi pro *Enesarichus* legendum reor *Sarilo*, ut ibi monui. Hunc deinde excepit *Hubertus* eidem Hugoni Regi natus extra nuptias è Wandelmunda nobili femina; qui simul*

Dux

Dux & Marchio Tusciae praefuit. Et A quoniam de illo plura attuli in Antiquit. Estensib. Par. I. Cap. XV. heic unum Diploma evulgabo, ubi is ap-

pellatur Sacri Palatii Comes, de promptum ex archetypo existente in Archivo Capituli Canonicoꝝ Regiensium.

Hugonis & Lotharii Regum Italiae Diploma, quo Curticellam quamdam confirmant Canonicis Regiensibus Anno 942.

IN nomine Domini Jesu Christi Dei aeterni. Hugo & Lotharius gratia Dei serenissimi & piissimi Reges. Si petitionibus servorum Dei &c. Notum sit igitur omnibus sanctae Dei Ecclesiae, nostrisque praesentibus scilicet fidelibus atque futuris, Hubertum Marchionem inclitum, nostrique Sacri Palatii Comitum, & Helisardum illustrem Comitum, nostram supplici devotione adiiisse clemenciam, quatinus pro Dei amore, ac Beatae semper Virginis Mariae, Sanctique Prosperi, animarumque nostrarum augmento, ut Fratribus inibi Deo famulantibus Canonicae Sanctae Dei Regensis Ecclesiae, per nostrum auctoritatis & tuitionis Preceptum largivemur, atque confirmaremus Curticellulam quamdam, quae vocatur Sp..... go, quae videtur pertinere de Curte Massa, quae à Berta quondam Comitissa, quae in eadem requiescit Ecclesia, ipsi Canonicae pro salute animae suae, suorumque parentum

B dono conlata est. Quorum precibus libenti animo pietatis nostrae assensum prebentes, jam satam Curticellulam pro Dei amore, animarumque nostrarum remuneratione, cum omnibus suis pertinentiis & adjacentiis in integrum, idest cum servis & ancillis, campis, vineis &c. per hoc nostrae donationis & confirmationis Preceptum..... concedimus, atque largimur: ut nullo unquam tempore praestatae Canonicae, & qui famulatum Deo, ejusque Genitrici exhibuerint, de iam dicta Curticella..... aut Vicecomes, vel Sculdasio, sive Gastaldus, aut aliquis... tor Reipublice, magna parvaque persona, vim aut contraretatem aliquam inferre presumat; sed faciant de sepe nominata Curticellula ipsius Canonice Ministri.... **D** ore fuerint, secundum libitum suum & voluntatem quicquid illis melius visum fuerit ad honorem sancti ipsius loci, remota tocus potestatis inquietudine vel diminutione. Si quis igitur &c.

Signum Serenissimorum

HY **TR**

Hugonis & Lotharii Regum.

Giselfrandus Cancellarius ad vicem Bosonis Episcopi & Archicancellarii recognovi & subscripsi.

Locus Sigilli. Membrana ibi in quatuor partes concisa: sed nullum vestigium cerae unquam ibi positae, ut in reliquis apparere solet.

Data IV. Idus Junii, Anno Dominicae Incarnationis DCCCCXLII. Regni vero Domini Hugonis Regis XVII. Lotharii XIII. Indictione..... Papiae. AMHN.

Delatis postea Ottoni Magno Romani Imperii fascibus, *Comitem Palatii* egisse deprehenditur *Obertus Marchio*, unus ex progenitoribus Atestinorum Principum: cujus quoniam varia Acta protuli in Antiquitat. Estensibus, Part. I. Cap. XVI. ab Anno DCCCCLXII. usque ad Annum DCCCCLXXII. ideo heic nomen illius duntaxat commemorasse satis foret. In Diplomate Ottonis Magni dato Asteni Ecclesiae Anno DCCCC. LXII. apud Ughellium Tom. 4. Ital. Sacr. inter testes recensetur *Obertus Sacri Palatii Comes*, vitiato illius nomine: quo morbo innumeris in locis Italia Sacra laborat. Memoratur autem à Clariss. P. D. Guidone Grandio Camaldulensi Abbate in Epistol. de Pandectis Anno 1727. Florentiae edita, quaedam Charta in Tabulario Archiepiscopi Pisani adservata. Scri-

A pta fuit Regnante Domino nostro Otto Imperator Augusto, filio bone memorie Ottonis Imperator, Anno Imperii ejus in Italia octavo, Idus Octobris (idest Anno Christi DCCCCLXXV.) Ibi Adalbertus & Obertus germani Marchioni, filii bone memorie Oberti Marchionis & Comitis Palatii, complura bona ab Ecclesia Pisana in emphiteusim accipiunt. Haec mire illustrant, quae in eisdem Antiquitatib. Estensibus distulerui de filiis praelaudati Oberti Comitis Palatii atque Marchionis, è quorum tam Estenses Marchiones celeberrimi, postea Mutinae, Regii &c. Duces, quàm inclyta Brunsvicensium Ducum, nunc magnae Britanniae Regum, progenies, rectâ lineâ descendunt.

C Egregiam Chartam, summopere à me concupitam, quia amicus Grandius communem mecum voluit, Lectoribus & ego legendam exhibeo.

Praestaria Alberici Episcopi Pisani, per quam Oberto & Adelberto Marchionibus filiis olim Oberti Marchionis & Comitis Palatii immanem copiam bonorum in emphiteusim concedit, Anno 975.

I N nomine Dei aeterni. Regnante Domino nostro Otto imperator Augusto filio bone memorie Ottonis Imperator, Anno Imperii ejus in Italia octavo, Idus Octobris Manifestissimus nos Adalbertus & Obertus germani Marchioni, filii bone memorie Oberti Marchionis & Comitis Palatii, quia tu Albericus gratia Dei hujus sancte Pisane Ecclesie umilis Episcopus, per Chartam livellario nomine ac censum perexolvendum dedisti nobis, idest omnibus castis & rebus illis juris Ecclesie vestre Sancti Johannis Baptiste, & Sancti Petri Plebem Baptistalis sita a Rio prope Vico Fitri. Castis vero ipsis tam dominicatis, quam

D & massariis cum Ecclesiis & titulis subiectis ipsius Plebis, cum fundamentis & universis fabricis suis, cum Curtis, ortis, terris, vineis, olivetis, pascuis, cultis rebus, vel incultis, omnia & in omnibus rebus tam dominicatis, quam & massariis, quantas ubique in qualibet locis vel vocabulis ad ipsam sanctam Plebem & ad Ecclesiam & titulis ipsius Plebis pertinentibus, cum movilia & familias, quantas modo ibi pertinent, atque in antea ibidem pertinere videbitur, in integrum nobis eas livellario nomine dedisti, seu & libellario nomine dedisti, idest omnem redditum & debitionem illas, quas singulis omnibus, qui sunt abitantibus in Villis

Villas illis nuncupantes Rabida, Monticelo, Scandicio, Blentina, Flexo, Anglo, Pericetto, Ermentiano, Alfiano, Tricase, Vico Vitri, Ortalia, Bulisciano, vel que in aliis Villis habitantes sunt aut fuerint, in integrum nobis eas libellario nomine dedisti; simul & libellario nomine dedisti nobis, idest duodecim inter Casis & Casinis seu Ortis & rebus massariciis juris Ecclesie vestre Sancti Johannis Baptistae & Sancti Petri, quod est Plebe Baptismalis sita alla Vena; casis & rebus vero ipsis esse videtur in loco & fundo Oliveto. Una ex ipsis detinet Urso & Johanni Germani Massarii..... lumbro. Tertia Aggo. Quarta detinet Goprando. Quinta Martino. Sexta Dominico. Septima detinet filii Leoni. Octava detinet Levine. Nona Johannis. Decima Adalberto. Undecima alio Johanni. Duodecima Lamberto: cum Ecclesiis subjectis ipsius Plebis, duo in honorem Beate Virginis Marie, una ex ipsa sita Luto, alia ad Anceniana, tertia in honorem Sancti Georgii sita in eodem loco Cifano. Has de omnis nostris casis & casinis, ortis & rebus massariciis, cum jam dictis Ecclesiis & titulis subjectis ipsius Plebis, seu cum aliis casis & rebus ad eandem sancte Plebis generalem..... in integrum ubicumque pertinentibus, cum fundamentis & universis fabricis suis, curtis, ortis, vineis, olivis, silvis, virgareis, pratis, pascuis, cultis rebus vel incultis, cum moviliis omnia & familias & in omnibus rebus quantas ubique in qualibet locis ad ambo supradictae Plebis & jam dictis Ecclesiis & titulis & ad prenominate Villis sunt pertinentes fuerint. Quem Plebis ipse esse videntur de sub regimine & potestate supradictae Ecclesie Episcopatus vestro sancto Marie, in integrum eas nobis libellario nomine dedisti. Item & libellario

A nomine dedisti, idest Ecclesia illa, cui vocabulum est Sancti Quirici, & fundamento & casalino illo de Ecclesia Sancte Juliane in loco Cornathano juris ipsius Episcopatus vestro: Ecclesia vero ipsa Sancti Quirici cum fundamento & edificio suo & jam dicto casalino Ecclesie Juliane, cum omnibus rebus dominicatis & rebus massariciis ad eas pertinentibus, cum curtis, ortis, terris, vineis, olivis, silvis, virgaretis, pratis, pascuis, cultis rebus vel incultis, omnia & in omnibus rebus quantas ubique in qualibet locis vel vocabulis tam dominicatis quam & massariciis ad easdem Ecclesias Sancti Quirici & Sancte Juliane sunt pertinentibus in integrum & ut superius dixi, predictum redditum & debitionem de jam dictis Villis, que ad ambo supradictae Ecclesie Plebis consuetudi omnibus supradictis villis, qui ibidem habitantibus atque in antea habitare videtur consuetudi vel debiti sunt reddendi, atque in aliis Villis habitantes sunt, tam vino, labore, olco, lino, argentum, bestiis, vel qualibet rem de ipso redditum ad jam dictae ambo Plebem pertinentibus in integrum, eas libellario nomine dedisti tali ordine, ut da amodum in nostra, qui supra germani, vel de nostris hereditibus & hac prohereditibus nostris, sive de illo personis omnibus, cui nos libellario nomine dederimus, vel habere constituerimus, & de eorum hereditibus sint & permaneant potestatem, omnibus supradictis casis & rebus, seu moviliis & familias, atque jam dicto reddito & debitionem de ambo suprascripse sancte Plebis pertinentibus, atque in antea ibidem pertinere dignoscitur; eos habendi, tenendi, imperandi, laborare faciendi, & nobis eas privato nomine usufructandi. Et faciamus exinde ex frugibus earum rerum vel censum, quibus exinde Dominus dederat, & predictas fami-

familias ad serviendum quidquid voluerimus, & jam dicto reditu & debitionem, quam nobis dedistis, habendi & requirendi seu recoliendi & nobis eas privato nomen usufructuandi, si tamen licentiam & potestatem habeamus nos supradicti germani, & ad heredibus ac proheredibus nostris, sive cui nos eas li-

vellario nomine dederimus vel habere constituerimus, & de herumque heredibus sive hominibus nostris in ipsam sanctam Plebem introire, & movilias illas, que ibidem inveniremus & exinde nos astrahere, & movilias nostras intus mittendi & foras trahendi & tollendi. Et faciamus exinde quidquid voluerimus sine omni vestra & successoribus vestris salumnia vel contradictionem seu repitionem, nisi tantum per omnem censum & justitiam exinde vobis, vel ad posterisque successoribus ad pars predictae ambo Plebis vestre singulis quibusque annis per omnem Mensem Martio censum exinde reddere debeamus ad Curtem vestram dominicam infra suprascripta Civitate Pisa ad Ecclesiam Sancti Georgii per nos aut per Misso nostro vobis, vel à missa vestro, argentum Solidos triginta de bonis Denarios expendibilis, duodecim Denarios per singulos Solidos racionatos tantum. Et si ad nos vobis hec omnia qualiter superius legitur, per singulos annos taliter non adimpleverimus & non conservaverimus, aut si supradictas casis & rebus & predicto reddito & debitionem, sicut superius legitur, quas nobis dedistis, relaxaverimus, vel si per nos pejorata fuerit, spondimus nos, qui supra Adalberto & Oberto germani Marchioni una cum nostris heredibus componere tibi qui supra Albericus Episcopus, vel ad posterisque successoribus suis, penam argenti optimi Libras centum, quia taliter inter nos convenimus; & duo inter nos Libelli Petrum Notarium & Judex Domni Imperatoris scribere rogavimus.

Actum Pisa.

- A
- ✠ Adalbertus Marchio a nos facto subscripsi.
 - ✠ Obertus Marchio a nos facto subscripsi.
 - ✠ Ego Gottifredus rogatus testis subscripsi.
 - ✠ Ego Benedictus Judex Domni Imperatoris subscripsi.
- B
- ✠ Ego Johannes Notarius Domni Imperatoris, rogatus testis subscripsi.
 - ✠ Ego Theubaldus Judex Domni Imperatoris subscripsi.
 - ✠ Ego Alboni rogatus testis subscripsi.
 - ✠ Ego Petrus Notarius & Judex Domni Imperatoris, post tradita complevi & dedi.

Atque hinc etiam lucem mutuatur, quae Cap. 20. earundem Antiquitatum Estensium differui de Terra Obertenga, quae protendebatur in Comitatus Arretino, Lucensi, Pisensi, spectabatque seculo Christi Decimo ad vetustos Marchiones, unde Atestini Principes descendunt. Sed hisce dimissis, mecum accedat Lector ad perpendendam Placiti Chartam, quae legitur in Chronico à me edito Sancti Vincentii ad Vulturum, Part. II. Tomi I. Rer. Italicar. pag. 443. Scilicet Anno DCCCCLXX. verfabatur in agro Marficano Otto I. Imperator, ibique una cum Pandulpho Principe Capuano, Duce & Marchione, publicum judicium habuit, assidente etiam Ezeca Comite Palatii, qui & ante reliquos subscripsisse deprehenditur iis verbis: Signum Ezeca Comitum Palatii. Quei ergo, vivente adhuc Oberto Marchione & Comite Palatii, alterum heic habemus Palatii Comitum? Certe Regnum Italicum ab uno Comite Palatii regi olim consuevit. Statuendum ergo, aut iis temporibus constitutos fuisse ab Ottone Augusto duos Palatii Comites; aut Principibus Beneventanis, inter quos

com.

computatus est supra memoratus Pandulphus, cui agnomen *Caput Ferreum*, auctoritatem ac jus fuisse non solum *Sacri Palatii* nomine Aulam suam donandi, immo & *Sacratissimi Palatii*, ut constat ex variis eorum Chartis, sed etiam Regum more peculiarem sibi instituendi sui *Palatii Comitem*, eumque fuisse praeaudatum *Ezecam*. In eodem quoque Diplomate occurrit *Sico Marchio Sacri Palatii*: quod munus, siquidem nos non fefellerint Amanuenses, in quo situm foret, vix quisquam edisserat. Se quoque nobis offerunt in iis regionibus alii duo *Palatii Comites* apud Ughellium Tom. 8. Ital. Sacr. pag. 661. Memoratur enim in Diplomate Pandulphi & Landulphi Principum Beneventanorum vinea, quam *Rodfrid Comes nostri Palatii*, filius *Madelfrid Comitis ejusdem Palatii* obtulit &c. Ita & apud Ostiensem in Chronico Casinens. Lib. 3. Cap. 37. *Gregorius Comes Palatii* floruisse dicitur Anno MLXXII. In Additamentis ad Chronicon Casauriense Part. II. Tomi II. *Rer. Italic.* alterum simile Placitum occurrit, eodem Anno DCCCCLXX. habitum, in quo idem *Ezeca* appellatur *Dux & Marchio & Comes Palatii*. Floruit postea *Gisbertus Comes Palatii*, ejusque mentionem offendi in Charta Archivi Canonico- rum Cremonensium. Anno Christi DCCCCLXXIX. Ottone II. imperante, scriptam illam fuisse, indicant Notae istae Chronologicae: *Otto gratiâ Dei Imperator Augustus. Anno Imperii eius XII. Mense Februario Indictione VII.* Complectitur membrana illa commutationem praediorum inter *Andream Sanctae Laudensis Ecclesiae Episcopum*, & *Arnonem filium quondam Arivaldi de loco Causario*: atque inter agrorum fines memoratur à *Meridie Gisberti Comes Palatio*. Infra in Dis-

A fertat. XX. *de actib. Mulier.* tabulas ex Archivo Estensi depromptas dabo, Anno MXVII. scriptas, quibus Nonantolano Monasterio multa praedia donat *Bonifacius Marchio*, pater videlicet celeberrimae Comitissae *Mathildis*, ejusque conjux *Richelda filia bonae memoriae Gisberti Comes Palatii*. Ejus ergo genitor fuit *Gisbertus*, Anno DCCCCLXXIX. in Charta Cremonensi laudatus, quem *Principis* titulo donat *Donizo* in Poëmate de reb. gest. Comitissae *Mathildis*, de *Bonifacio* scribens:

Marchio Richildam praetaxatus Comitissam,
Quae Gisberti de sanguine Principis exit,
Duxit in uxorem.

Atque is fortasse nepos alterius *Gisberti*, quem regnante Hugone Rege *Comitem Palatii* invenimus. Non ergo *Richilda* filia fuerit *Gisberti Comitis Lucemburgensis*; quod opinati sunt *Franciscus Maria Florentinus* in *Vita Comitissae Mathildis*, ac praeaudatus *Benedictus Bacchinius*. *Lanfrancum* quoque ejusdem *Richildae* fratrem, Anno 1017. *Comitem Palatii* egisse, eadem Charta mihi evulganda in nuper memorata *Dissert. XX. de actib. Mulier.* prodet. Porro quis alius dignitate *Comitis Palatii* functus fuerit, imperantibus Ottone Primo & Secundo, nondum detexi. At tamen juvat heic producere nobilissimum Placitum Romae à *Benedicto VII.* Romano Pontifice Anno DCCCCLXXXIII. celebratum, quod ex *Tabulario* celeberrimi *Sublacensis Monasterii* descriptum ad me misit *Nicolaus Aloysia*, studiosus venerandae antiquitatis juvenis, meique amantissimus.

Placi-

Placitum Romanum à Benedicto VII. Papa habitum, in quo Leo Abbas Sanctorum Cosmae & Damiani multa restituere cogitur Monasterio Sublacensi, Anno 983.

Charta refutationis de Arsule, de Rubiano, de Anticulo, & de aliis fundis, quae refutavit Leo Abbas Sanctorum Cosmae & Damiani ad Monasterium Sancti Benedicti.

A Nno pontificatus Domini Benedicti summi Pontifici, & universalis VII. Papae in sacratissima Sede Beati Petri Apostoli, Anno IX. sive Domino Ottone II. magno Imperatore, sue Coronationis Quintodecimo Anno, sed & hujus Aprilis Mensis, Indictione XI. Ut ea, quae legaliter diffinita sunt ante presentia Dativorum Judicum, iterum non..... Et quia humana mens semper in cogitatione presentem nullo modo perfectam valeat ubique habere memoriam: ideo crudelitissimi sanxere, ut per scripturarum seriem texantur ea, quae ab ipsis fuerint diffinita, & omnem totius litis amoveant questionem. Hanc Judicati paginam esse adscriptam jurventibus assententibusque Judicibus sacratissime Urbis Rome, qualiter in presentia sanctissimi Pape & venerabilium Episcoporum & diversi gradum Clericorum Apostolice Sedis, nec non & multorum illustrium Virorum, quorum nomina inferius propriis manibus subnotantur, & hic presentia incipiunt nomina; videlicet jam dicto Pretul una cum Giribertus sancte Tortonenſis Ecclesie Episcopus; Petrus Episcopus Papiensis Ecclesie (is enim antebobus per consensu Pontifici, ac jussione Imperatoriâ, curâ audiendi veritatem eo missi sunt) Gregorius sancte Albanensis Ecclesie Episcopus; Leo sancte Ecclesie Ostiensis Episcopus; Johannes virum venerabilem Abbas Monasterii Sancte Marie, quod situm est ad Farfa; Roizi prudentissimus Abbas

A Beati Pauli Apostoli; Petrus Presbiter & Abbas Monasterii Sancti Confessoris adque Pontificis Basilii; Johannes venerabilis Diaconus Sancte Romane Ecclesie; Stephanus Dei providentiâ Sancte Sedis Apostolice Primicerius; Leo Dei pietate Archario Sancte summe Apostolice Sedis; Aczoni Dei gratiâ Protoscinarius & Apocriſarius sancte Sedis Apostolice; Rigozo & Benedictus Dativorum Judicibus; Johannes Consul, qui vocatur Primicerius; Sergius Comes Palatii; Aczo qui & Abbo nominatur; Johannes Primicerius; Berardus Comes Civitatis Tiburtine; Agino. His omnibus & plures astantibus in Basilica Beati Petri Apostolorum Principis intro Ospitale, in eo usualis est nominati Pape dormiendum; in eorum presentia evenit Benedictus humilis Presbiter, hac Prepositum venerabilis Monasterii Beati Patris Benedicti & Sancte Scholastice, quod ponitur in Sublaco, una cum Johannes Presbiter & Monacho, atque Petrus item Monacho: omnes hi pro ex persona illorum Abbati, qui ibi minime aderat propter gravem infirmitatem, quam sui corporis districtum habebat. Sed predictis his tribus nominatis Monachi, qui majori & perscrutatori suprascripti Monasterii sunt, proclamaverunt in conventu jam dicti Presuli, dicentes:

Domine sanctissime Papa, & vos omnes deprecamus vestre clementie, ut

ut audiatis atque intendatis nostre postulationi, quam nunc modo per triennium annum in vestro sacro Lateranensis Palatio egimus, & modo vestri auris pateant audiendi. Dicimus de isto Leoni Abbati Monasterii Sanctorum Cosme & Damiani, quod ponitur in Cave, quia contra nostri Monasterii insidiatus est, & etiam res quas sanctorum tuorum antecessorum hujus Cathedra Apostolorum Petri pro Privilegiis hac Preceptis ex vestri Scrinii nostro Monasterio concessere, hic distrahere hac dissipare cupit. Quia omnem possibilitatem sui Monasterii alienavit, & nostrum, quod caput est, Monasterium in eadem dissipatione cupit videre. Tunc nominatus Presul cum Judicibus adversum Leone Abbate dixerunt: Cur tu tanta superstitione contra Monasterium Sancti Benedicti egisti, qui ex ejus doctrina celestia debes consequi? Et beatus Gregorius loquitur, dicens: si tua dimittere non vis, aliena vide nequaquam appetere: *Ad hec Leoni Abbas dicens: Nolit Dominus; ut ego illorum locis vel aliquam possibilitatem Monasterii Sancti Benedicti abstulissim. Sed ea, que ipsi postulant, sicut in nostro continetur Privilegio, ita detineo. Judices dixerunt: Coram nobis proferant Scriptiones, & ea, que anteriores apparent, in ipsis constat. Tunc Leoni Abbati proferens suam Scriptionem in manu judici, dixit: Videte, si nobis justum est; non litis amplius faciam. Tunc Stephanus Primicerius legere cepit. Joannes Diaconus audito, quod tempore Alberici olim Romanorum Patricii fuisset id scriptum, ait: Sufficit nobis. Iterum modo videamus Monasterii Sancti Benedicti Scriptiones. Eadem ora Benedictus Presbiter ac Prepositus suis Privilegiis hac Precepta ostendit.*

Tom. I.

A Tunc supradictis Joanne Diacono & Judicibus pariter apprehenderunt ipsa, & incipiebant legere. Primum inventum est, ut in suprascripto Monasterio Sancti Benedicti confirmatum fuisset locis, que subter nominandi sunt, Zacherie sancte memorie. Secundum sanctissimi Pape Gregorii. Tertium pie memorie Nicolai Rome Presul. Quartum confirmationis Pape Benedicti. Et ceteri Lodoyci & Caroli sanctissimorum Imperatorum constitutum est. Audito suprascriptorum Presulum nomina & eorum sancte operationis, & summe Imperatoris virtutem, quod ei non alium, nisi pro illorum sanctitatis & remunerationis anime concessisse dicuntur, & qui hec frangere cupit, aut aliquid minuere sine consensu Fratrum voluerint, dubium non sit, ut ad Regna Dei possit accedere: Tunc Presul Benedictus una cum Episcopi & Judicibus dixit: Locis omnibus nominandi sunt. Et invenerunt Massa Juventiana, seu Seminario. Item locum, qui vocatur Sancti Paulini cum Ecclesia Sancti Petri, incipiente ab aqua & arce, qui vocatur D Ferrata. Seu Monte, qui vocatur Ruviano, in quo Ecclesia fuit Sancte Mario. Atque Monte, qui vocatur Arsule. Necnon Pantana, que dicitur Rudimundi. Et locus, in quo est aqua que dicitur Bullica. Simulque Serra, que dicitur Sancti Jobanni Pari modo & alium, qui & Anticolo vocatur; & Monte, qui vocatur Cruso: omnia sibi invicem coherentes.

E Cum autem has locis nominatis omnes cum illorum terminibus in jam satis Privilegiorum, omnes dicunt a jam nominato Leoni Abbati, & a sua Congregatione, qui ibi aderant: Te audiente atque vidente in istis locis vestri Monasterii nihil pertinet, si non est consensu hoc Fratrum. Tantum enim, sicuti legere audistis, nominatis lo-

S s

cis

cis in Monasterio Sancti Benedicti, cuius res est, presens refutent. Jam superscriptus Leo Abbas cum cognovisset veritatem, per baculum cunctis locis, que supra legitur, cum sua simul Congregatione, Monasterio Sancti Benedicti in omnibus refutavit. Tunc Presul similiter ex una parte investivit dicens: Omnem rem sancte Ecclesie, de qua ablata fuerant, ut predictum est penitus revertatur; & in ipsius dominio sub vestrorum successorumque vestrorum potestatem sine omnem ambiguitatem permaneat cum omnibus, que a superscriptis locis pertinent. Taliter ab omnibus Judicibus Dativis sancitum & inviolabiliter est diffinitum. Hoc siquidem Judicatum precipiente Domino Benedicto summo Pontifici & universali

Pape, mihi Benedictus Scriniario sancte Romane Ecclesie, predictis Judicibus Dativis consentiendo & promulgando scribere dicta verba. In quos jam nominati propriis manibus pro ampliore & firmiore stabilitate subscripserunt sub die, anno, mense, & Indictione supradicta XI.

Ego Benedictus Sancte Catholice & Apostolice Ecclesie VII. Presul subscripsi.

Ego Geribertus sancte Turtonensis Ecclesie Episcopus huic Judicati perpetualiter Charte interfui.

Petrus Papiensis Ecclesie Episcopus huic Judicati paginam perpetualiter, sicuti supra legitur, interfui.

Ego Johannes indignus Diaconus Sancte Romane Ecclesie huic refutationis Charte interfui & subscripsi.

Gregorius Episcopus sancte Albanensis Ecclesie huic refutationis Charte interfui & subscripsi.

Leo Ostiensis Episcopus huic refutationis, sicut supra memoratus est, interfui & subscripsi.

Stephanus natus Dei Narniensis Ecclesie Episcopus huic refutationis Charte interfui.

A Stephanus Dei providentia Primicerius huic refutationis Charte interfui.

Leo Domini gratia vocatus Arcario sancte Apostolice Sedis huic refutationis Charte interfui.

Azo Dei pietate Protoscribarius & Apocrifarius Romane Ecclesie interfui & subscripsi.

B Rigizo nutu Dei Datibus Judex huic refutationis Charte interfui.

Benedictus Datibus Judex in hac brevi memoratoria manus subscripsi.

Sergius Comes Palatii huic refutationi interfui.

Berardus inclitus Comes Tiburtine interfui & subscripsi.

Johannes in Dei nomine Consul & Dux huic refutationis Charte interfui.

C Ego Benedictus Dei gratia Scriniarius sancte Romane Ecclesie, & scriptor hujus, post omnium testium subscriptionem & traditionem complevi & absolvi.

Egregium monumentum istud appellavi, quod tot illustrium Virorum ac Magistratum Romane Curiae nomina complectatur. In apographo ad me misso Giriberus sancte Toronenfis Ecclesie Episcopus, & in subscriptione Turunenfis legebatur. Ego restituendum censui Toronenfis. Ughellius in Ital. Sacr. Tom. 4. eum Giselprandum, sive Geriprandum, seu Giseprandum, sive ut alii volunt Esperandum, & Gibertum appellat. Emendanda haec omnia. Germanum fortasse illius nomen fuit Gerbertus; idem verò hoc est atque Girbertus, sive Giribertus. In Chronico Vultur-nensi, quod a me divulgatum est Part. II. Tomi I. Rer. Italic. pag. 465. Placitum habetur in agro Marsicano habitum Anno DCCCCLXXXI. cui praefuere Petrus Episcopus de Pavia, & Gribertus Episcopus de Derdona (idest Derthona) Missi sacri Palatii, idem

dem videlicet, qui Romano Placito nunc a me edito interfuere *per consensum Pontificis, ac iussione Imperatoria*. Heic etiam nobis occurrit *Stephanus Narniensis Ecclesiae Episcopus*, Ughellio ignotus, ac propterea in Catalogum Episcoporum illius Urbis inferendus. Occurrit etiam & *Sergius Comes Palatii*. Verum non is, ut arbitror, fungebatur amplissima dignitate *Comitis sacri Palatii*, de qua haecenus egimus, & quam Imperatores & Reges Italiae conferebant. Alioquin is reliquis Magistratibus praecessisset; neque ubi is erat, Missis regiis facultas relicta fuisset. Hic autem humili loco sedet in Placito

A isto. Quare hunc *Sergium* Magistratum Romanum fuisse reor, à Romanis Pontificibus electum, qui suprema auctoritate controversias inter Romanos dirimebat, & a quo nulla erat appellatio, ad instar Comitum Sacri Palatii Regni Italici constitutus, ac proinde illum non accenseo Comitibus Palatii Italici, quos haecenus recensui. Anno autem DCCCC-XCVI. certior factus sum a Charta Cremonensi, *Ardoinum* tunc eodem munere functum, ut ex ipso monumento patebit, quod ex autographo descripti, existente in Archivo Capituli Canonorum Cremonensium.

Arduini Comitis Palatii sententia in Placito Limitensi pronuntiata pro Episcopo Cremonae contra Walpertum Judicem, Anno 996.

D Um in Dei nomine, locus, ubi dicitur Limite, Iudiciaria Brixense, in prato proprio Episcopo ipsius sanctae Brixensis Ecclesiae, per data licentia Domni Adelberti Episcopi ipsius Episcopo, in iudicio residebat *Ardoinus Comes Palatii, iustitiam faciendam ac deliberandam, residentibus cum eo Riprandus Comes, Adelbertus, Geprando, Rainaldus, Petrus, Sigefredus, Gauselmus, Alfredus, Sichardus, Walfredus, & Nozo* Iudices Sacri Palatii, & reliqui plures. Ibiq; eorum veniens presentia *Rozo* Avocatus Episcopo sanctae Cremonensis Ecclesiae, nec non & ex alia parte *Walpertus* Judex, altercationes inter se abentes: & retulit ipse *Rozo* Avocatus: Habeo & teneo à parte ipsius Episcopi proprietatem casis & omnibus rebus, quas esse videntur in loco & fundo Cimeziana, qui recti & laborati sunt per Mauro & Calvo seu Armalii, liberi omnis. Et si quislibet homo

C adversum me exinde aliquid dicere vult, paratus sum cum eo exinde in ratione standum, & legitime finiendum. Et quod plus est, quero ut dicat iste *Walpertus* Judex, qui hic ad presens est, si mihi, aut pars ipsius Episcopi predictis omnibus rebus contradicere aut subtrahere vult, vel si propria ipsius Episcopi esse debent cum Lege, an non. Cum ipse *Rozo* taliter retulisset, ad eum respondens ipse *Walpertus* Judex dixit & professus est. Verè jam dictis omnibus rebus, sicut superius denominastis, tibi nec pars ipsius Episcopi non contradico, nec contradicere quero, quia cum Lege non possum, eo quod propria sunt ipsius Episcopi, set esse debent cum Lege; & mihi ad abendum nec requirendum nihil pertinent nec pertinere debent cum Lege, pro eo quod exinde nullam firmitatem nec scriptionem, nullamque rationem ab eo nec abere possum, per

quam tibi nec pars ipsius Episcopii contradicere aut sutraere possum; set, ut disti, propria sunt ipsius Episcopii & esse debent cum Lege. Et respondit se ipse Walpertus Judex, ut si unquam in tempore ipse aut sui heredes adversus pars ipsius Episcopii de predictis omnibus rebus agere aut causare vel removere presumpserit, per se ipsi aut eorum sumitantes personas, & tacite exinde omni tempore non permanserint, & si aparuerit ullum datum aut factum vel colibet scriptum, quod ipsi exinde in aliam partem fecissent, & claruerit, ut tunc componant ipse Walpertus Judex, sui que heredes. à pars ipsius Episcopii pena dublis ipsis rebus, sicut pro tempore fuerint melioratas, aut valuerint sub estimatione in consimile loco. Insuper pena argentum Libras quinquaginta. His actis, & manifestatio ut supra facta, rectum eorum iudicium & auditoribus paruit esse, & iudicaverunt, ut iusta eorum alterecapcione & ipsius Walperti Iudici professione & manifestacione, ut pars jam dicti Episcopii predictis omnibus casis & rebus ad proprietatem haberet & detinere deberet, & ipse Walpertus Judex manerent exinde tacitus & contentus. Et finita est causa, & ac noticia pro securitatem eidem pars ipsius Episcopii fieri amonuerunt.

A Quidem & ego Adelbertus Notarius Sacri Palatii ex iussione prefacto Comes Palatii & Judicum ammonicione scripsi, Anno Incarnacionis Domini nostri Jesu Christi DCCCCXCVI. Undecimo Kalendas Junias, Indictione IX.

B Ardoinus Comes Palatii subscripsi. Adelbertus Judex sacri Palatii interfui. Reginaldus Judex sacri Palatii interfui. Petrus Judex sacri Palatii interfui. Sigefredus Judex sacri Palatii interfui. Gauselmus Judex sacri Palatii interfui. Walsfredus Judex sacri Palatii interfui.

C Longe forsitan a vero non abeat, qui putet, Ardoinum istum Palatii Comitem non alium fuisse, quàm qui post sex annos, sublato e vivis Ottone III. Imperatore, Ticini Coronam Italici Regni arripuit: quade re sermo mihi fuit Cap. XIII. Antiquitat. Estens. Hinc saltem conijcere licet, ad Eporediensium Marchionum familiam ipsum spectasse. Ante tamen quàm idem Otto Augustus postremo fato cederet, animadverti, dignitatem hanc alteri collatam. Nempe Ottoni, Nepoti Petri Episcopi Novocomensis, cujus mentio habetur in Diplomate nunc mihi primum edendo, cujus archetypum vidi apud Sacras Virgines Ticinenses, nunc appellatas della Posterla.

Ottonis III. Diploma, quo Monialibus Ticinensibus Sanctae Mariae Theodatae omnia illarum jura ac privilegia confirmat, Anno 1001.

I N nomine Sancte & individuae Trinitatis. Otto divina favente gracia Romanorum Imperator Augustus. Si circa servos & ancillas Dei munificentiam nostrae benignitatis intulerimus, credimus hoc ad nostrae animae salutem efficaciter pertinere. Quapropter cognoscat industria omnium fratrum nostrorum, presentium scilicet ac futurorum, quia quidam venerabiles viri, videlicet Petrus

E Cumanae Sedis Episcopus, ejusque Nepos Otto Comes Palatii, nostram adierunt celsitudinem postulantes, ut quoddam immunitatis Preceptum predicti Prelulis Nepti, pretaxati Ottonis Comitis sorori Waldradae Abbatissae Monasterii Sanctae Mariae Dei Genitricis, quod dicitur Theodotae, situm in Urbe Ticinensi, pro multis diversisque utilitatibus ejusdem Monasterii fieri jubermus.

Nos vero eorum petitiones rationabiles esse conspicientes, hoc immunitatis Preceptum prefatae Abbatissae conscribere iussimus: per quod omnino determinantes iubemus, ut eadem praenominata Abbatissa, cognata scilicet jam dicto Episcopo & Ottoni dilecti nostri fidelibus, degens sub Regula Sancti Benedicti, id Monasterium cum omnibus adiacentiis iure ac legaliter adquisitis usque ad finem vitae suae firmiter, omnique refragatione remota, teneat atque possideat. Insuper ergo omnes res quascumque Monasterium idem longo tempore possedit, aut postea iure ac legaliter tam emptione, donatione, quam fidelium oblatione adquisiverit, ac deinceps eodem modo adquisere poterit, tranquillo iure per hoc nostrae auctoritatis Preceptum teneat. Et insuper eidem Monasterio liceat secundum Regulam Sancti Benedicti de propria Congregatione Abbatissam eligere. Sintque cunctae res ejus, tam homines, quam cetera pertinentia, sub regali seu Imperiali immunitate defensione. Et si necessitas fuerit de rebus & familiis ipsius, per inquisitionem regalem rei veritas aprobeatur. Haec vero omnia, que prelibavimus, & quaecumque antecessores nostri

A felicissimi Imperatores, Primus Otto, videlicet Patruus noster, & Secundus ejus equivocus Pater noster, per Precepta immunitatis, atque illorum confirmationis, eidem sancto loco contulerunt, pleniter atque securiter, salva omni justitia ejusdem Cenobii, per presentem auctoritatem nostram, ob amorem Dei, Deique genitricis Mariae, necnon & venerabilem petitionem dilectorum nostrorum fidelium Petri Episcopi & Ottonis Comitis Palatii, concedimus atque confirmamus. Liceatque eidem sanctae Congregationi perpetualiter, quiete ac secure, sine ulla molestia & inquietudine pro nobis divinam exorare clementiam. Si quis vero, quod absit, infra dicionem Regni nobis à Deo dati, resistens contra hoc firmitatis ac confirmationis nostrae Preceptum insurgere vel irrumperere ausus fuerit, sciat se centum Libras auri probatissimi solvendum, medietatem eidem Ecclesiae, & medietatem Palatio nostro. Et ut haec nostrae confirmationis atque concessionis auctoritas inviolabilis permaneat, & per futura tempora verius credatur, manu propria subter firmavimus, Sigillique nostri impressione sigillari iussimus.

Signum Domni Ottonis



Caesaris invicti.

Heribertus Cancellarius vice Petri Cumani Episcopi recognovit.

Data XII. Kalendas Mai, Anno Dominicae Incarnationis Millesimo Primo, Indictione XIV. Anno Tercii Ottonis Regnantis XVII. Imperii V.

Actum Ravenne feliciter. Amen.

Pendet Bulla plumbea



Placitum quoque Anno eodem MI. ab ipso *Ottone Comite Palatii* habitum Ticini, ego evulgavi in Antiquitat. Estens. Cap. 14. Exorto postea bello inter Henricum I. & Harduinum de Regno Italico contententes, vix licet credere, Ottonem constantissime

A munus illud retinuisse. Attamen is ad Annum MXVIII. rursus se mihi exhibet Comitem Palatii, ut Lector intelliget è Charta, quae authentica adservatur in Tabulario Capituli Canonorum Mutinensium.

Rainardus & Roza conjuges coram Ottone Comite Palatii donant Episcopio Mutinensis Ecclesiae Domos duas cum Turri & Capella Sancti Nicolai, fitas in Civitate Ticinensi, Anno 1018.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi. Heinricus gratia Dei Imperator Augustus, Anno Imperii ejus, Deo propitio, Quinto, V. Kalendas Septembris, Indictione Prima. Episcopio sancte Motinensis Ecclesie, ubi nunc Dominus Warinus Episcopus preordinatus esse videtur, nos Rainardus filius quondam Aitoni, & Roza jugalibus filia quondam Oddoni, qui professa sum ex natione mea Legem vivere Longobardorum, set nunc pro ipso viro meo Legem vivere videor Romana: ipso namque jugale & Mundoaldo meo mihi consentiente & supter confirmante, & iusta Capitulare Langobardorum, in qua inter cetera continere videtur, ut sicut mulier cum viro suo abet potestatem res suas venundandum, ita & donandum: ideoque ego, qui supra, Roza, una cum noticia Domni Ottoni Comiti Palatii, & Comes istius Comitatu Ticinensi, in cujus presenciam & testium certa facio professione, quod nullam me pati violenciam ad quempiam ominem, nec ab ipso jugale & mundualdo meo, nisi mea bona & spontanea voluntatem, offertores & donatores ipsius Episcopii presentes presentibus diximus. Quisquis in sanctis &c. Ideoque nos, quem supra, Rainardus & Roza jugalibus donamus & offerimus in eodem Episcopio sancte Motinensis Ecclesie pro ani-

B me nostre mercede; id sunt Casas duas solariatas, & Turre una cum Capella infra ipsa Turre edificata in onore Sancti Nicolagi, adque Sala una murata cum arcas, ubi estant, cum Curte; omnia insimul tenente juris nostris, quibus abere visi sumus intra anc Ticinensem Civitate prope Porta, que dicitur de Viridario. Et sunt ipsas casas solariatas &c. tabulas vreginta & quatuor. C Coeret eis ad mane terra Monasterio Domini Salvatoris, ad meridie Via publica, ad sera terra Thome & Uberti pater & filio, ab aquilone similiter via publica &c. Hanc enim Cartule offercionis paginam Restaldi Notario sacri Palatii tradimus, & scribere rogavimus, in qua supter confirmans, testibusque ob-

D tulimus roborandum.
Actum Civitate Ticinum feliciter.
†† Signum manibus suprascriptorum Rainardi & Roza jugalibus, qui anc Cartula offercionis fieri rogaverunt, eorumque relecta est.

POTTO COMES PALACII SSI.

E Signum manibus Gariardi & Idelpradus germanis, seu Rozoni, omnes Legem viventes Romana, testes.
Albericus Judex & Missus Domni Imperatoris rogatus subscripsi.

Adelbertus Judex & Missus Domini Imperatoris rogatus subscripsi.

Ego qui supra Restaldus Notarius sacri Palatii, scriptor ujus Cartule offer- sionis posttraditi complevi & dedi.

Anno etiam MXVII. Chartae supra memoratae Richildae Comitissae subscribit ejus frater *Laufrancus Comes Palatii* una cum *Maginsfredo Comite*, altero illius fratre. Quod quomodo componendum sit cum Charta nuper allata Anni MXVIII. alii viderint. Illud etiam animadverti, nempe in Synodo Ticini habita circiter Annum MXIX. à Benedicto VIII. Pontifice promulgatas fuisse Leges quasdam Henrici I. Augusti, iisque subscripsisse *O. Comitem Palatii*. Atque haec pauca sufficiant ad illustrandam seriem veterum *Palatii Comitum* in Italico Regno. Neque enim ultra exquirere lubet, quos exinde Italia habuerit ejusmodi dignitate ornatos. Illud potius commemorandum, nobiles hosce Imperatorum, sive Italicorum Regum Ministros, quando non erant in comitiva Regis aut Imperatoris, Ticini plerumque consedis- se, ubi Palatium erat Italici Regis, quum fortassis etiam Provinciam illam re- gerent auctoritate ipsa, qua in ceteros Ducatus aut Marchias praeclarior- es utebantur Duces ac Marchiones Italiae. Petrus Diaconus in *Chronic. Casinens.* Lib. 4. Cap. 18. meminit cujusdam Bertae liberalis feminae, quam appellat filiam *Compalatii Ticinensis*: quod vocabulum propterea in suum Glossarium intulit Du-Cangius. At facile intelligimus, olim ibi scriptum fuisse *Com. Palatii*, pro *Comitis Palatii*; amanuensem verò imperite utrumque vocabulum conjunxisse. Atque hinc etiam patere potest, a *Ticinensi Palatio* derivatam *Comitis Palatii* in Italia appellationem. Addi-

dit autem laudatus Petrus Diaconus vocem *Ticinensis* (quam reliqui omittere consueverunt, sat conscii nomine *Palatii unum* Ticinense significari) fortasse quia ubi is scribebat, sub hoc nomine designabatur Comes Palatii Beneventani.

Nunc prodendum, quae rerum ver- tigo *Comitem Palatii* in Italico Regno primum deprefferit, tum omnino ab- rogarit. Nempe post Annum à Christo nato Millesimum, ut suo loco ostendam, sensim affurgere in libertatem coeperunt Italicae Urbes, & Imperialibus Ministris locum eripere. Proinde sive adhibitâ vi, sive Imperatoribus conniventibus, coactus tandem est Italici Palatii Comes abscedere ex Urbe Ticinensi, suamque sedem constituere in Oppido sui juris *Lumello*, sive *Laumello* Ticinensis Diocesis, unde postea nomen accepit Provincia, quae nostris temporibus *Lumellina* appellatur. Immo & inde exturbatus ille fuit Saeculo Christianae Aerae Duodecimo, & in ordinem re- ductus. Guntherus egregius Poëta, qui postremis Friderici I. annis, aut paullo post, floruit, Lib. 3. Ligurini, mentionem facit Comitis Palatini in Oppido Lumello residentis, scribens:

Aspice, quàm turpi Lunelli nobile Cas- trum,

Atque Palatini Sedem, fidosque penates
Verterat illa dolo. Comitem Civesque
vocabat &c.

Scribendum heic *Lumelli*. Quae verò antea foret Comitis hujusmodi ditio, significat idem Poëta subdens:

Et nunc iste Comes, confors & Re- gius Aulae

Ille potens Princeps, sub quo Roma- na securis

*Italiae punire reos de more vetusto
Debit, injuste vitrici cogitur Urbi
Ut modicus servire cliens, nulloque re-
licto*

*Jure sibi, Dominae metuit mandata
superbae.*

Haec Guntherus, de Ticinensi Urbe loquens, quae sibi Comitem Palatii subdiderat. Nunc adire juvat nobilissimum eorum temporum Historicum Ottonem Frisingensem Episcopum, hoc est fontem, unde omnia ferme sua hausit Guntherus. Ita ille de Gestis Friderici I. Lib. 2. Cap. 18. Derthonam loquentem inducit, & de Civitate Ticinensi talibus conquerentem: *Te ipsam non respicis, quae Lunellum (scribe Lunellum) Imperiale Opus, magna & robusta equitum manu stipatum, Palatini Comitum tui habitatione inclutum &c. ad solum usque prosternere non timueris. Factus est ille, INTER ITALICAE PROCERES NOBILISSIMUS, inquilinus tuus, qui debuit esse DOMINUS. Reddit tibi nunc vestigal, cui tu Principis vicem gerenti vestigal persolvere solebas. Videat Princeps & animadvertat, qua honestate sui, Imperiique honore, ipsius lateri iudicium de ITALIS laturus assideat.* Multa hinc lux obvenire potest iis, quae haecenus attulimus de Comite Palatii. Desumebat is, ut jam mox innui, appellationem à *Regio Ticinensi Palatio.* Erat *Nobilissimus Italicorum Principum.* Tanquam Imperatoris, sive Regis Italiae Vicarius in ea Urbe atque adjacentibus dominabatur, ac tributa percipiebat. Verum quid non potest humanarum rerum fluxa conditio? Non haec solum dignitas, sed ejus etiam nomen Seculo Christi Duodecimo penitus ex Italico Regno evanuit: quod tamen de *Comite Palatii Ticinensis* duntaxat dictum volo. Etenim nomen,

A & aliquis etiam splendor transit ad aliam speciem *Palatinorum Comitum*, quos subinde in Italiam invecos novimus. Uti enim in Germania praeter celeberrimum Regalis Palatii Comitem, qui nunc *Comes Palatinus Rheni* appellatur, illustremque adhuc locum tenet inter sacri Romani Imperii Electores, invaluerunt in ea Provincia quidam alii *Palatini Comites*, ejusmodi titulo alicui regioni praefecti: ita & apud Italos factum fuit. Etenim in Regno Apuliae, nunc Neapolis, sub Principibus Normannis multo in honore fuerunt *Comites Lauretelli*, simul appellati *Comites Palatini*, quorum munus subsequitis temporibus excidit. Vidit & Tuscia suum Palatinum Comitem Seculo Christi Tertiodecimo. In Charta Anni MCC. LXIX. apud Ughellium Ital. Sacr. Tom. 3. pag. 818. & 824. occurrit mentio *Aldobrandini de Soana, Dei providentia in Tuscia Comitum Palatini.* Idem infra hunc titulum praefert: *Ego Hildebrandinus Comes Dei gratia Palatinus, filius quondam bonae memoriae* D *Comitis Willelmi Thusciae Comitum Palatini.* Ejus autem filia in aliis tabulis scriptis Anno MCC. LXXXVI. vocatur *Illustris & egregia Domina Margherita Comitissa in Thuscia Palatina.* Hildebrandini nuper memorati Familia inter praeclarissimas potentisque Etruriae numerabatur, quippe dominans Civitati Rosellensi, nunc Grossetanae, aliisque Oppidis. Atque ad ipsam referendum esse reor Hildebrandum ejusdem Hildebrandini fortassis Avum, cujus memoriam servarunt nobis antiquae tabulae in Archivo Hospitalis domus Sanctae Mariae Senensis, quas haec adjungere non inutile erit. Eas debeo Nobili Viro Humberto Benvoglianti Patritio Senensi, cujus etiam fato functi multiplicem e-

rudi.

ruditionem, & exquisitissimum in re literaria criterium, tum & singulariorem erga me benevolentiam, non semel grati animi causâ commemorabo.

bo. Quippe is non hanc tantummodo Chartam, sed & alia non pauca veterum monumenta mihi suppeditavit, quibus in isto Opere suus erit locus.

Charta Hildebrandi Comitis Palatini in Tuscia, qua Manto Guilielmi filio in feudum concedit Castrum Batiniani, Anno 1213.

HOc est exemplum cujusdam Instrumenti sic incipientis. In nomine Domini. Arien. Anno ejusdem MCCXIII. tertio decimo Kalendas Octobris, Indictione II. Nos Ildebrandus Dei gratiâ Comes Palatinus quondam Comitis Ildebrandi Palatini, infeudamus, & in rectum feudum damus & tradimus tibi Manto quondam Guilielmi, tuisque heredibus in perpetuum, Castrum videlicet Batiniani, & Turrim, cum omnibus hominibus nostris presentibus & futuris, & cum ejus Curte & districtu, & cum universis terris, tenementis & possessionibus, silvis & pascuis, paludibus & pratis, & cum omnibus rebus & bonis ad dictum Castrum & Curtem pertinentibus: & generaliter cum omnibus eorum pertinentiis, exceptâ Argentaria, quam in nostrum demanium reservamus; de qua Argentaria tantum tibi jam dicto Manto, tuisque heredibus, similiter jure recti feudi largimur, quantum Vicecomitari inde pertinere posset. Quae omnia vice recti feudi per nos & nostros heredes tibi jam dicto Manto & tuis heredibus largimur, & de praedictis omnibus & singulis vos investimus, & exinde vobis investituram facimus; ut deinceps habeatis ea integre, teneatis & possideatis, & quidquid vobis exinde placuerit, faciatis jure feudi. Et damus tibi potestatem ingrediendi & accipiendi possessionem omnium & singulorum; ut statim dictum Castrum & tenimentum & Curtem & omnia supradicta

Bta possideas. Promittimus insuper per nos & nostros heredes dictum Castrum & feudi dationem semper firmam & firmam tenere, & contra aliquo tempore non venire: nam praedicti feudi Investitura a te fidelitatem recepimus.

CActum est hoc apud Grossetum in Palatio Comitis supradicti, coram Ranerio quondam Ugonis de Vallecursiali, Pannocchio & Mangiante fratribus, testibus ad haec rogatis & vocatis.

Ego Simon Imperialis Aulæ Notarius supradictis praesens assistens de mandato jam dicti Domini Comitis, quod supra legitur scripsi.

DEgo Loccharius auctoritate Imperiali Notarius, hoc exemplum simul cum originali, & infra scriptis Notariis vidi & legi & adscultavi, & quidquid in originali continebatur in hoc exemplo fideliter scriptum inveni, nihil addito vel diminuto, & ideo me subscripsi, & meum signum apposui.

EEgo Petrus filius Hildebrandi Salvi auctoritate Imperiali Notarius hoc exemplum cum originali simul cum supra scripto & infra scripto Notario vidi, legi &c.

Ego Christophorus de Turve Maritimae, Imperialis Aulæ Notarius cum supradictis Notariis vidi & legi & adscultavi hoc exemplum cum originali continebatur Instrumento, nihil addito &c.

Accedat & Diploma Friderici II. Augusti eidem Hildebrando concessum, ubi enumerantur praecipui ejusdem

A Comitis Vassalli. Eductum fuit ex Archivo nuper laudati Nofocomii Senensis.

Fridericus II. Romanorum Imperator Hildebrando Comiti Palatino de Tuscia, omnia illius jura confirmat, Anno 1221.

IN nomine Sancte & individue Trinitatis. Fridericus Secundus, divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus, & Rex Sicilie. Jussis fidelium postulationibus Imperialis clementia benevolam debet assensum impendere. & illos favorabili debet affectu prosequi, quos fidei puritas & gratuita servitia nobis exhibita plurimum commendent. Ea propter notum facimus universis Imperii fidelibus tam presenti bus quam futuris, quod nos respicientes ad puram fidem & sinceram devotionem, quam dilectus fidelis noster Hildebrandus Comes Palatinus de Tuscia ad nostram excellentiam habet fideliter & constanter: considerantes quoque preclara obsequia, que nobis & Imperio incessanter exhibuit, & in antea devotius exhibebit; volentes eidem Comiti pro meritis respondere, Civitatem suam Grosseti, & universos Cives ejusdem cum omnibus bonis suis, quae nunc possident, & in antea possidebunt, nec non infra scriptas personas, quas propriis nominibus duximus inferius denotandas: videlicet Panogliam & Manglantem Comites, cum illis de Domo sua, Ugonem de Valcortese & fratres suos, Ugonem de Saxoforti & fratres ejus, Panfolliam de Collis, Gerardum de Vignali & Gualfredum fratrem ejus, Ranerium de Mendico & Guidonem fratrem ejus, Guidonem Vicecomitem de Montalto, Mantum de Grosseto & filios, Gerardum Bennardinum de Omazano, Comites Gherardesco, filios Comitis Engerami de Biserno, Ugolinum filium Vicecomitis de Campilio, Bo-

nifacium Comitem de Civitella & illos de Domo sua, Gregorium de Sancto Geminiano, Cacciacomitem de Collis & fratres ejus, Ranaldum de Collis & illos de Domo sua, Pennatum & illos de Domo sua, Vicedominos de Massa, Manetum de Scolari & fratres ejus, Arvicum de Aritio & fratres ejus, & Bernardinum de Malliano, fideles nostros & Comitis memorati, cum omnibus suis Feudis, que ipsi a predicto Comite possident & recognoscunt, & que predecessores eorum a predecessoribus ejusdem Comitis possederunt & tenuerunt; nec non & cum aliis bonis suis stabilibus & mobilibus, sub nostra protectione speciali & defensione Imperii suscepimus, & eos ac heredes eorum demanio nostro proprio & Imperii recepimus perpetuo retinendos. Concedentes eisdem, suisque heredibus, ac Imperiali auctoritate ex certa scientia confirmantes omnes terras, possessiones, tenimenta, & bona omnia stabilia & mobilia, que nunc possident, & in posterum dante Domino poterunt adipisci. Statuimus igitur, & Imperiali edicto firmiter sancimus, ut de cetero nulla Civitas, nullum Commune, nullus Comes, Vicecomes, & nulla unquam persona magna vel parva, Ecclesiastica vel Secularis, predictos fideles nostros & Comitis pretaxati, vel eorum heredes, Civitatem etiam presatam, & Cives ejusdem, contra hujus nostre protectionis & confirmationis paginam audeant molestari vel modo aliquo..... sed sub nostra protectione & defensione, & demanio nostro & Imperii, liberi & quieti consistant.

Quicum.

Quicumque autem contra hanc nostram protectionem & confirmationem venire presumpserit, indignationem nostram se noverit graviter incursum, & pro pena centum Libras auri optimi compositurum, medietatem quidem Camere nostre, aliam medietatem injuriam passis. Ut autem hec nostra concessio & confirmatio robur obtineat perpetuum, & inviolabile firmiter, presens Privilegium scribi,

A & Sigillo nostre Celsitudinis jussimus inferius roborari. Hujus rei testes sunt Gualterius Cataniensts Episcopus Regni Sicilie Cancellarius, Berardus Panormitanus Episcopus, Berardus Tarentinus Episcopus, Messanensts Archiepiscopus Nicholaus, Duipaldus Marchio de Hoburg, Ranaldus Dux Spoleti, Anselmus de Justigen Marefcalchus, Conradus de Verdz Camerarius, Fridigus de Stoph Pincerna.

Signum Domini Friderici



invisibilissimi Romanorum Imperatoris semper Augusti & Regis Sicilie.

Dat. apud Messanam, Anno Dominicæ Incarnationis MCCXXI. mense Martii, Indictione IX. Regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore glorioso semper Augusto & Rege Sicilie, Anno Regni ejus in Germania IX. XXIII. Imperii vero ejus Anno Primo, feliciter. Amen.

Ego Christophorus de Turre Maritime Imperiali auctoritate Notarius, viso Instrumento originali, viso etiam exemplo presenti ex predicto originali Instrumento extracto, ita quod nihil erat additum vel diminutum, unde verus sensus mutari possit, coram testibus infrascriptis tam originale predictum pendente Sigillo Domini Friderigi Serenissimi Imperatoris semper Augusti, quam presens exemplum diligenter legi & abscultavi, ideoque meum signum apposui.

Ego Guilielmus de Adria Civis Grossetanus, Imperii Judex ordinarius, viso originali &c.

Ego Benetuccius de Grossetto, auctoritate Imperiali Notarius, viso originali Privilegio &c.

Ego Lotharius, auctoritate Imperiali Notarius hoc exemplum Privilegii, Sigillo pendente cere Domini nostri Serenissimi Friderici II. Romanorum Imperatoris roborati, scripsi & publicavi, ut in originali privilegio predicto inveni, legi, & abscultavi cum prædictis Domino Guilielmo Judice, Christophoro, & Benetuccio Notariis coram testibus Domino Bonizzo & Compagno Presbiteris Canonicis Grosseti, & Presbitero Johanne filio Domini Alberti sibi de Silvis, Dicitule quondam Domini Ranuccini Tierzi de Grossetto &c. ad hæc rogatis & vocatis, sub Anno Domini MCCXLIX. Indictione VII. octavo Kalend. Maji, Grosseti in Ecclesia Majori.

Me autem monuit praelaudatus Benvoglientus, Hildebrandi hujus posteros subsequuto tempore sub Familia Aldobrandesche nomine in Tuscia clauisse, diuque potentiam suam ser-

C vasse. Ab Hildebrando quippe, qui vulgi sermone Aldobrandus appellabatur, processit Familia ejusmodi cognomen, uti ab Oberto Obertenghi, ab Opizone Opizinghi, aliaque id genus

Familiarum agnominina prodire. Neque in Aldobrandesca solum progenie conclusum Tuscia vidit illustrem titulum *Comitis Palatini*. Numeratae sunt in illa Provincia & aliae tres praeclarae Familiae eâdem dignitate insignitae, nempe *Comites Guidones* (*Guidi* sermone Italico), quorum mentionem habet Nicolaus Episcopus Botrontinus in Relat. de Reb. gest. Henrici VII. Fratres quatuor nominat ille in Tuscia repertos, *Comitis* titulo illustres. *Isti omnes, inquit, dicuntur de Comitibus Guidonibus, & sunt Comites Palatini.* Horum diu potentia stetit, ut ex Tuscorum Hi-

storiis patet. Ejusmodi quoque titulo, ac munere functi sunt *Comites de Romania*, subdit idem Botrontinus, sed legendum puto *de Romena*. Vide Tomum X. *Rer. Italicar.* ubi ejusdem Botrontini Relationem evulgavi. *Palatini* quoque *Comites* appellati fuere *Alberti Comites de Prata*, quorum nonnullas Chartas suo loco proferam, & *Comites Venerosi*. Ad postremos hosce quod attinet, Lectorum judicio subjicere nunc mihi placet Chartam, ex Archivo ejusdem Nosocomii Senensis Sanctae Mariae della Scala depromptam: cujus veritatis vadem me statuere nolim.

Concessio diversorum jurium facta Veneroso de Venerosis Comiti Palatino ab Henrico VI. Imperatore, Anno 1195.

Henicus divina favente clementia Romanorum Imperator & semper Augustus & Rex Siciliae. Dignum est & Imperiali gloriae decorum, ut nostra liberalis munificentia quosque fideles nostros preveniat, eosque ultro spontaneos ad nutum suae voluntatis efficiat. Ea propter cognoscat tam praesens etas Imperii fidelium..... successura posteritas, quod nos discreta circumspectione considerantes fidem ac sinceram dilectionem fidelis nostri Venerosi filii Brandalixi Comitis Palatini de Venerosis de Ripa Insule Suzarie & Bardine, & quartae partis totius Civitatis Verone, propter praecleara servitia, quae nobis & Imperio..... intrepide exhibuit, & in posterum creditur exhibiturus: Imperiali munificentia concedimus & confirmamus ipsi Veneroso Comiti Palatino ad honorem Militiae pro se suisque filiis & heredibus in perpetuum per totum Romanum Imperium jure honorabilis Feudi & Investiturae facultatem ac liberam potestatem ordinandi & faciendi filios le-

gittimos qui non sunt legitimi, & filios adoptivos & Judices ordinarios & Notarios, & etiam accipere & elicere & extrahere duos homines condemnatos in persona & in pecunia, de banno & carceribus cujuslibet Communis, Civitatis, vel Castri ad voluntatem suam sine contradictione, vel molestatione alicujus persone, ubicumque fuerint per totum Romanum Imperium sine nostra, nostrorumque successorum, & aliquarum personarum contradictione, vel molestatione, Lege aliqua non obstante, & iis praecipue, quae legitimum spurios nisi ex certa scientia non permitto. Ita quod quoscunque..... fecerint, possint succedere hereditati Patris, omni alii suo juri, tamquam veri & legitimi Civis Romani, & omnia officia & judicatus & acta publica Contractus conscribere atque conficere, & omnia facere & exercere, quae ad ipsa Tabellionatus & Judicatus officia de jure pertinere noscuntur, in quacunque..... parte fuerint Imperii memorati, sicut a nobis no-

stra

stra largitate dicta officia obtinerent, ut de penna & calamario & iudicatu possint & valeant investire eosdem, & a nostra Curia, ubicunque fuerint, in victu & vestitu & nutrimento alimonias pro se suisque successoribus & e-quis, quando sibi placuerit, condignis & sufficientibus accipere, & quadraginta Marchas boni & fini argenti omni anno pro adjuncta Feudi superscripti. Confirmamus etiam omnia Privilegia a nostris predecessoribus eidem & antecessoribus suis jamdudum indulta. Statuimus itaque Imperiali auctoritate ammus, ut ulla omnino persona alta vel humilis, Ecclesiastica vel Secularis, nulloque Commune, hoc nostre Majestatis Privilegium audeat violare, nec aliquibus calumpniarum injuriis seu dampni occasione, Constituti vel consuetudinis Statutis Civitatis attemptare presumat. Quod qui fecerit one temeritatis sue componat mille ducentas quinquaginta Libras puri auri, medietatem Fisco applicari, reliquam partem injuriam passis. At cujus rei certam in posterum evidentiam, presentem ex ante paginam conscribi, & Majestatis nostre Sigillo jussimus communiri. Qui Venerosus de Venerosis de Ripa Insule Suzarie, & Bardine, Palatinus Comes in Lombardia dicto Domino Henrico VI. Imperatori juravit fidelitatem contra omnem hominem de Mundo, excepto Dominum Papam & Ecclesiam Romanam, secundum quod in Capitulis fidelitatis in omnibus & per omnia continetur, corporaliter ab ipso prestito sacramento, eidem delato per me Conradum Imperialis Aulae Cancellarium vice Domini Odulphii Colonienfis Archiepiscopi, totius Italiae Archicancellarii infrascripti. Hujus rei testes sunt Guilielmus Ravennatis Ecclesie Archiepiscopus, Bernardus Faventinus Episcopus, Robertus Comes de Strigunt, Lombardus Comes, Azo Mar-

A chio Estensis, Ugo Comes Lavanie, Robertus de Urcia, Henricus Marefcallus de Ald Ubertanus Episcopus, Golsfredus Comes de Saraponte, & alii quamplures.

Ego Conradus Imperialis Aulae Cancellarius vicedomini Odulphii Colonienfis Archiepiscopi totius Italiae Archicancellarii.

B Signum manus Henrici VI. Imperatoris Romanorum invictissimi.

Acta sunt hec Anno Domini MC. LXXXV. Indictione XIII. Regnante Domino Henrico VI. Romanorum Imperatore gloriosissimo, Anno Regni ejus XXVI. Imperii vero V. & Regni Siciliae I.


Datum Placentie IV. Kalendas Junii.

C Nonnulla heic se offerunt, quae cauto judici negotium faceffere posse videntur, qualia sunt appellatio illa, sive cognomentum tam affabre conceptum Venerosi de Venerosis: tum additamentum de Ripa Insulae Suzariae & Bardinae, & quartae partis totius Civitatis Veronae; quae verba, si forte de jurisdictione sive dominatione in Civitatem Veronensem, amplissimam Venetiae Urbem, agatur, cum fide Historiae nunquam concilies. Neque enim unquam Verona in feudum aut allodium cuiquam ab Augustis concessa fuit, ita ut more Castellorum ejus ditio inter filios divideretur; praeterquamquod uni Comites de Sancto Bonifacio tunc de ejus Urbis Comitatu ab Augustis investiebantur, ut alibi ostendi, quamquam is titulus nudus foret, Veronensibus sua jam libertate potitis. Reliqua dimitto, quae alicui fortasse suspicionem falsi inge- rent, quanquam noverim, existare Chartas, in quibus eadem res confirmari videtur. Una praeter alias Ferrariae adservatur data Anno M. CCXC.


CCXC. in qua nobilis, magnificus, & commendabilis vir Dominus Bartholotus de Venerosis, filius quondam Domini Petri Venerosi Comitis Palatini de Ripa &c. Is ibi Notarium quemdam creat. Ex quo intelligis, quàm vetustum sit Privilegium illud. Et sane alios quoque antiquos Scriptores me videre memini, deferentes tam nobile jus Venerosae genti. Verùm ne sic quidem dubitationi omni fundamenta subtrahuntur. Quod tamen heic praesertim animadvertas velim, Comiti huic Palatino conceditur facultas faciendi filios legitimos, & filios adoptivos, & Judices ordinarios, & Notarios. Nam quod est ad potestatem extrahendi è banno, & carceribus cujuslibet Communis, Civitatis, vel Castri, duos homines condemnatos, haec sane incredibilia videantur. Superiora, inquam, verba tantummodo, etsi in monumento dubio, nobis describunt jus, quod posteriorum temporum Caesares revera contulere Comitibus Palatinis, quorum numerum mira prodigalitate, cogendae videlicet pecuniae gratiâ, auxerunt, Romanis etiam Pontificibus in ejusmodi privilegiorum largitione certantibus cum Augustis, nisi quod discrimen statuendum est inter Comites Palatii, sive Palatinos, & Comites sacri Lateranensis Palatii. Gamurrinus in Histor. Genealog. Tusciae (Auctor alioqui nec satis emunctae naris, nec satis certae fidei, quales plerumque fuere, qui olim hisce studiis dediti, lucrum sibi & gratiam potius quàm celebritatem nominis conquirebant) nonnulla id genus Privilegia refert, ac praesertim Tom. 2. pag. 330. concessum Anno MCCCLV. à Carolo IV. Imperatore, Francisco de Antelminellis Lucensi, quo illum ejusque heredes constituit

A Comites sacri Palatii, & Imperialis Aulae, addita facultate legitimandi nothos ac spurios, & creandi Judices atque Notarios. Alterum simile refert Du-Cangius in Glossario Latino concessum ab eodem Carolo Augusto Anno MCCCLXX. Amizino de Bzullis. Quod etiam mirere, ejusmodi Comites vel in ipsorum Caesarum Privilegiis hoc titulo ornantur Sacri Lateranensis Palatii Comites, aut Sacri nostri Lateranensis Palatii, & Aulae nostrae Romanae Comites. Sunt & Mutinae apud quosdam Nobiles Cives ejusmodi Privilegia. Erunt, ut puto, in aliis quoque Urbibus. Sed prae caeteris in hoc dignitatis genere celebris est Castrucius de Antelminellis Dux Lucae, quippe qui sine dubitatione Anno MCCCXXXVIII. renuntiatus est Romae à Ludovico Bavaro Comes Palatii Lateranensis, peculiari Privilegio, quod jam editum est, & cujus mentionem quoque fecit Joannes Villanius in Chronicis Italicis Lib. X. Cap. 56. Ceterum illi singulares quaedam praerogativas, diversas ab haecenus enumeratis, enlargitus est Bavarus, puta adstandi Augustorum coronationi, ipsamque Imperialem Coronam in ejusmodi celebritate gestandi, atque alia id genus magnifica munera. Haec autem de Comitibus Palatii edisseruisse sufficiat. Neque mihi ignotum, Thomae Reinesii viri doctissimi Opusculum Anno 1679. prodiisse cum horce titulo: *Commentatio de Palatio Lateranensi, ejusque Comitibus. Accedit Georgii Schubarti exercitatio Comitibus Palatinis Caesareis.* Sed hunc Librum nondum legere mihi datum est, neque vacat altius inquirere in colluvicem Comitum Palatinorum, quos postrema Secula sine delectu, ac tandem sine honore, pepererunt.

DE COMITIBUS
ET VICECOMITIBUS.
DISSERTATIO OCTAVA.



DISSERTATIO OCTAVA.



DE illustri *Comitum* munere jam nonnulla disserui in Antiquit. Estens. Part. I. Cap. V. ibique palam feci, post declinationem Romani Imperii ipsos fuisse Praesides sive Rectores Urbium. Ipso autem flore Romanorum Imperio titulus *Comitis* in usu frequentissimo fuerat, quo variae Dignitates, & publica munia significabantur, uti palam fit apud non paucos veterum Saeculorum Scriptores, ac praecipue in Notitia utriusque Imperii, quam suis Commentariis illustravit vir celebris Guido Pancirolius. Et profecto vel tunc praeclarioribus ipsae Praefecturae sub titulo *Comitis* gerebantur; nullum tamen, quod sciam, Urbium Praesidem Saecula illa ejusmodi appellatione donarunt. Itaque ad verum propius accedat, qui illius usum sub hac significatione tribuat Germaniae Populis, hoc est Gothis, & praesertim Francis, in Galliam & Italianam progressis; iis quippe familiare fuit Latina voce *Comites* appellare suis Civitatibus Praefectos, quos Teutonicâ linguâ utentes *Graviones*, sive *Grafones* nuncupabant. Ita ad Latinorum usum ii se se per hanc vocem accommodarunt: quod Cluverius animadvertit Lib. I. Cap. 48. German. antiqu. Illud vero nomen inde primo natum videtur, quod Procures Regi aut Duci in bello *Comites* essent, & praestantioribus militiae mu-

Tom. I.

Aneribus fungerentur. Quum vero singulis postea Civitatibus praeficeretur militarium turmarum caput, *Comitibus* Regis aut Ducis ejusmodi munus committebatur, qui sensim etiam civile regimen susceperunt. Et sane duo praecipue hujusmodi *Comitum* munera fuere: unum videlicet justitiae Populis ministrandae, alterum militiae sibi subiectae, quando in bellum eundem erat, educendae atque regendae. Ad primum quod attinet, erat *Comitum* dirimere lites & causas Populi, quam ob causam *Mallos & Placita* statis diebus identidem celebrabant, hoc est publica Judicia instituebant, quibus praerant ipsi una cum *Scabinis*, seu reliquis minoribus Judicibus, & juris peritis, ut audirent, perpenderent, & decreto suo componerent civiles controversias; sicuti & ipsorum fuit in scelestos perditosque homines secundum leges animadvertere. Proinde *Judices* etiam nuncupatos invenias. Cassiodorus Variar. Lib. 7. prodit, suo quoque tempore apud Gothos Italianâ potitos ejusmodi fuisse *Comitum* munus. Ad haec Gregorius Turonensis in Vita Sancti Nicetii Cap. 8. Vit. Patr. ita scribit: *Vidi ego Basilium Presbyterum missum ab eo ad Armentarium Comitem, qui Lugdunensem Urbem his diebus potestate Judicaria gubernabat.* Rursus, uti narrat idem Scriptor Histor. Francor. Lib. 6. Cap. 8. quum ad aures Sancti Eparchii circiter Annum DLX. rumor pervenisset, quemdam latronem ad patibulum trahi, continuo pietate du-

V v

ctus

ctus Vir Sanctus, misit Monachum suum ad deprecandum Judicem, ut scilicet culpabilis ille vitae concederetur. Sed Plebe contra clamante non licuit Judici sententiam mutare, quanquam postea furcifer ille postremo supplicio mirum in modum ereptus fuit. Tunc ergo Sanctus Eparchius Comitem arcessi jubet dicens: „ Cur hodie indu-
 „ ratus hominem, pro cujus vita ro-
 „ gaveram, non laxasti? „ At il-
 le: „ Insurgente vulgo aliud facere
 „ non potui, timens super me sedi-
 „ tionem moveri. „ Quibus ex ver-
 bis aperte intelligimus, non solum
 quae forent munia, sed etiam quan-
 ta auctoritas Comitum, quando vitam
 reis mortis donare poterant, simul-
 que discimus, *Judicis* quoque nomen
Comitibus adhaesisse. Propterea in Ri-
 puariis Legibus à Dagoberto Rege
 circiter Annum DCXXX. evulgatis,
 Cap. 53. apud Lindenbrogium & Ba-
 luzium, *Judices Fiscales* appellantur
 etiam Comites. *Si quis Judicem Fi-*
scalem, quem Comitem vocant, interse-
cerit, sexcentis solidis multetur. Eadem
 ratione in Capitularibus Regum Fran-
 corum edicitur, ut *Comites* probe *Le-*
gem teneant, quo secundum ipsam ju-
 dicare possint: ut *justitiam ament*, ac
 sine mora faciant: singulis idcirco

A mensibus *Placita peragant*, in quibus
 potissimum cordi habeant negotia Pau-
 perum: & prae ceteris causas expe-
 diant Pupillorum, Orphanorum, at-
 que Viduarum. In habendis autem
 Placitis unicuique Comitum adstare
 debuit semper ejus Notarius, simul-
 que assidere minores Judices, ut eo-
 rum consilio tutius decernerentur con-
 troversiae. Addebatur etiam singula-
 ris, eaque lepida conditio illorum
 judiciis, nempe ut nonnisi à *jejunis*
 celebrari possent, quo praecaverentur
 ventris pleni, sive, ut rotunde lo-
 quar, ebrietatis malefana consilia in
 tractandis justitiae lancibus. Nimirum
 vel tunc Populis, è Germania prae-
 cipue egressis, grandes cyathi in de-
 liciis erant, & rara in potantibus
 temperantia. Nonnulla ex his Placi-
 tis, sive publicis Judiciis evulgata
 leguntur ab Eruditis; eaque inter ve-
 terum Chartas, quod plerumque eru-
 ditionem plus juvent, majori studio
 à me conquisita fuerunt. Quamobrem
 quaecumque ego potui, congeffi, ea-
 que in hoc Opere producam. Unum
 D interea exemplum accipiant Lectores,
 nempe Judicatum, quod olim Veronae
 descripsi ex antiquo apographo
 existente apud Monachos Olivetanos
 Sanctae Mariae ad Organum.

Placitum à Bonifacio Comite Veronae habitum in Burgo Illae,
 in quo Regium patrocinium conceditur rebus Monasterii
 Veronensis Sanctae Mariae ad Organum, Anno 1073.

D Um in Dei nomine in Comitatu Ve-
 ronense in Vico Illas, in Curte
 Prote propria Inverardo, per ejus data
 licentia in judicio residet Dominus Bo-
 nefacius Comes istius Comitatus Ve-
 ronensis ad singulorum hominum justitias
 faciendas ac aeliberandas; adessent
 cum eo Gauselmo, & Dodo Judices, ad-

E que Johannes Grammatico & Juris pru-
 dens, Arzo filio, seu Ticbo, Lanzo, &
 Orzo, adque Thedaldo, seu Johannes Mi-
 lites de superscripto Comitatus, Marti-
 no, & Zeno, & Laurencio, & aliis
 plures. Ibique eorum bonorum hominum
 presencia venerunt Arichelmus Presbiter
 & Monachus, & Crescencio Clerico una
 cum

cum Rustico Avocatus eorum, & Missi A
 Domino Martino Abbas da pars Monasterii Sancte Marie de Organo, & retulit & cepit dicere: Petimus ad vos, Dominus Bonifacius Comes, propter Deum & animae Domni Imperatori, ac vestram mercedem, ut mittatis bannum super nos, & super omnibus cunctis casis & rebus, que superscripto Dominus Martino Abbas habuit & tenuit da pars predicto Monasterio in superscripto Comitatu, & in superscripto Illas, & in eorum territoriiis, per certis locis, ut nullus quislibet omo disvestire aut inquietare vel molestare audeat sine legali judicio. Et cum ipse Arichelmus Monachus & Cresencio Clerico, una cum Rustico Avocatus eorum taliter retulisset, & ad hec recordatus est jam dictus Bonifacius Comes, per fuisse, quas in manu sua tenebat, misit bannum super eundem Arichelmum Monachum & Cresencio Clerico & Rustico Avocatus eorum, & super jam dictas casas & omnibus rebus, que superscripto Monasterio habuit & tenuit in superscripto Comitatu, servis & ancillis, & in eorum territoriiis locis, in Mancosfos aureos duo mille, nullus quislibet omo disvestire audeat sine legali judicio. Qui vero hoc fecerit, predicto duo mille Mancosfos aureos se compositurus agnoscat, medietatem parti Camere Domni Regi, & medietatem ad pars superscripto Monasterio ad superscriptus Dominus Martino Abbas & ad suis supcessoriis. Finita est causa, & hac noticia pro securitate predicto Monasterio fieri amonuerunt.

Quidem & ego Johannes Notarius ex jussione superscripto Comitit, & Judicium amonitione scripsi, Anni ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi MLXXIII. Decimo die mensis Octubris, Indicione Duodecima feliciter.

Videtur imploratum heic à Monachis, sive à Missis Martini Abbatis, justitiae praesidium propter Deum, & animae Domni Imperatoris, quum tamen Henricus IV. Germaniae ac Italiae Rex nondum Imperialis dignitatis infulas & nomen assumpsisset, imo quum in ipsa pergamena diserte mentio fiat Camerae Domni Regis. Notariis parum delicatis, parumque accuratis id tribuendum, quibus veteres phrasas sive formulae vel nolentibus excidebant è calamo. Contra aliis in locis nobis occurrent inscripti tantum Reges, qui tamen jam Imperatorio titulo fuerant ausi. Ceterum plura mihi persuadent, Bonifacium hunc Veronae Comitem recensendum esse inter Majores egregiae Familiae Comitum Sancti Bonifacii, quae proxime subsequutis Seculis tum ex arcta animorum conjunctione cum Atestinis Principibus, tum ex rebus fortiter gestis, diuque servatâ potentia, magnum sibi nomen in Italico Regno peperit, uti per me quoque indicatum fuit in Par. I. Antiquitat. Estens., & supra innui in Dissertat. VI. de Marchionibus. Atque heic petere quisquam posset, cur in Legibus Langobardorum Regum nusquam memoretur Comes aliquis, quum tamen toties mentio recurat illic Ministrorum justitiae. Eos ne ipse quidem Paulus Diaconus memorare consuevit in Historia sua. Nonne & sub Regibus Langobardis in usu fuit nomen ac dignitas Comitum? Responsum hoc habeant. Familiare fuit non secus Langobardis ac Francis Comitum munus; verum apud illos plerumque appellare mos fuit Judices, non verò Comites. Est nobis vetustissimus in hanc rem testis & fide omnino dignus, quia Italus & Langobardorum aequalis, Gregorium Magnum intelligo Pontificem

ficem Maximum, qui Lib. 4. Ind. 12. in Epistola 47. edition. Benedic-
 tin. ad Sabinianum Diaconum Apo-
 crisarium suum Constantinopoli cele-
 berrima illa verba scribit: *Si ego in
 morte Langobardorum me miscere voluis-
 sem, hodie Langobardorum gens nec Re-
 ges, nec Duces, nec Comites haberet, at-
 que esset in summa confusione divisa.*
 Paullus quoque Diaconus Lib. III. Cap.
 IX. *Comitem Langobardorum Anagnin*
 commemorat. Erant ergo & Lango-
 bardis sui *Comites*: immo eorum quo-
 que mentionem fecere nonnulli ex io-
 sis Regibus Langobardis, uti varia
 illorum Diplomata ab Ughellio, Mar-
 garino, & Campio evulgata testantur,
 in quibus haec formula occurrit: *Prae-
 cipientes omnibus Ducibus, Comitibus,
 Gastaldis, vel Actionariis nostris &c.*
 Sive haec altera: *Ut nullus Dux, Co-
 mes, Gastaldus, vel Actionarius no-
 ster &c.* Sub *Comitum* nomine Recto-
 res Urbium significari prorsus creden-
 dum est. Nullum in iis formulis de
Judicibus verbum, quandoquidem ap-
 pellatione *Comitum* designabantur.

Alterum *Comitum* munus situm e-
 rat in Praefectura Militiae, quam
 pro sua quisque regione, & belli
 necessitate regebat. In eo tamen of-
 ficio pendebant ipsi à superiori im-
 perio *Ducis* alicujus. Legatur Edi-
 ctum Ludovici Pii Imperatoris da-
 tum Anno DCCCXV. apud Balu-
 zium in Capitularib. Reg. Francor.
 Tom. I. pag. 549. Praecipit ille, ut
 Hispani, *sicut ceteri liberi homines,*
 cum *Comite* suo in exercitum pergant.
 In altero Capitulari Caroli Magni
 spectante ad Annum DCCCXII man-
 datur, ut *Comites* ad exercitum pro-
 ficiscetes neminem à militia immu-
 nem relinquunt, duobus exceptis,
 aut quatuor; *Ceteros vero omnes secum
 plene habent.* Atque hinc causam

A intelligimus, quare Bonifacius II. u-
 ti videtur, Dux Tusciae, & Corsi-
 cae Praefectus, quum Anno DCCG-
 XXVIII. expeditionem in Africam
 suscepit, *Tusciae Comites* secum addu-
 xerit. *Bonifacius Comes* (ita in An-
 nalibus Eginharti) *assumpto secum fra-
 tre Berethario, & aliis quibusdam Co-
 mitibus de Tuscia &c. in Africam
 trajecit.* Similia animadvertas in Le-
 ge LVI. inter Langobardicas Lotha-
 rii I. Imperatoris, ubi haec verba:
*Postquam Comes, & pagenses, de qua-
 libet expeditione hostili reversi fuerint,
 ex ea die per XL. noctes sit bannum
 rescissum.* Consulamus nunc Regum
 Langobardorum Leges. Inter eas Lex
 XXXIX. Liutprandi Regis Lib. VI.
 praescribit *Judicibus*, quot homines
 & equos in servitium suum adduce-
 re debeant, *quando in exercitu ambu-
 landi necessitas fuerit.* Nimirum lice-
 bat unicuique *Judici* sex homines di-
 mittere domi, eorum vero equis ad
 sua commoda uti. *Et tollant ad sae-
 mas suas ipsos Caballos sex.* Italicae
 vocis *Soma* originem heic intuere.
 D De reliquis hominibus equo carenti-
 bus decem tantum immunes à mili-
 tia dimitti poterant, qui *ad ipsum
 Judicem* faciant per hebdomadam unam
*operas tres, usque dum ipse Judex de
 exercitu revertatur.* Lex ista alteri si-
 milis est, quam nuper memoravimus.
 Heic autem *Judex* idem sonat atque
 ibi *Comes*; utroque verò nomine in-
 dicabatur Civitatum Praefes. Ex Co-
 mitibus hisce, eorumque ditione na-
 ta est vox *Comitatus*, nobis *Contado*,
 significans universum territorium, Vil-
 las, Castella, ac Oppida, *Comitis*
 regimini atque auctoritati subjecta;
 ac proinde ager Urbis cujuscumque
 appellatus est *Comitatus*, quod Co-
 miti regenti Urbem obtemperaret.
 Neque enim ex *Comitatu* nomen suum
 acce-

acceperere *Comites*, ut quidam opinantur; sed *Comites* agro, cui imperabant, nomen dedere. Aegidius Menagius in Origin. Linguae Italicae, hujus vocis Etymologiam investigans, haec scribit: *Contado. Campagna intorno alla Città, nella qual si contengono i Villaggi e le Possessioni. Da Contractus, sottintendendo Pagus, locus, o qualche coral cosa. Contractus, Contractus, Contradus (onde Contrada) Contrado, Contado.* Mirum est, quei vir tantae eruditionis, adeoque felix in perscrutandis aliis Etymologiis, rem ante oculos positam non viderit, at-

A que alienam ejus loco elegerit. Non à *Contractus* originem ducit vox *Contado*, sed quidem, ut aiebam, a *Comitatu, Comitato, Contato, Contado*; uti ex *Comite* Italis efformata est vox *Conte*. Ratione simili ex *Computus* breviato, *Computo, Compto, Comto*, effluxit Italica vox *Conto*. Labet autem adjicere Formulam, qua olim *Comites*, aliique *Populorum Rectores* à Francis Regibus creabantur, quando eam nobis servavit Marculfus Lib. I. Formularum apud Baluzium Cap. 8. Tom. 2. Capitular. Reg. Francor.

Charta de Ducatu, Patriatiu, vel Comitatu:

PRaespice Regalis in hoc perfecta conlaudatur clementia, ut inter cuncta Populo bonitas & vigilantia requiratur personarum; nec facile cuilibet Judiciariam convenit committere Dignitatem, nisi prius fides, seu strenuitas videatur esse probata. Ergo dum & fidem & utilitatem tuam videmus habere compertam, ideo tibi actionem Comitatus, Ducatus, ac Patriatus in pago illo, quem antecessor tuus ille usque nunc visus est egisse, tibi ad agendum regendumque commissimus; ita ut semper erga regimine nostro fidem inlibatam custodias, & omnis Populus ibidem commanentes, tam Franci, Romani, Burgundiones, quam reliquas nationes sub tuo regimine & gubernatione degant & moderentur, & eos recto tramite secundum legem & consuetudinem eorum regas, viduis & pupillis maximus defensor appareas, latronum & malefactorum scelera a te severissime reprimantur, ut Populi bene viventes sub tuo regimine gaudentes debeant consistere quieti; & quicquid de ipsa actione in Fiscis ditonibus speratur, per temetipsum annis singulis nostris aeriis inferatur.

C Insignem olim fuisse dignitatem Comitum; ipsosque inter *Principes* adnumeratos, jam ostendi Par. I. Antiquitat. Estens. Cap. V. Hincmarus Remensis Archiepiscopus in Epistol. de Ordin. Palatii Cap. 35. Similiter, inquit, *Comites, vel huiusmodi Principes honorificabiliter à cetera multitudine primo mane segregabantur, quousque sive praesente, sive absente Rege, occurrerent &c.* Atque id etiam inde argui potest, quod & ipsi ad electionem Regum convenirent, suisque suffragiis non secus ac Duces, Marchiones, & Episcopi, supremum Regni Dominum deligerent. Et quidem praesente ac imperare uni Urbi, ejusque agro (cui propterea nomen etiam inditum fuit *Distriktus*, quod nempe *Comitis distriktioni* sive politico regimini ac punitioni suberat), & imperare auctoritate amplà, longaeque diversà ab illà, quam exercebant *Judices pedanei*: illustre Comitum decus fuit. Quod tamen eorum Dignitatem praecleariorem effecit, quamquam *Comitis* munus antiquis temporibus.

poribus non Beneficium foret, seu ut nunc dicimus Feudum, quo Comites fruerentur: sed quidem Praefectura à nutu Principis pendens: at tamen Praefectura ejusmodi stabilis & tunc esse consuevit, & plerumque nonnisi cum vita ponebatur. Qui semel Comes constituebatur, fere semper Civitatem sibi commissam eo titulo regebat ad postremum usque anhelitum, nisi ad majores gradus proveheretur. Immo & sensim inventa est consuetudo, ut Filii quoque Patri Comiti in eodem munere succederent. Cujus rei exempla jam producta in memoratis Antiquitatibus Estensis, auctoritatem ac poten-

tiam Comitum eo magis spectabilem atque invidendam effecere. Si qui ergo Comites occurrunt è loco antiquitus dejecti, opinari non injurià licet, id muneris iis ereptum ob aliquod crimen, sive ob gravem quampiam causam, quum nunc etiam Vassallum è Feudo cadere posse videamus, quamquam ex Feudorum legibus minora Vassallo pericula nunc immineant, quàm antiquis Magistratibus. Exemplum abrogati Comitatus dabo, quod mihi suppeditavit nobile Tabularium Archiepiscopi Lucensis, ubi vetustum apographum adservatur. Est autem hujusmodi.

Charta Ambrosii Episcopi Lucensis, qua Agano olim Comiti, titulo emphiteusis concedit Ecclesiam S. Michaëlis, Anno 845.

IN Dei nomine. Regnante Domino nostro Lothario Imperatore Augusto: Anno Christo propitio Imperii ejus, postquam in Italia ingressus est, Vigesimo Quarto, IV. Nonas Decembris, Indictione IX. Manifestus sum ego Aganus olim Comes, filius quondam Gunterami, quia tu Ambrosius gratia Dei Episcopus hujus Sanctae Lucane Ecclesie per Cartulam usque in annos quinque expletos proximos venturos ad Census persolvendum dedisti mihi, idest Ecclesia beati Michaëlis Arcangelis sita infra Civitate ista Lucense, ubi dicitur Foro, pertenes Episcopatu vestro Sancti Martini. Jam dicta Ecclesia Sancti Michaëlis una cum casis domnicatis, seu massariiciis, cum terris &c. tali ordine, ut usque in superscripti quinque anni expleti in mea & Teutberghe Uxori mee sint & permaneant potestatem abendi, possidendi, meliorandi, & usufructuandi, ita ut melioretur & non pejoretur. Officium Dei, & luminaria pro nostra

dispositione in eadem Ecclesia fieri debeat recto moderamine. Et tibi & successoribus tuis exinde usque tunc per singulos annos in Mense October hic Luca in domus Episcoporum per nos, aut per Misso nostro, pro omni censu & justitia reddere debeamus argentum solidos viginti bonos denarios bene expendibiles, duodecim denarios per singulos solidos rationatos. Licentiam abeatis in superscripta Ecclesia in festivitatibus ejus cum Sacerdotibus vestris venire, & ibi officium adimplere, sicut nos est, & mansiones faciendi, si utilitas fuerit, tam vos quam ex amicis vestris; sic tamen omnes abitantes in casis eidem Ecclesie, si vobis fuerit utilitas, tunc nos vel Misso nostro ad mandato vestro venire faciamus hic Luca, legem & justitiam faciendum. Et si à nos vobis hec omnia superscripta capitula sic non fuerint adimpleta & conservata, qualiter superius legitur, aut nos jam dicta Ecclesie & casis & rebus ejus, quam mihi dedisti,

relaxare, vel pejorare quesiverimus ante supra scripto constituto, promitto me ego que supra Agano componere tibi Ambrosio Episcopo, vel ad successoribus tuis penam argentum solidos mille: quia taliter inter nos convenit. Et duas inter nos Cartulas Petrum Clericum Notarium scribere rogavimus.

Actum Luca.

Signum manus Agani, qui hanc Cartula fieri rogavit.

Ego Sigisfredus Episcopus in hoc libello rogatus ab Aganone subscripsi.

Ego Ansiprandus rogatus ab Hagano me teste subscripsi.

Ego Petrus Clericus Notarius post tradita complevi & dedi.

Franciscus Maria Florentinius Vir doctissimus arbitratur, *Aganum* hunc non modò fuisse *Comitem Lucae*, sed & *Marchionem Tusciae*, atque in monument. *Mathildae Comitissae Lib. 3. pag. 16.* nonnulla de eo refert rudera antiquitatis, spectantia ad annum *DCCCXXXVIII. & DCCCXL.* Eidem se in ejusmodi sententia adjunxit *Cosmus de Arena* in *Serie Ducum Tusciae.* Ego in ea opinione sum, ipsum tantummodo egisse *Comitem Lucae.* Per *Aganum Comitem ipsius Civitatis* habet *Charta* ab eodem Florentinio indicata. Neque verò quod iis temporibus *Comitem Lucae* reperiamus, continuò inferre licet, eundem quoque praefuisse *Marchiae Etruscae.* Ad Annum *DCCC LVII.* occurrit nobis *Hildeprandus Lucae Comes:* & nihilo secius tunc *Tusciam* regebat *Adelbertus I. Marchio.* Atqui heic cernimus *Aganum olim Comitem* adhuc viventem: ergo aliquà de causâ ex ea dignitate aut

A sponse aut coactus recesserat. Id tamen raro factum: immo parentes *Comites*, uti supra monui, filios quoque in hujusmodi munere successores habere consueverunt: cujus moris illustre exemplum prostat in *Majoribus celeberrimae Comitissae Mathildis.* Eiusdem Proavus in *Charta*, quam evulgavit *Bacchinius* in *Historia Monaster. Padolironens. pag. 12. Appendic. ita inscriptus* fuit Anno *DCCCC LXVII. Adalbertus qui & Atto gratia Dei Comes Mutinensis:* quare intelligis, eidem *Mutinensis Urbis* regimen fuisse commissum. Immo eodem tempore, ac raro privilegio, *Regiensi* etiam *Urbi* titulo *Comitis* imperabat, uti exploratum habemus ex *Tom. V. pag. 1582. Ital. Sac. Ughellii*, ubi exhibetur *Diploma Ottonis I. Augusti*, spectans ad Annum *DCCCC LXIV. & concessum interventu & petitione Adelberti incliti Comitis Regiensi sive Mutinensis.* *Adalberto* sive *Alberto Artoni Comiti*, qui titulo quoque *Marchionis* ornatus deprehenditur in *Chartis Tedaldi* ejus filii, successor fuit idem *Tedaldus Marchio*, titulo *Comitis* ornatus, in regimine ac denominatione *Civitatis Regiensi.* Id nemo hucusque animadvertenterat. Sed nunc perspicient Lectores ex *Placito*, quod ille habuit in *Castello Carpi*, tunc ad *Comitatum Regii* spectante, assidentibus ei *Totone Misso Ottonis III. Imperatoris*, & *Bonifacio ipsius Tedaldi filio*, *Mathildae Comitissae* postea patre. En igitur *pergamena* hujus rei testis, e ducta ex *Tabulario Monachorum Casinensium Sancti Petri Regiensi.*

Placitum in Castro Carpi coram Teudaldo Marchione & Comite Regiensi habitum, in quo Berta Abbatisa Monasterii Brixiani Sancti Salvatoris & Sanctae Juliae evincit quosdam agros contra Farlindam, quae & Berta, filiam quondam Bruningi, Anno 1001.

Dum in Dei nomine, Comitatu Regense infra Castro, locus, qui Carpo dicitur, quod Teudaldus Marchio & Comes istius Regensis Comitatus detinet, in quadam mansione ipsius Castri, ubi ipse in iudicio residebat, unicuique iustitias faciendas & deliberandas, adesset ibi cum eo Tuto Comes Missus Domni Ottoni Imperatoris, Bonifacius filio eidem Teudaldi Marchio, Stabilis, Baterius, Petrus, Nouzo, Teuzo, Iudices sacri Palatii, Ragimundus filio quondam Giselberti, Sigfredus de Leviciano, Ugo de Modelema, Dodo de Comitatu Aucensis, Adebertus de Gurgo, Teuzo, & Elinardus de Comitatu Parmensis, Richelmus de Comitatu Brisense, Wilimus de Comitatu Bergomense, & reliqui plures. Ibi que eorum veniens presentia Domna Berta Abbatisa Monasterio Domini Salvatoris & Sancte Julie, que dicitur Novo, situs infra Civitate Brisia, una simul cum Adrevertus filius quondam Petri de loco, qui dicitur Miliarina, & est ipsius Monasterio Avocatus, & retulerunt: „ Abemus & detinemus ad iure & proprietate ipsius Monasterii petia una de terra cum in parte Silva supra se, & runcoras se simul tenente, quibus esse videntur in loco & fundo Runcolo, non multum longe à Castro, & predicta Curte Miliarina, quod est pecia ipsa de terra cum predicta Silva & runcoras per mensura iusta juges sexcenti undecim. Coeret ei de mane & de subtus terra

A „ & Silva predicti Monasterii, quod „ nos ante os dies & moderno tem- „ pore à parte ipsius Monasterii a- „ bemus & detinemus: da Meridie „ terra Farlinde, que & Berta, fi- „ lia quondam Bruningi, que est per „ mensura juges octuaginta & novem, „ percurrente Fingadida & fossato, „ quod decernit inter fines de Cam- „ paniola, & predicta terra & Sil- „ va de Viniolo. Et si quislibet ho- „ mo adversus nos exinde aliquit di- „ cere vult, parati sumus cum eo „ exinde in racione standum, & le- „ giptime finiendum. Et quod plus „ est, querimus ut dicat ista supra- „ dicta Farlinda una cum Ricardus „ Tutorem suum, qui per iustionem „ ipsius Marchioni Tutor esistebat, „ qui hic à presens sunt, si jam dicta „ pecia de terra cum predicta Silva „ super abente, & runcoras se simul „ tenente, nobis aut pars ipsius Mo- „ nasterii contradicere querit, aut si „ propria ipsius Monasterii est aut „ esse debet cum Lege, an non? Cum „ ipsa Domna Berta Abbatisa, & Adre- „ vertus ejus & ipsius Monasterii Avoca- „ tus taliter retulisset, respondens ipsa Far- „ linda cum eundem Richardus Actorem „ suum dixerunt & professi sunt: „ Vere „ jam dicta pecia de terra cum pre- „ dicta Silva super abente, & run- „ coras se simul tenente, quam vos „ ipsa Domna Berta & Adrevertus „ tius, & ipsius Monasterio Avoca- „ tus hic denominatis, vobis nec pars „ ipsius Monasterii non contradici- „ mus,

mus, nec contradicere querimus, quia cum Lege non possemus, ex quod ipsius Monasterii est & esse debet. & cum Lege; & nobis ad abendum, & requirendum nichil pertinet, nec pertinere debet cum Lege, pro eo quod exinde nullum scriptum, nullam firmitatem, nullamque ratione inde non abemus, nec abere possumus, per quam vobis, nec pars ipsius Monasterii jam dicta pecia de terra cum predicta Silva super abente, & runcoras se simul tenente contradicere possumus; set ut diximus, propria ipsius Monasterii est, & esse debet cum Lege. Et sponderunt sese ipsa Farlinda, & Richardus Tutorem suum, ut si unquam in tempore de jam dicta pecia de terra cum predicta Silva, & runcoras se simul tenente adversus Donna Berta Abbatisa, & Adrevertus ejus, & ipsius Monasterii Avocatus, seu pars ipsius Monasterii agere, aut causare, vel remove presumerint per se ipsi, aut eorum sumitantes personas, & taciti exinde omni tempore non permanserint, vel si aparuerit ullum datum aut factum, vel colibet scriptum, quod ipsi exinde in aliam partem fecissent, & claruerit, ut tunc componant ipsa Farlinda eidem Domni Bertani Abbatisse, aut pars ipsius Monasterii pena argentam per denarios bonos libras centum. His actis & manifestacio ut supra facta, rectum eorum judicium paruit esse, & judicaverunt, ut justa eorum altercapcione, & ipsorum Farlindi & Richardi Tutorem suum professione & manifestacione, ut ipsa Donna Berta Abbatisa jam dicta pecia de terra cum predicta Silva & runcora ad parte ipsius Monasterii proprietate abere & detinere deberet, & ipsa Farlinda cum eundem Richardus Tutorem suum manerent exinde taciti & contenti. Finita est causa, & hac noticia propter

Tam. I.

A securitatem eidem Domne Berte Abbatisse, seu pars ipsius Monasterii fieri amoverunt.

Quidem & ego Johannes Notarius Sacri Palatii ex jussionem suprascripto Teudaldi Marchio & Comes, seu Judicum amonicione scripsi Hanno Imperii Tercio Domni Ottoni Deo propicio Sesto, Prisdie Kalendas Octubris, Indictione Quintadecima.

B

TEVDALDVS MARCHIO SSI.

Nozo Judex Sacri Palatii interfui.
Stabilis Judex Sacri Palatii interfuit.
Baterius Judex Sacri Palatii interfuit.
Petrus Judex Sacri Palatii interfuit.
Teuzo Judex Sacri Palatii interfuit.

C

Reliquit post se Tedaldus heredem Bonifacium filium supra memoratum, qui postea nominis sui famam longe lateque propagavit, tum ob res magnifice gestas, tum ob adjectum antiquis titulis ac ditionibus Ducatum & Marchionatum Tusciae. An & ipse Regii & Mutinae Praefecturam tenuerit, ignotum est, nulla quippe ejus rei monumenta supersunt. Alterum exemplum praesto mihi est fortasse duplicis Civitatis uni Comiti commendatae. Habetur in antiquo Regesto MSto nobilissimi Monasterii lacrarum Virginum Sancti Zachariae Venetiis Charta hisce notis signata: Dominus Henricus Imperator Augustus Anno Imperii ejus hic in Italia, Deo propicio, Secundo, Mense Martii, Indictione XIV., idest Anno MXXVI. Donationem continet, in qua commemoratur Hugo forsitan Comes Vicentinus & Patavinus. En verba: Ego Ubertus Comes, & Mansfredus germani filii quondam Ugonis de Comitatu Vicentino atque Patavino, qui professi sumus ex natione nostra Lege vivere Longobardorum, habitatores in Castro Novo &c. Quare tempora fuerunt, quibus unus Comes non uni tantum praefuit Civitati. Cu-

E

X K

rabant.

rabant autem Marchiones ipsi, ac Duces, ut *Comitis* titulo regendam Civitatem aliquam susciperent. Idque nondum in Italia, sed & in Gallia factum. In Charta Anni DCCCCXCVIII. per Baluzium in Notis ad Capitularia Tom. 2. pag. 1259. legitur: *Ego in Dei nomine Guillelmus Comes, Marchio, atque Dux*. Ita Adalbertus I. Tusciae Marchio, teste Florentino in Vita Mathildis, modò *Dux*, modò *Marchio*, modò *Comes* appellatur, quod Lucensi Urbi *Comitis* titulo Praefectus esset. Amabant enim Marchiones ipsi Comitem agere illius praecipue Urbis, quae suae Provinciae caput erat. Celebris quoque Estensis Familiae Princeps *Albertus Atto II. Marchio*, uti proditum est in Part. I. Antiquitat. Estens. Cap. II. in Charta Anni ML.

A dicitur *Comes Lunensis Comitatus*; eju-
sque parens *Albertus Atto I.* pariter
inscriptus reperitur *Marchio, itemque*
Comes. Sed ut reliquis exemplis par-
cam, unus prodeat *Otto Comes Palatii*,
qui quanquam adeo illustri munere
frueretur, attamen Anno MXIV. *Co-*
mes etiam *Ticini* sive *Papiae* tuit. En-
illius Judicatum Archetypum, quod
B in eadem Urbe adservatum in Archi-
vo Monachorum insignis Monasterii
Sancti Salvatoris egomet vidi, ac de-
scripsi. Et quoniam in praecedenti
Dissertatione vidimus eundem *Otto-*
nem nepotem fuisse *Petri Episcopi Co-*
mensis, nunc palam fiet. *Aginulphum*
ejus fratrem, eorumque communem
parentem fuisse *Cunibertum olim Co-*
C *mitem*.

Placitum coram Ottone Comite Palatii & Petro Episcopo habitum,
in quo Monachi Sancti Salvatoris Ticinensis evincunt
quosdam agros, Anno 1014.

D Um in Dei nomine, Civitate Pa-
pia, in Curte Aginulfi & Otto-
ni Comiti Palatii, seu Petri Episco-
pi, Jeronimus filius bone memorie
Cuniberti qui fuit Comes, Pater su-
prascriptorum Aginulfi..... in judicio
residentibus suprascriptus Otto Comes
Palatii; & Comes hujus Comitatu
Ticinensis, justicias faciendas ac deli-
berandas, residentibus cum eo..... item
Teuzo, Richardus, Bonus filius, item Si-
gesfredus, Papius qui & Agirardus, E-
verardus, Ingelbertus, & Ardingus Ju-
dices Sacri Palatii, & reliqui plures.
Ibique veniens Adam Avocatus Mona-
sterio Domini Salvatoris, qui est constru-
ctum foris, in Campanea hujus Ticinen-
sis Civitatis, ad bone memorie Domne
Adalehide. que fuit Imperatrix &.....
abeo & teneo à parte supradicto Mo-

D nasterio Domini Salvatoris proprieta-
tem pecia una de terra, quod est in
parte prato & in parte jerbo, seu
in parte silva cum area..... perti-
nente juris ipsius Monasterii Domni
Salvatoris, que esse videtur in loco
& fundo, ubi Pactozerione dicitur,
& jacet à locus, ubi dicitur Vado
Luxeiro. Quod est pecia ipsa de ter-
ram justa jugeras quatuordecim. Coe-
ret ei de duabus partibus terra pre-
facto Monasterio Domini Salvatoris,
de tercia parte percurret fluvio Pa-
do, quod est..... ipsius Monasterii,
sibe que aliis sunt coerentes. Et si
vislibet homo adversus pars suprascri-
pto Monasterio exinde aliquid dicere
vult, paratus sum cum eo inde in
ratione standum & legitime finiend-
um. Et quod plus est, quero, ut
dicat

dicat iste Aldo filius quondam Adelgisi, qui ic à presens est, si eadem pecia de terra, qualiter ic mensura & coërencias de nominatis rebus ad pars praedicto Monasterio Domini Salvatoris contradicere aut subtraere querat, aut si propria ejusdem Monasterii est, & esse debet cum Lege, an non. Cum ipse *Adam Avocatus taliter retulisset, ad hec respondens ipse Aldo dixit & professus est*: Vere eadem pecia de terra, quod est in parte prato, & in parte jerbo, seu in parte silva cum area, sive in eodem loco & fundo, ubi dicitur Sancto Zerone, sicut tu Adam Avocatus ic mensura & coërencias denominasti, pars superscripto Monasterio Domini Salvatoris non contradico, neque contradicere quero, quia cum Lege non possum, eo quod propria ipsius Monasterii est, & esse debet cum Lege, & mihi ad abendum nec requirendum nichil pertinet, nec pertinere debet cum Lege, pro eo quod exinde nullum scriptum, nullam firmitatem, nullamque ratione non abeo nec abere possum, per quam pars ejusdem Monasterii contradicere possam, set ut dixi, propria superscripto Monasterii Domini Salvatoris est, & esse debet cum Lege. *Insuper ibi locum spondit se ipse Aldo, ut si umquam in tempore ipse, seu filii, filiabus, vel heredes, aut eorum submissa persona adversus pars superscripto Monasterio Domini Salvatoris, aut cui pars ejusdem Monasterii dederit de infrascripta pecia de terra in eodem loco & fundo Sancto Zenone, qualiter superius legitur, abere aut causare, vel removere presumpserint, & taciti exinde omni tempore non permanserint, vel si apparuerit ullum dictum aut factum, vel quolibet scriptum, quod ipsi exinde in aliam partem fecissent, & clare factum fuerit, ut tunc componant ipse Aldo sui-*

A *sque filiis, filiabus, vel heredes, pars ipsius Monasterii Domini Salvatoris, aut cui pars ejusdem Monasterii dederit, dupla superscripta pecia de terra, sicut pro tempore fuerit meliorata, aut valuerit sub estimatione in consimile loco, insuper pena argentum Denarios bonos Papienses Libras centum. His actis & manifestacio ut supra facta, rectum eorum judicium & auditoribus paruit esse & judicaverunt, ut justa eorum altercatione, & eidem Aldoni professione & manifestacione, ut pars superscripto Monasterio Domini Salvatoris, eadem pecia de terra sicut superius mensura & coe-rencias legitur, ad proprietatem abere & detinere deberet, & ipse Aldo maneret exinde tacitus & contemptus. Et finita est Causa, & anc noticia pro securitate pars superscripto Monasterio Domini Salvatoris fieri amonuerunt.*

Quidem & ego Giselbertus Notarius & Judex Sacri Palatii ex jussione superscripto Comiti Palatii, & Judicium amunicione scripsi, Anno Imperii Domini Henrici, Deo propicio, Primo, IV. die Mensis Madii, Indictione XII.

D *Otto Comes Palatii interfui.
Lanfrancus Judex sacri Palatii interfui.
Sigefredus Judex sacri Palatii interfui.
CYGHΦPHΔXC.
Walpertus Judex sacri Palatii interfui.
Papius Judex sacri Palatii interfui.
Ingelbertus Judex sacri Palatii interfui.
Bonusfilius Judex sacri Palatii interfui.
Teuzo Judex sacri Palatii interfui.
E *Richardus Judex sacri Palatii interfui.
Ezeverardus Judex sacri Palatii interfui.**

Vide quaeso repetitum literis Graecis a Sigefredo Judice suum nomen, & X adhibitum pro OY. eadem nempe ratione, qua characteribus cursivis utentes pro OY scribunt γ. Alterum simile Placitum produxi Par. I. Cap. 14. pag. 113. Antiquitat. Estens. in quo idem Sigefredus &

Latine & Graece sese subscribit. A deo verò spectabilis habita est olim Comitum dignitas ac titulus, ut ne ipsi quidem Reges & Augusti dubitarent eisdem Comitibus jungere matrimonio filias suas atque consanguineas; cujus rei exempla complura ab Historicis & Archivis peti possunt. Praeterea consuetudo invaluit, Comitissas nuncupandi vel ipsas Uxores Ducum atque Marchionum. In

A Archivo insignis Monasterii Sancti Sixti Placentini, quod primo Monialium fuit, deinde Monachis Benedictinis attributum, in eorum ditione adhuc perdurat, adservatur Diploma authenticum Hugonis Italiae Regis, in quo is memorat *Ermen-gardim gloriofissimam Comitissam, karissimamque germanam nostram*. Chartam ipsam omnium oculis subjicere placet.

Confirmatio Privilegiorum facta ab Hugone Italiae Rege Monasterio Monialium Sancti Xysti in Urbe Placentina siti, Anno 926.

IN nomine Domini Dei aeterni. Hugo divina largiente clementia Rex. Si sacris ac venerabilibus locis temporalia atque transitoria concedimus, magnam apud Dominum remunerari in futuro nequaquam diffidimus. Quocirca noverit omnium fidelium sanctae Dei Ecclesiae, nostrorumque praesentium scilicet & futurorum industria, Lamper-tum sanctae Mediolanensis Ecclesiae Archiepiscopum, nec non & Adelbertum sanctae Bergamensis Ecclesiae Praesulem, & Ermengardim gloriofissimam Comitissam, karissimamque germanam nostram, & Giselbertum illustrem Comitem Palatii, umiliter nostram exorasse celsitudinem, quatenus ob amore superne remunerationis per nostri praecepti paginam quoddam Monasterium infra Civitate Placentina, à Beatae videlicet memoriae Angelberga Imperatrice constructum, & in honore Sancti Sixti dedicatum, Bertae gloriosissimae Abbatisse, consanguineae nostrae cum omnibus suis pertinenciis confirmare dignaremur, simul quoque roborantes, & in perpetuum concedentes eidem Monasterio quasdam Cortes, Wardestallam scilicet, Campum Miliatio, Curtem Nova, Sexto, Luciarium, Littora Palu-

diana, Villole, Piguniarium, cum adiacentiis eorum, & omnia quaecumque memorata Imperatrix institutionis suae pagina ubicumque eidem Cenobio diffinivit ad habendum. Quorum petitionibus tota devotione faventes id fieri annuimus, hoc nostrum Praeceptum scribi jubentes, per quod praelibatae Bertae eundem Monasterium confirmamus, quatenus in sua sit potestate & dominio, eousque vixerit, & ibidem dominatrix & ordinatrix atque rectorix invigilet ac permaneat, donec ejus fuerit vita. Per quod etiam jam praescripto venerabili loco concedimus hac confirmamus omnes res & possessiones, mobiles ac immobiles, tam per Cartulas, quamque extra Cartulas, vel cujuscumque inscriptionis titulo ad partem ipsius Monasterii legibus adquisitas & adquirendas, seu quicquid per Regum vel Imperatorum antecessorum nostrorum Praecepta ad eundem sacrum locum collatum. Atque Cellulam quandam, quae antiquitus Monasterium dicebatur, non procul à Placentina Urbe sitam, locum, qui Caput Trebiae vocatur, in qua Ecclesia Apostolorum Principis honore dicata consistit, cum omnibus inibi, quemadmodum Karlomanus serenissimus Rex antiquitus eandem Cellulam

lulam cum universis suis appendiciis eidem Monasterio proprietario jure largitus est, praenominato venerabili loco per hoc nostrae regalis auctoritatis Praeceptum ex integro perdonamus, largimur, confirmamus, modisque omnibus corroboramus. Familias quoque utriusque sexus & conditionis cum Curtibus & Capellis, eorumque appendiciis, cum omnibus Cassellis, Casis, vineis, campis, pascuis, pratis, silvis, saltibus, facionibus, paludibus, aquis, aquarumque decursibus, molendinis, fluminibus, piscationibus, ripis, rupinis, montibus, collibus, vallibus, ac planiciebus, coltis & incoltis, divisis & indivisis, mercacionibus, vecligalibus, districtionibus, servis & ancillis, Aldiis & Aldianis, & omnibus quae dici aut nominari possunt, ad eundem Monasterium ju-

A ste & legaliter respicientibus, in integrum confirmamus. Ita videlicet, ut praelibata Abbatissa Berta quousque vixerit hac nostra auctoritate roborata de praescriptis rebus eidem Monasterio pertinentibus, tam per Praeceptorum paginam, ut diximus, quamque aliarum Instrumenta cartarum, & adquisitas & adquirendas, potestative faciat, omnium magnarum parvarumque personarum molestacione remota. Si quis vero hac nostram auctoritatem violare temptaverit, centum quinquaginta Libras auri optimi componere cogatur, medietatem Camerae nostrae, & medietatem sacresatae Ecclesiae Abbatissae. Quod ut verius credatur, diligentiusque ab omnibus observetur, manu propria roborantes de anule nostro jussimus insigniri.

Signum Domni Hugonis



piissimi Regis.

Sigefredus Cancellarius ad vicem Beati Episcopi & Archicancellarii recognovi & subscripsi.

Sigillum Cereum



Data Anno Dominicae Incarnationis DCCCCXXVI. Tertio Nonas Septembris Indictione XV. Anno vero Domni Hugonis Primo.

Actum Pavia, in Christi nomine feliciter. Amen.

Fuit

Fuit haec *Ermengardis* filia *Adelberti II.* potentissimi Ducis & Marchionis Tusciae, & *Bertae* illius, quae primò nupta *Theobaldo Comiti Provinciae* sive *Arelatensi*, eundem *Hugonem* pepererat postea *Italiae Regem*. Juncta fuit matrimonio *Ermen-gardis* cum *Adelberto Marchione E-*poiedienti, & nihilominus non alio quàm *Comitissae* titulo appellari consuevit. Ita ejus mater *Berta*, quamquam *Lotharii Regis* filia, & conjux nuper laudati *Adelberti II. Ducis* ac *Marchionis Tusciae*, eandem tulit appellationem.

Hoc regitur tumulo Comitissae corpus humatum

Inclita progenies Bertae benigna, pia, &c.

Leguntur haec verba in ejus Epitaphio, quod adhuc marmore inferi-

ptum vidi *Lucae*, atque à *Florenti-*no evulgatum habemus. Alia exempla dimitto. Quod ita tamen dictum velim, non ut negem, illustres quandoque feminas titulo *Marchisae* & *Marchionissae*, *Ducissae*, & *Ducatricis* fuisse usas. Id potissimum deprehendimus in *Beatrice* uxore *Bonifacii Ducis* & *Marchionis Tusciae*, & in magna *Mathilde* illius filia. Sane *Mathildis Comitissa*, familiaris fuit praeclarissimae hujus mulieris titulus; in nonnullis tamen Chartis atque Historiis speciosiori, quantum nobis videtur, appellatione donata occurrit, uti etiam constabit ex *Pistoriensi* pergamena, quam ex antiquissimo exemplo existente in *Archivo Abbatiae Pistoriensis Sancti Michaelis* in *Furcule*, *Monachorum Vallis Umbrosae*, descripti.

Mathildis Comitissa & Ducissa Tusciae una cum Petro Episcopo Pistoriense Ecclesiam Sanctae Mariae de Piunte donat Monasterio Sancti Salvatoris de Fontana Taoni, Anno 1099.

IN nomine Domini nostri Jesu Christi. Anno ab Incarnacione ejus *MXCIX.* Regnante Imperatore *Henrico*, octavo Idus Septembris, Indictione *VI.* Ego *Domna Mathilda Ducatrice* propter Deum & remedium anime mee, vel abluentis peccatis meis, que commisi, & pro anime *Bonifacii Marchionis* genitoris mei, & *Beatricis* matris mee, do, & offero tibi Deo in *Monasterio Sancti Salvatoris*, & tibi *Johanni Abbati*, tuisque successoribus cum integra & bona voluntate *Domni Petri Pistoriensis Episcopi*, & *Bonuti Archiepresbiteri*, *Ecclesiam Sancte Marie de Piunte*, cum omnibus rebus & possessionibus suis, quod ab hac hora in antea potestatem habeatis illam haben-

di, tenendi, gubernandi, possidendi, & omnibus modis in te agendi *Presbiterum*, & *Clericum* secundum vestram voluntatem mittendi & trabendi. Que autem jam dictas res, qualiter supra legitur cum superioribus & inferioribus, & ingressibus suis in integrum, taliter a presenti die & ora per hanc paginam offertionis mee tibi Deo in *Monasterio Sancti Salvatoris*, & tibi *Johanni Abbati*, tuisque successoribus a parte nostra *Ecclesiam Sancte Marie de Piunte* maneat persistat potestatem ad habendum, tenendum, absque omni contradictione mea, meorumque successorum. Insuper spondemus atque promittimus ego *predictus Petrus Ecclesie Sancti Zenonis Episcopus*, meorumque successoribus, &

Domna

Donna Matilda, tibi Deo, & Monasterio Sancti Salvatoris de Fontana Taoni, & tibi Johanni Abbati, tuisque successoribus, nostris rebus omni tempore ab omni homine defensare juxta Legem Damna litis omnia sustinet. Quod si ad defensandum minime fecero, aut contra hanc offertionem per quodcumque vis ingenium agere aut causare presumpsero, vel si agentibus consentientes fuero, tunc promittimus componere & dare penam Libras quinquaginta bonorum denariorum Lucensium, & post penam solutam hec paginam offertionis mee in sua maneat firmitate.

Hoc actum est in Prato Vescovi. Testes autem sunt Comes Albertus de Sabluneta, Guido Comes de Mutilgnano, Raimulduus de Bagise, Ugo de Nolaltula, Bernardus filius Imelde de Ferignano, Ubertus de Stagno, Guido de Pisa, Ugicione de Montalto, Bonifacius Advocatus de Pistoria, rogati testes.

* Ego Petrus Episcopus subscripsi.

MA	TIL
DA	DEI
GRA	SI
QID	EST

Ego Aldericus Judex interfui & subscripsi.

Ego Gosberto Notarius subscripsi, post tradita complexit & dedit.

Describenti mihi olim hanc membranam, adeo antiqui visi sunt characteres, adeo primigeniae restium subscriptiones, ut quanquam subdubitans, pro archetypo acceperim. Verum perpensis deinde notis Chronologicis, deprehensoque, non respondere Anno MXCIX. Indictionem Sextam, Chartam ad apographa aman-

davi, in quae longe facilius quam in autographa errores irrepsisse, ac irrepere novimus. Legebatur, ut opinor, in originali Indict. III. at parum attentus descriptor conjunctis incaute primis duabus numeralibus unitatibus, Indictionem VI. nobis obtrusit. Nunc me compellat argumenti ordo, ut edicam, vel ante Annum à Christo nato Millesimum decrescere coepisse splendorem, auctoritatemque Comitum, atque id duabus de causis. Prima fuit, quod insurgentibus saepe ac saepius ob jurisdictionem ac dominationem controversis inter Episcopos & Civitatum Praesides sive Comites, rem tutiorem commodioremque sibi arbitrati sunt sacri Pastores, ipsum quoque temporale Populorum regimen ab Imperatoribus aut Regibus sibi conquirere. Neque multis difficile fuit voto petiri. Non raro Germanicis Regibus opus erat Episcoporum praesidium, sive ut Reges Italiae eligerentur, sive ut electi Regnum acquisitum eorum ope deinde tuerentur. Opportunitatem adeo secundam amplificandae potentiae suae non sinebant sacri Antistites sibi è manibus elabi. Quare nonnullis bene accidit, iidemque creati fuere Comites suarum Civitatum: quo exemplo permoti reliqui Episcopi (minus enim posse, minusque splendere non sustinebant) omnem curam industriamque in ejusmodi negotiis opportunam, non reliquere intentatam, quo & ipsi proprio Gregi in temporalibus etiam imperarent. De hoc fusius agam infra in Dissert. LXXI. de Episcoporum potentia. Nunc id unum subdam, nonnullos ex Episcopis non Civitatem solum, sed & universum ejus Comitatum regenda sibi impetrasse. Ejusmodi donum Archiepiscopo Tarantasiensi conlatum

à Rodulpho Burgundiae Tranjuranae Rege, docebit nos Charta, ex vetusto antigrapho hausta, quam mecum

A communem fecit Excellentiss. Taurinensis Senatus Praefes Comes Ludovicus Caiffottus.

Rodulphi Burgundiae Regis Diploma, per quod Amizoni Archiepiscopo Tarantasiensi Comitatum ejusdem Urbis donat. Anno Ch. 996.

IN nomine Sanctae & individuae Trinitatis. Rodulphus aeterni Judicis misericordia Rex. Dum in primordio Christianae Religionis constituti sunt Reges, Ecclesiarum sollicitudinem, curamque Pontificum Deo famulantium considerantes, augmentando terrarum donis Pontificatus quamplures, ad summam duxerint dignitatem: Nos quidem exempla priorum perpendentes, ac molem nostrorum peccaminum, ne ira districti Judicis pavidi damnemur, Archiepiscopatum hybernis incursionibus penitus depopulatum, quem Amizo, prout vires appetunt, ordinatum vestit, Comitatu donamus, ac hujus auctoritate nostri praeccepti, hunc autem iuste & legaliter esse datum firmamus; ut sicut praedictorum malignae incursionis saepissimo decidit furore, ita nostri juvenis sublevetur honore. Hoc autem omni consideratione cordi committimus, Dominumque Christum Jesum fixis genibus imploramus, quo his peccatis ad Caelestis Patriae valeamus deportari Regnum, ac potestatem Sanctae Dei Ecclesiae Tarantasiae integrum conferimus Comitatum, quo beatissimorum Apostolorum Principis jam dictum Comitatum Deo deferimus; ut in omnibus eandem ipse praedictus Archiepiscopus potestatem habeat regimen sive ordinationis suorum tantis temporibus Episcopo committere. Quicumque igitur istius nostrae Donationis seriem temerario ausu temerare praesumpserit, omnibus Dei maledictionibus subiaceat, Sanctorumque Apostolorum omnium

B nodis & nexibus irretitus, anathemate perpetuo damnetur. Et haec nostra auctoritas firma, stabilis maneat semper; insuperque sentiat se compositurum centum librae optimi auri, medietatem Camerae nostrae, & medietatem Archiepiscopo, vel Successoribus suis. Verum, ut hoc erodatis melius, praesens Praeceptum firmavimus, nostroque sigillo insigniri iussimus.

C Signum Domini Serenissimi Regis Rodulphi.

Anselmus Regis Cancellarius hoc scripsit Praeceptum Anno Domini Incarnationis Nongentesimo Nonagesimo Sexto, Indictione vero Decima, Regni autem Regis Rodulphi Tertio.

Actum in Agauno feliciter.

D Pro Indictione Decima scriptum fuerit in autographo Indict. VI. Aliis vero Episcopis tota quidem Civitas commissa est; sed non ultra passuum tria, aut quatuor, aut quinque millia extra Urbem eorum ditio se protendit, reliquis Comitatus partibus parere pergentibus Comiti Seculari: cujus moris documenta complura prostant. Cremonensi Episcopo, ut unum adferam exemplum, ab Augustis concessa est **E** Districtio Civitatis infra & extra quinque Milliariorum spatia. Quod quamvis ex aliis Diplomatum in hoc ipsum Opus inlatis constare possit, duobus tamen aliis nondum editis rem confirmabo. Ea descripti ex Regesto MSto Archivi Episcopalis Cremonae.

Otonis III. Imperatoris Diploma, quo Ecclesiae Cremonensi, ejusque Episcopo Odelrico, omnia illius bona confirmat, Anno 996.

IN nomine Sancte & individue Trinitatis. Otto divina favente clementia Romanorum Imperator Augustus. Si sancta ac venerabilia loca &c. Quocirca omnium Sancte Dei Ecclesie fidelium nostrorum presentium scilicet ac futurorum noverit Universitas, Odelricum venerabilem Sancte Cremonensis Ecclesie Antistitem, obtentu karissime Sororis nostre Sophie, celsitudinis nostre clementiam adisse, humiliter postulans, quatenus pro Dei amore, nostrique Imperii salute, nostra Imperiali auctoritate Precepta a Decessoribus nostris sue Ecclesie concessa confirmaremus ac roboraremus. Cujus dignis petitionibus annuentes &c. corroboramus eidem Sancte Cremonensi Ecclesie quicquid Curature, Telonei, atque Portatici, aliquo ingenio de jam facta Cremonensi Civitate ad publicam functionem pertinuit, tam de parte ipsius Civitatis Comitatus, quam de parte Cortis Sexpilas: necnon ripas & piscarias a Vulpariolo usque in Caput Abdue,

A cum molendinis & molatura coruus, & portibus, atque cum uniuscujusque navis solito censu, & palificture denarios quatuor, seu cum persolucione omnium navium Cremonam advenantium tam Veneticorum, quam ceterorum navium. Distinctionem verò Civitatis infra & extra quinque Miliariorum spatia, seu & omnia, que a jam dictis antecessoribus nostris Ecclesie ipsius Episcopi Precepto donationis & confirmationis sunt concessa, condonantes corroboramus. Eo videlicet ordine, quo ipse Odelricus venerabilis Episcopus, sui que successores &c. Signum Domini Otonis serenissimi Imperatoris Augusti.

B Heribertus Cancellarius ad vicem Petri Cumani Episcopi & Archicancellarii recognovi.

C Dat. VI. Kalendas Junii, Anno Dominice Incarnationis DCCCCXCVI. Indictione IX. Anno verò Tercii Otonis Regnantis XIII. Imperii autem ejus Primo. Annum Romæ feliciter. Amen.

Conradus II Rex, Imperator I. Hubaldo Cremonensi Episcopo, ejusque Ecclesie, omnia Privilegia & bona confirmat, Anno 1031.

IN nomine Sancte & individue Trinitatis. Chuonradus divina favente clementia Romanorum Imperator Augustus. Si sancta & venerabilia loca &c. Quocirca omnium Sancte Dei Ecclesie fidelium, nostrorumque presentium scilicet ac futurorum noverit universitas, Hubaldum venerabilem Sancte Cremonensis Ecclesie Antistitem, obtentu dilectæ Imperii nostri Consortis Gisle Imperatricis gratissime, celsitudinis nostre clementiam obnixè humiliterque postulasse,

D quatinus pro Dei amore, nostrique Imperii salute, nostra Imperiali auctoritate Precepta a Decessoribus nostris Regibus, atque Imperatoribus, maxime Berengario, Rodulpho, necnon divæ memorie Ottonibus, ac Henrico, magnificis Imperatoribus Augustis, sue Ecclesie concessa confirmaremus & roboraremus. Cujus dignis petitionibus annuentes, prout iuste & legaliter &c. confirmamus & corroboramus eidem Sancte Cremonensi Ecclesie quicquid Curature, Telonei, atque

Portatici, seu Ripatici, alicui ingenio de jam facta Cremonensi Civitate ad publicam functionem pertinuit tam de parte ipsius Civitatis Comitatus, quam de parte Cortis Sexpilas, necnon ripas & piscarias a Valpariolo usque ad Caput Abdue cum molendinis & molatura eorum, scilicet per unumquemque molendinum grani modios Cremonenses quinque; atque cum uniuscujusque navis solito censu, per unamquamque navim videlicet salis orales quatuor, sicut continetur in Noticiis ante presentiam Cessonis Diaconi, & Domni Ottonis Imperatoris Missi, & Heriberi Cancellarii, Cremonae in Placito residentium factis, & auctoritate ac jussione prelibati Domni Ottonis Imperatoris legaliter roboratis; & passivive denariis quatuor, seu cum persolutione omnium navium, & cum curatura omnium negotiorum, qui sunt in predicta ripa tam ab incolis Civitatis, quam ab aliis aliunde ad negotium venientibus; seu cum omnibus Ecclesie relictudinibus ac consuetudinibus. Districtionem verò Civitatis intus & extra per quinque miliariorum spatia &c. Si quis igitur &c.

Signum Domni Chuonradi serenissimi Imperatoris Augusti.

Bruno Cancellarius ad vicem Aribonis Magontini Archiepiscopi & Archicancellarii recognovi.

Datum III. Kalendas Martii, Anno Dominice Incarnationis MXXXI. Indictione XIV. Anno autem Domni Chuonradi II. Regnantis Sexto, Imperii verò IV.

Actum Goslarie feliciter. Amen.

Fuerunt etiam sacri Antistites, qui sibi non unius, sed complurium Civitatum regimen ac dominatum conquisiere, quod nomine Comitatus olim designatum est. Id in primis ab Archiepiscopis Ravennatibus factum est, uti ex Historia Hieronymi Rubei constat. Sed haec missa faciamus. Alte-

A ra caussa, quare coepta est imminui potentia ac dignitas Comitum, ea fuit, quod à Civitatum ditione sensim Castella & Vici, & Allodia seu Feuda Procerum, auctoritate Regum divellerentur, constitutis ibi Comitibus Ruralibus, hoc est, ipsis Proceribus, Urbani Comitis imperio minime subiectis. Ita Civitatum ager, antea latissimus, in frustra variatque sectiones concisus est, & Castella praeclariora suum peculiarem Comitem, propriumque agrum, sive districtum accepere, cui attributa sunt nomina ac jura Comitatus. Propterea vel antiquitus occurrunt in Litore Italico, sive in Orientali Genuensium regione Comites *Lavaniae*, & vivente magna Comitissa Mathilde Comes Guido Guerra, cui hic titulus datus, quod in Tuscia multis Castellis imperaret, & Albertus Comes de Prata in eadem Tuscia. In Mutinensium montibus vetustiores fuisse videntur Comites *Gommolae*, in quorum hereditatem successit antiqua ac nobilis Caesiorum Mutinensium Familia. Bullam Urbani III. Papae adservant in Tabulario suo Monachi Benedictini Mutinenses, Coenobium Sancti Petri incolentes, in qua notae istae leguntur: *Actum Veronae per manum Alberti Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyteri Cardinalis & Cancellarii, IV. Idus Aprilis, Indictione III. Pontificatus verò Urbani Papae Tertii Anno Primo idest Anno Christi MCLXXXV.* in qua Pontifex inter alia Monachis eisdem confirmat nomina quaecumque habetis in Comitatu *Gummulae*. In Charta Lucensi Anni MXCVIII. Rolandus quidam Monasterio Sancti Salvatoris prope Arnum terras donat *pro remedio animae bonae memoriae Ughicionis magni Comitis, & Ciliae Comitissae uxoris suae.* Ruralis Comes & iste fuisse videtur; ac ipse

in altera Charta appellatur *filius Bulgari itemque Comitis*. Altera pergamena scripta Anno MCVI. exhibuit mihi *Hugonem Comitem filium quondam Ugucionis magni Comitis*. Membranamque vidi Anno MLXXXVIII. scriptam, in qua idem *Uguccio dicitur filius quondam Bulgavelli Comitis*. Sed ut aliquo nondum edito monumento confirmemus, quae de hisce *Comitibus Rurabilibus* live *Pagensibus* nunc differimus,

A prodeat Charta apud Monachos Benedictinos Sancti Petri Regiensis adfervata, spectans ad *Hugonem Comitem Sablonetae*, quod Castellum situm est inter Padum & agrum Cremonensem, nostrisque temporibus Duci Guastallensi subest. Is fortasse Pater *Alberti Comitis de Sabluneta*, qui in praecedenti Charta Comitissae Mathildis nobis occurrit.

Hugonis Comitis Sablonetae Donatio facta Monasterio Sancti Prosperi, nunc Sancti Petri Regiensis, Anno 1091.

IN nomine Dei eterni. *Anni ab Incarnacione Domini nostri Jesu Christi MXCI. Decimo die mense December, Indicione XV. Ecclesia Monasterii Sancti Prosperi, sita eodem foris Civitate Regio, ubi prope non multum longe. Ego Ucho Comes filius quondam Bosoni similiter Comitis de loco, qui dicitur Sabloneda, qui professo sum ex Nacione mea Lege vivere Alamannorum, aufertor & donator ego ipse, qui supra presens presentibus dixi: Quisquis in sanctis ac venerabilibus locis ex suis aliquid contulerit rebus, juxta Otoris vocem in oc Seculo centuplum accipiet, & insuper, quod melius est, vitam possidebit eternam. Ideoque ego qui prius Ucho Comes in eadem Ecclesia Monasterii Sancti Prosperi dono & aufero ipse Ecclesia Sorte una Massaricia cum area ubi estat juris meis, quam abere & possidere viso sum in loco & fundo Castello Walteri: que est recta & laborata per Bonotempo Masario, & est ista Sorte Masaricia inter sediminis & vineis cum areis suarum seu terris arabilibus & pratis, jugies quinque, & omnibus rebus terrestris in loco & fundo Campicino, in locis ubi dicitur ad Curte Gastaldu & alla Molla. Et est istis*

C
D
E
rebus omnibus terrestris inter sediminis & vineis cum areis suarum seu terris arabilibus & pratis jugies similiter quinque. Et si amplius de meo jure in jam nominato loco & fundo Campicino inventum fuerit quam ut supra legitur, per anc Cartulam auferfionis a pars ipsius Ecclesie persistat potestatem proprietario jure, ut dictum est, tum predicta Sorte & omnibus rebus terrestris cum sediminis & vineis cum areis suarum seu terris arabilibus atque gerbibus & buscaleis, sive silvis majoribus ac stelareis, ripis, rupinis ac paludibus, partibus coltis & incoltis, divisis & indivisis, una cum finibus, terminibus, accessionibus, & usibus aquarum, aquarumque ductibus: cum omni jure, agenciis & pertinenciis earum rerum per locas, ac vocabula ab ipsa Sorte, & omnibus rebus terrestris pertinenciis in integrum. Que autem ista Sorte Masaricia cum omnibus rebus terrestris juris mei, qui prius Ucho Comes superius nominatis, una cum accessionibus & ingressores earum, seu cum superioribus & inferioribus suis, qualiter superius mensuratis, in integrum ab ac die in eadem Ecclesia Sancti Prosperi jam dicta Sorte & omnibus rebus terrestris juris su-
pradi-

prædicti, dono & aufero, & per presentem Cartulam auferſionis ibidem pars ipsius Ecclesie confirmo, & ad me, qui prius Ucho Comes, per coltellum, festusum notatum, wantonem, & uasenum terre, seu ramum arboris, & me eximæ foris explevi, uarpivi, & absentem me fecit, & mea parte, quod dicta Ecclesia proprietatem abendum reliquit, faciendum exinde ab ac die pars ipsius Ecclesia propriuario nomine quidquid uoluerit sine omni mea heredum ac probe tumque meorum contradictione uel repetitione. Si quis uero, quod futurum esse non credo, si ego qui prius Ucho Comes, quod absit, aut ullus de heredibus & ac probe redibus meis, seu quislibet ulla abposita persona contra aut Cartulam uerſionis ire quandoque temptauerimus, aut eam per co-uis ingenium infringere queſierimus, tunc inferamus ad illam partem, contra quem exinde litem intulerit, multa, quod est pena auro obtimo uncies tres, & arientum ponderas sex: & quod repecierimus & iudicare non ualemus; set presens aut Cartulam auferſionis dioturnis temporibus firma & stabilis permaneat adque persistat, & ad me qui prius Ucho Comes una cum meis heredibus a pars superscripta Ecclesia superscripta Sorte & omni rebus terrestriis, quorum superius in integrum ab omni omenem defendere: quod si defendere non potuerimus, aut si aduersus a pars superscripta Ecclesia exinde aliquod per co-uis ingenium subtrahere queſierimus, tunc in

A duplum eandem donationem & auferſionem a pars ipsius Ecclesia Monasterii Sancti Prosperi restituamus, sicut pro tempore fuerint meliores, aut ualuerint sub estimatione in consimilibus locis inconuulsa cum stipulatione subnixæ. Et bergamela cum atrementario de terra leuimus painam. Riboldus Notarius & Iuax Sacri Palatii tradidit & scribere rogati, in qua subitus confirmans testibusque obtulit roborandam.

Actum in Castro Calvisiano feliciter.

Signum manum suprædicto Ucho Comes, qui ante Cartulam auferſionis fieri rogati, & ei relicta est ut supra.

Signum manibus Guiberti & Lanfranchi, seu..... & alio Lanfranco Lege Alamannorum uidentes.

C Signum manibus Adoni, & Buchoni, seu alio Wiberto testibus.

Ego qui prius Riboldus Notarius & Iudex Sacri Palatii rogatus perscripsi uigius Cartule auferſionis, postulatæ complerit & dedit.

In Bullario quoque Casinensi Tom. 2. Constitution. 145. exhibetur altera Donatio Anno MCXIX. facta ab Uberto, cui idem titulus Comes de Sabloneta. Mentio autem supra laudati Ugonis Comitis monet me, ut integram ex oblivione restituam alteram Chartam, ex eodem Tabulario Monachorum Regiensium depromptam, per quam nobilis Viri Familia luculentius illustretur.

Boso Archidiaconus Parmensis, Albertus Comes, eorumque Consanguinei & Affines, Monasterio Regiensi Sancti Prosperi, nunc Sancti Petri, donant Capellam Sanctæ Mariæ in Castro Gualterii sitam, circiter Annum 1098.

I N nomine Sanctæ & individue Trinitatis. Boso Parmensis Archidiaconus, Albertus Comes, & Ubertus fra-

ter ejus, Comes quoque Walfredus & Berta uxor ejus, & Ermengarda Neptis eorum, Matilda etiam Coniux bo-

ne memorie Ugonis Comitis, & filii eorum, memoriale hoc suis, successorumque temporibus. Quia presentis vite cursus brevis est, & semper ambiguus, cunctisque mortalibus, quis vel qualis sit, incertus est exitus, oportet, dum superest, unumquemque provid..... sideratione, quod utilius & salubrius hac & in futura vita sit..... prospicere, & sanadum licet mente, omni sine dilatione perficere. Plures enim agnovimus rebus presentibus usque adeo deditos & intentos, ut ad memoranda novissima sua mentis oculos nullatenus aperirent, & que sibi commoda ac necessaria viderentur, omnimodo preterirent. Unde nos qui supra horum omnium non immemores, nostraque saluti consulere cupientes tam futuris, quam presentibus per hujus significationis nostre paginam manu nostra roboratam notum fieri volumus, quod pro Dei reverentia & honore, & animarum nostrarum futura remuneratione, quandam Capellam juris nostri in Castello Walterii ad honorem Sancte Marie constructam atque dedicatam, cum omnibus suis pertinentiis & conditionibus & redditibus, Monasterio Sancti Prosperi Regiensis Episcopi proprietario jure concessimus, & habendam Deo ibi servientibus ejusdem Monasterii Fratribus, remota omni tempore nostra, heredumque nostrorum repetitione & contradictione permittimus. Cujus quidem Capelle gratuitam munificentiam nostram ita liberam & absolutam in perpetuum esse decrevimus, ut nullum nobis, nostrisque deinceps in ea dominium exactionemque relinquamus, sed auxilium nostrum atque consilium ad ejus protectionem & conservationem, ubi opus fuerit, ei fideliter impendamus. Insuper etiam huic nostre benevolentie addimus, ut silvis, pascuis & utilitatibus aquarum libere utantur. Manentes etiam ejusdem Ecclesie, quibus in usu est factionem Castri persolvere, ita perficiant,

A ut si aliquid de factione Castri reliquerint, aut per furtum, vel per aliquod scandalum infra Castrum, vel de foris offenderint, Missis ipsius Ecclesie requiratur, & ipsi taliter emendent, ut nostris caput mali vel damni emendetur, ipsi vero habeant legem. Ad cujus rei futuram notitiam atque memoriam, hanc paginam fieri jussimus, & ut inviolabiliter ab omnibus observetur, manu propria roboravimus.

* Boso Archidiaconus subscripsit.

* Berta firmavit conjux Gualfredi.

* Albertus filius ejus firmavit, in presentia hominum, quorum nomina hæc leguntur.

Guido filius Gosberti, Adecherus filius Rustici Regensis, Rodulfus de Baruto, Lanfrancus Archipresbiter de Saliceto.

C In presentia bonorum hominum, quorum nomina subter leguntur, manu sua firmavit Comes Albertus & Boso Archidiaconus, ceterique sui Parentes, hanc concessionem proprietatis Monasterio Sancti Prosperi de Ecclesia Sanctae Mariae de Castro Walterii, cum omnibus suis pertinentiis.

D Rodulfus de Birutto, Benno filius Bennonis, Wido de Montarune, Angelus de Parma, & alii plures interfuerunt.

E Reperimus heic Matildem Hugonis quondam Comitissae conjugem, hoc est illius, ad quem praecedens Charta spectabat. Patrem haec habuit Rambaldum Comitem Tarvisii, eademque nobis occurrit in altera pergamina ejusdem Coenobii Regiensis, jamdiu à Margarino publici juris facta in Bulario Casinensi. Tom. 2. Constit. 122. ubi haec verba animadvertenda sunt: Ego Matilda Comitissa, filia quondam Regibaldi Comitis de Comitatu Tarvisii, & Conjux Uboni Comitis, quae profes-

sa sum ego ipsa Matilda Comitissa ex Natione mea Lege vivere Langobardorum, sed nunc pro ipso Viro meo Lege vivere Alamannorum. Nationem heic habes Hugonis Comitis Sablonetae: habes & veterum Comitum Tarvisinorum. Et quoniam Regibaldus ille inscribitur Comes de Comitatu Trivisii, nunc aditus mihi aperitur ad non contemnendam quaestionem, nempe ad inquirendum, isne Civitatem Tarvisii auctoritate Comitis rexerit, an portionem tantum ejus Comitatus, sive Castrum aliquod in agro Tarvisino situm. Eoque magis intendenda consideratio est in hanc dicendi formulam, quod in aliis monumentis occurrat, absque illa voce Comes, nuda appellatio de Comitatu: cujus significationem non ita perspectam puto. Incertum quippe est, num significaretur olim per ea verba Comes de Comitatu homo, qui Civitati aequae ac ejus agro Praefectus titulo Comitis imperaret; an potius Vassus Augustorum, rurali Feudo sive Castello a-

aliquo cum titulo Comitis donatus, cuius ditio in agro seu Comitatu Urbis sita foret. Ita in Charta apudamicum meum Joseph Antenerem Scalabrinum, saepe mihi laudatum, scripta Anno MLXI. occurrit Garardo filius Domni Garardo quondam Morando, qui fuit filius bone memorie Domni Gavardi Comitis de Comitatu Imolensis. Refert Bacchinius in Appendic. Histor. Monasterii Padolironens. pag. 33. & 35. Chartam scriptam Anno MXCV. in qua Ubertus, filius quondam Arduini Comitis Parmensis, nonnulla Castra donat Monachis Sancti Petri Cluniacensis. Ipsamet verba habentur in altera ejus Donatione facta Monasterio Sancti Benedicti Padolironensis Anno MXC. Quare censendus hic Arduinus Comes Parmensis Urbis, ejusque agri. Cum hisce Chartis nunc duae aliae conferantur, quas ex laudato Archivio Regiensium Monachorum defumas evulgare nunc mihi placet. Sunt autem ejusmodi.

Donatio quatuor Praediorum facta Monasterio Sancti Prosperi Regiensis ab Arduino Comite de Comitatu Parmense, Anno 1054.

IN nomine Sancte & individue Trinitatis. Anno ab Incarnacione Domini nostri Jesu Christi MLIV. Anno Domni Enrici Imperatoris hic in Italia Octavo, XII. Kalendas Setember, Indicione VII. Sancta & venerabile Ecclesia Sancti Prosperi, ubi Dominus Landulfo vir venerabilis Abas praesse videtur, suo Regio. Ego quidem in Dei nomine Arduinus Comes de Comitatu Parmense & filius Attoni, qui profeso sum ex Natione mea Lege vivere Langobardorum, offeror & donator ipsius Monasterii, presens presentibus dixi: Quisquis in sanctis &c. Ideoque

Ego, qui supra Arduinus Comes dono & offero, & per presentem Cartulam offerstonis à pars predicto Monasterio juve proprietario nomine abendum confirmo pro anime mee & quondam Julite, que fuit Conjux mee, mercede: he sunt Masaricie quatuor rebus territoris juris mei, que sunt posite tres in loco Quingente, que recte & laborate sunt per Andream de Casale, & Albertum Ferrarium, & nepotum suum Adelbertum, atque Martinum Wilmarinum: quarta in Arsinetico, que recte & laborata fit per Martinum Presbiterum, qui dicitur Musinus. Et sunt predictae Masaricie in
jam

jam dictis locis pro mensura justa, prima Masaricia in predicto loco Quingente &c. juges quinque & sestaria quatuor: secunda Masaricia in predicto loco Quingente, que recta & laborata fit per jam dictum Albertum Ferrarium & nepotum suum Madelbertum, est inter casaliivo & areis, ubi vitis estant, terris arabilis jugies quinque & sestaria septem: tertia Masaricia &c. jugies tres & modia duo: quarta Masaricia &c. juges duo & sestaria tredecim in integrum. Que autem suprascripte Masaricie rebus territoriis juris mei superius dictes una cum accessionibus & ingresforas earum rerum, seu cum superioribus & inferioribus suarum qualiter superius legitur, in integrum ab ac die in eodem Monasterio Sancti Prosperi donare & offerre videor, eo vero ordine, ut subtus legitur, ita ut faciant exinde Abates & Monachi, qui ibidem die noctuque Deo annuente servierint, ad

A eorum usum & sumtum ad communem mensa Fratrum Monachorum parti ipsius Monasterii quicquid voluerit, eo timore, ut nullus Episcopus, nullus Abbas, nullus Monachus, neque alia magna parvique persona de predictis Masariciis abead potestatem commutandi, libellandi, precariandi, nec pro beneficio dandi, vel aliquovis titulo alienandi, nisi quod superius legitur. Et si, quod absit, ut Episcopus, aut Abbas, aut Monachi, aut alia magna, parvaque persona predictas Masaricias à communi mensa, ut superius legitur, tollere voluerint, tunc volo & statuo, ut deveniant ipsas Masaricies in mea potestate, vel de propinquioribus parentibus meis, qui mihi superadixerint: & tandem in mea vel eorum potestatem permaneat, quousque evenerint illa potestas, que hanc meam offerfionis Cartulam adimplead & faciad exinde..... (cetera desiderantur.)

**Ardoinus Comes de Comitatu Parmensi decem Massaritias
donat Monasterio Sancti Prosperi, nunc Sancti
Petri Regiensis, Anno 1062.**

IN nomine Domini Dei eterni. Anno ab Incarnatione ejusdem MLXII. secunda die mensis Novembris, Indicione XV. Ego Ardoinus Comes de Comitatu Parmensis, & filius quondam Attonis, qui professus sum ex Nacione mea Lege vivere Langobardorum, ordinator & dispens..... anime mee, presens presentibus dixi: Dum homo in oc Seculo vivit, semper debet cogitare, qualiter..... ura adque mansura..... vocare jusservit, non de negligenciis iudicetur, sed de bone dispositionis valeat accipere..... metu mortis vivere, quàm spe vivendi morte subitanea perire. Igitur manifestum est mihi pa..... olo ordinare & disponere aliquantis casis &

D rebus territoriis juris mei eo modo ut omni tempore sic firmum & stabile permaneat, qualiter ic subtus declaravero, ut mea decrevit volunt..... mea, & quondam Julitte, que fuit jugale mea, seu filiis meis, mercede. Hoc sunt Masaricies decem de terra cum area, in qua est prima Masaricia, que esse videtur ad loca, que nominatur Cornitulo, & fuit recta & laborata per Petrus. Secunda & tertia Masaricia..... posite ad loca, que vocatur Gajanesse, & fuit recta & laborata per Johannes, seu Gandulfus, & sunt super tote tres insimul jugies viginti quinque. Quarta vero & quinta Masaricia, que esse videntur iusta Flumen Trixinaria, & prope Castro Sablone,

blene, fiunt recte..... Masarii, sunt ambe insimul jugies sedecim in loco, qui vocatur Magregnano in montaneis partibus. Sexta Masaricia, que fit recta & laborata per item Johannem, est per mensura justa inter casaliciis & areis, ubi vitis estant seu pratis, jugies due; terris arabilis..... jerbidis & buscaleis simul jugies due. Septima namque Masaricia, que esse videtur in loco, qui dicitur Badregnano..... recta & laborata per Martinum, & est per mensura justa inter sediminis & ortis, ubi vitis estant, seu terris arabilis, adque pratis, etiam silvis cum.....buscaleis, insimul jugies octo. Octava vero Masaricia, que esse videtur ad locum, qui vocatur Pristino & Casale Maurani.... Cilianum, & Johannes Leoni, que est per mensura justa inter sediminis & areis, ubi vitis estant, seu terris arabilis, jugies septem. Nona vero Masaricia, que est posita ad loca, que dicitur Gavassa, & fit rectum per Petrum & suis consortis, que est per mensura justa inter sediminis & areis, ubi vitis estant seu terris arabilis, adque pratis, jugies quatuor; de jerbidis & buscaleis jugies octo. Decima namque Masaricia, que est posita ad loco, qui dicitur Quingnentum Communis, & fit rectum per Ingelvertum, & est per mensura justa inter sediminis & areis, ubi vitis estant, seu terris arabilis adque pratis; juges similiter octo. Et si amplius de meis juris rebus in suprascriptis locis inventum fuerit ad octo Masaricies pertinentes sine Masaricies de Sabloneo, jam in suprascripta presentem Cartulam permaneat proprietario jure omnia cum accessionibus & ingressibus suarum in integrum. In primis omnium volo & statuo seu judico, & per hunc meum judicatum confirmo, ut omnes suprascriptes Masaricies cum omnibus casis & rebus ad eandem pertinentibus

A sint in meam potestatem predicti Ardoi-
ni Comiti omnibus diebus vite mee ven-
dendi, donandi, aliter judicandi, vel
quicquid mihi placuerit faciendi. Et de
quantum mihi à die obitus mei in da-
tis remanserit de jam fates Masaricies,
volo & judico, ut habeat ipsa venera-
bilis Ecclesia vel Monasterium jam fa-
tes Masaricies de quantum mihi indate
remanserint, ubi corpus meum mortuum
manere videtur, & faciant exinde Ca-
nonici, sive Monachi, qui in eadem
Ecclesia ordinati fuerint, ubi vulumtas
Dei fuit, quod corpus meum mortuum
& sepultum fuerit, ad eorum usu &
sumpta pars suprascripte Ecclesie vel Mo-
nasterii proprietario nomine quicquid vel-
verint; eo vero ordine, sicut hic subius
legitur, ut nullus Episcopus sive Ab-
bas, vel aliquis magna parvaque per-
sona predictas Masaricies totas vel ex
parte vendere, donare, comutare, nec
in beneficio sive per libellum, vel per
colibet ingenio alicui dare non presumat
sine mea meorumque herorum licenciam.
Quod si evenerit, quod advertat divini
potentia, ut si aliquis Pontifex, aut
Abbas, sive aliquis magna parvaque
persona de predictis Masaricies tote vel
ex parte alicui omni sive Ecclesie per
aliquemvis titulum vel tenore dederit sine
nostra licencia, tunc statim revertant su-
prascriptes Masaricies in mea meorum-
que heredum potestatem & distinctionem,
quousque venerit aliquis omo majoris si-
ve minoris, qui hunc meum judicatum
firmum & stabile permanere fecerit, si-
cut superius legitur. Si quis vero de
nostris heredibus vel proheredibus, vel
aliqua magna parvaque persona hunc
meum judicatum revolvere vel infrange-
re temptaverit, nisi enim ego, cui con-
cessum est, maledictionem Dei omnipo-
tentis, Sanctorumque omnium habeat,
& in die tremendi Judicii non cum
Angelis Dei, sed cum Diabolis ad fra-
nistram

nistram stent, & cum ipsis in perpetuo igne sine fine permaneat. Fiat, fiat. Hanc enim Cartulam iudicati & ordinationis me paginam Romanus Iudex ad scribendum dedi adque rogavi, in qua subtus confirmans, testibusque obtuli roborandam. Unde due Cartule iudicati & ordinationis uno tinore scripte sunt.

Actum Castro Lucivaria, feliciter.

Signum manibus Ingezoni, & Liuboni, seu Azoni, Vassi suprascripti Comiti, Legem viventes Langobardorum, rogati testes.

Signum manibus Adammi & Anselmi, testes rogatis.

Scripsi ego qui supra Romanus Iudex Sacri Palatii, postradita complevi & dedi.

Vide etiam Dissertat. LVI. de Religion Christian. ubi alias Chartas protuli spectantes ad eisdem hosce Comites. Nunc autem, ut vidimus, idem, qui supra Comes Parmensis appellabatur, heic inscribitur Arduinus Comes de Comitatu Parmense; ac propterea unum & idem significabatur per duas hasce formulas, Interim animadvertas, velim, Ubertum hujus Arduini filium, quanquam Comitis titulum in supra memorato monumento non gerat, Comitem nihilominus revera fuisse, uti constat ex Charta Anni MXCV. edita in Bullario Casinenſi Tom. 2. Constitution. 119. in qua legitur: Ubertus Comes, filius quondam Arduini itemque Comitis de

A Comitatu Parmensi. Id etiam constat ex altera Anni MXC. apud Bacchinium, & ex aliis pergamenis: quod omisſum nolui, ut novis exemplis luculentius appareat, titulos interdum à Notariis aut Historicis neglectos difficultatem ingerere nequaquam debere ad internoscendos homines jam aliunde notos. Rurlus animadvertite, B iisdem fere temporibus ab Henrico II. Imperatore Parmensibus Episcopis concessum fuisse Parmensem Comitatum tam infra Urbem quam extra, uti videre est apud Bordonium in Thesaur. Eccles. Parmens. Quid hoc rei est, quod adhuc Comitem Parmensem eadem tempeſtate Laicum virum aspiciamus? Sed fortasse diu non perſtitere in ea Dignitate Praesules Parmenses; aut uni Titulus tantum relictus, alteri verò res una cum Titulo. Chartam quoque evulgavi in Antiquitatib. Estensib. Par. I. Cap. 24. pag. 230. scriptam Anno MLV. ubi memoratur Jolicta Comitiss. filia Uberti Comitis de Comitatu Parmae. Sed & nunc alteram profero ex eodem D Archivo Benedictinorum Regiensium, in qua laudatur Adelaxe filia Ugoni Comes, qui professu sum Lege Alamanica vivere; hoc est, ut opinor, filia Hugonis Comitis Sablonetae, quem nuper vidimus. Dicitur etiam Relicta quondam Widonis de Comitatu Parmensis. Comites de Comitatu Parmensi vix credas omnes Urbi illi praefuisse. Sed ecce Chartam ipsam. E

Adelaidis filiae Hugonis Comitis donatio facta Monasterio Sancti
Prosperi, nunc Sancti Petri, Regiensis Urbis, Anno 1092.

IN nomine Dei eterni. Anni ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi Millesimo Nonagesimo Secundo, XI. die Aprilis, Indictione XV. Monasterio Sancti
Tom. I

ſi Prosperi Confessoris sito foris prope Regii, ubi nunc Dominus Pacificus Abbas praesse videtur. Nos in Dei nomine Adelaxe filia Ugoni Comes, &
Z z
relieta

relicta quondam Widonis de Comitatu Parmensis, & Wido filius Alberti; qui professa sum Lege Alamana vivere. Manifestum est vobis, quod.... & Guilia nurus mea per..... jure & proprietate suprascripti Monasterii, hoc est rebus & terris juris sui, que esse videntur in loco Gurgo, & est per mensura justa juges ses; & si ampliusque fuit, tenta & laborato per Alberto Scafo. Unde promittimus modo etiam nos, qui supra Adelaxe & Wido, ut nullum unquam in tempore abeamus licentiam & potestatem per ullumvis ingenium vel..... occasione quod fieri potest &c. agere vel causare per nos &c. Quod si aparuerit &c.

Actum in Castronovo feliciter.

A | Signa manuum Adelaxe & Wido, qui hanc Cartulam promissionis rogaverunt fieri ut supra.

Signa manuum Bernardi, Widonis, Agivaldi, Odoni, Alberti, Opizonis, & item Alberti, rogati testes.

Ego qui supra Gerardus Notarius Sacri Palatii rogatus scripsi.

B | Redeo ad formulam de Comitatu absque voce Comitis interdum usurpata, ut inquiratur, num forte sola Comitem significarit, an locum tantummodo designarit, ubi homo ille habitaret. Lectorem regredi mecum non pigeat ad laudatum Archivum Benedictinorum Regiensium, ubi latet Charta autographa, digna & ipsa, quae proferatur in lucem.

Donatio facta Monasterio Regiensi Sancti Prosperi à Berta vidua Walfredi Comitis, & ab Alberto ejus filio, Anno 1111.

I N nomine Sancto & individue Trinitatis. Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi MCXI. Nono Kalendas Februarii, Indictione IV. Monasterio Sancti Prosperi sito loco suburbio Civitatis Regio, ubi nunc Dominus Pacificus Abbas preesse videtur. Nos Berta filia quondam Gerardi, & relicta quondam Walfredi de Comitatu Trivixino, & Albertus filius ejusdem Walfredi & meus, que supra Berta, qui professi sumus ego, que supra Berta ex Natione mea Lege vivere Salicha, & ego ipse Albertus Lege vivere Langobardorum, presentes presentibus diximus: quisquis in sanctis &c. Ideoque nos qui supra Berta & Albertus, mater & filius, donamus & offerimus in eodem venerabili Monasterio, idest medietatem de Massaricia una de terra juris nostri, qui supra mater & filii, quam habere & retinere visi sumus in eodem Comitatu Parmensi, in loco, ubi

C | dicitur Casale Cavagnoli, & est de Curte, que vocatur Castrum Walterii: & dividitur cum alia medietate de Massaricia quadam, que olim fuit Comitisse Donelle; sed nunc esse videtur ejusdem Monasterii Sancti Prosperi, cum terris & vineis seu pratis, & cum omnibus jure adjacentiis &c. Etiam & donamus & offerimus nos, qui supra mater & filius, eidem venerabili Monasterio Sancti Prosperi, idest periam unam de terra cum vitibus, que jacet in loco, ubi dicitur Roncore, in eadem Curte Castri Walterii prope silvam ejusdem Curtis &c. Et quidem spondimus atque promittimus nos, qui supra mater & filius, suprascriptam donationem, qualiter superius legitur &c. in integrum ab omni interdicante homine defensare &c. Et insuper ego, que supra, Berta obligo me sub pena, que est auri obrizi uncias decem, argento pondera viginti &c.

Actum

Actum Runcalie in casa dominicata ejusdem matris & filii, feliciter.

Signum manuum jam diſſe Berre & Alberti, mater & filius, qui hanc Chartulam offerſionis fieri rogaverunt ad omnia, ut ſupra.

Signum manuum Agicardi filii Goſberti, & Ugonis filius Alberti, & Bencincaſa filii Johannis Decani, & Bulgareli Maleaſſerati, nec non Alberti Pinzabona, atque Armani filii Taurelli teſtes.

Signum manuum Laurentii Vixoſo, ſeu Uberti de Campigine, atque Viviani de Monticello, Lege Sclicha viventes, teſtes.

Ego Johannes Palatinus Judex Scriptor hujus Chartule offerſionis poſt tractatam complevi & dedi.

Supra in Charta Boſonis Archidiaconi Parmenſis occurrit nobis Comes quoque *Walfredus & Berre uxor ejus*. Heic autem obviam rurlus habemus *Bertam relictam quondam Walfredi de Comitatu Trivixino*. Nulla dubitatio, quin heic & illic idem ſit *Walfredus*; ac proinde ſuſpicio ſuboriri po- reſt, formulam *de Comitatu* adhibitam olim fuiſſe in Regienſi Urbe, & locis conterminis, ad ſignificandum *Comitem*. Inter haſce tenebras, quales & ego fateor, oculi convertantur ad Chartam Anno MXLV. ſcriptam, atque editam à Bacchinio in Appendice Hiſtoriae Padolironenſis, in qua memoratur *Gisla filia Arduini filium quondam Atonis de Comitatu Parmenſi*. Hic Arduinus non alius fortaliſis eſt quàm ſupra laudatus *Arduinus Comes de Comitatu Parmenſi*. Alteram membranam profert idem Bacchinus pertinentem ad Annum DCCCCLVIII. ubi ſpectandum ſe præbet *Atto filio quondam itemque Atoni de Comitatu Parmenſi*, qui ſexaginta denariorum libras ſe recepiffe fatetur ab *Adalberto, qui & Atto, Conſobrino meo,*

A filio quondam Sigefredi de Comitatu Lucenſi. Sigefredus iſte eſt omnium antiquiſſimus, quos hætenus noverimus, inter Majores celeberrimæ Comitiffæ Mathildis; Atto verò heic memoratus ex fratre ejusdem Sigefredi natus eſt. Accedat nunc & Donizo, qui Lib. I. Cap. 2. ſui Carminis de eodem Sigefredo verba faciens, hac ipſâ dicendi formula eſt uſus:

*Atto fuit primus Princeps, aſtutus ut hidrus,
Nobiliter verò fuit ortus de Sigefredo
Principe præclaro Lucenſi de Comitatu.*

An ergo Proceres iſti, eâ formulâ deſcripti, *Comites Lucae ac Parmæ* fuiſſe, cenſendi? Ego affirmare non auſim, quippe in Chartis Adalberti Atonis Sigefredum ejus parentem nunquam deprehendi donatum titulo *Comitis*. Verùm exempla ſuppentunt *Comitum & Marchionum*, quorum Notarii prætermiſſo titulo mentionem faciunt. Præterea Donizo Sigefredum *Principem* appellat: quæ appellatio neſcio an eo ſeculo aliis deferretur, quàm Episcopis, Ducibus, Marchionibus, & Comitibus. Attamen rem innuiſſe contentus, dubiam relinquo; occurrit quippe alibi hæc formula tantummodo deſignans *Habitatorem*, ut aiebant, alicujus *Comitatus*.

Ex diverticulo ad *Comites Pagenſes* redeo, eorumque institutionem vel ante Annum à Chriſto nato Milleſimum invenio. *Londenulphum Comitem Caſtelli Calinuti* exhibet nobis Charta Aloaræ Principis Capuanæ ſcripta Anno DCCCCLXXXVIII. & inſerta in Chronico Sancti Vincentii ad Vulturum Part. II. Tom. I. Rer. Italicar. ut alios dimittam ejuſmodi *Comites* in Hiſtoria Langobardor. Princip. à Peregrinio recentos. Neque eorum

vestigia apud Insubres desunt, uti fidem faciet pergamena, quam olim mihi describendam curavit Lazarus Augustinus Cotta ex eruditione sua adhuc post mortem commendandus. Ibi vel Anno DCCCCXLV. Gropardus Comes

A de Castro Fontaneto nobis occurrit, uti ex ipsa Charta palam fiet, quae descripta fuit ex archetypo adseruato in Archivo Canonicorum Insulae Sancti Iulii Dioecesis Novariensis.

Hugo & Lotharius Italiae Reges Richardo homini Saeculari tres Mansos una cum Servis ibi morantibus donant, Anno 945.

IN nomine Domini Dei eterni. Hugo & Lotharius divina providente clementia Reges. Regalem decet excellentiam subditis sibi fidelibus gratuiti muneris dona prebere. Quocirca omnium fidelium Sanctae Dei Eklestiae, nostrorumque presentium & futurorum devotio noverit, qualiter interventu ac petitione Ingelberti Comitis, dilectique fidelis nostri, per hoc nostrum Preceptum, prout iuste & legaliter possumus, confirmamus, ac corroboramus, concedimus, donamus atque largimur Richardo cuidam nostro fideli Mansos tres positos in Valle Sicida in Villa Aureliako, sicut quondam fuerunt possessi à Gropardo Komite de Castro Fontaneto, una cum servis ibi residentibus, quorum nomina sunt Custa, Hilarius, Dominicus, reliquisque servis & ankillis ad ipsas res & Massaritia pertinentibus: verum etiam cum terris, vineis, campis, pratis, pascuis, silvis, molendi-

B nis, piscariis, kasis, montibus, vallibus, alpibus, planitiebus, aquis, aquarumque decursibus, & cum omnibus, quae dici vel nominari possunt, ad ipsas res & Mansos aspicientibus in integrum, ut habeat, teneat, firmiterque possideat ipse, suique heredes, habeantque potestatem tenendi, donandi, vendendi, kommutandi, alienandi, pro anima iudicandi, vel quidquid eorum decreverit animus faciendi, omnium hominum controversia remota. Si quis igitur huius nostri Precepti confirmationem seu largitionem aliquando infringere konatus fuerit, sciat se kompositurum auri optimi libras quinquaginta, medietatem Kameriae nostrae, & medietatem presato Richardo, suisque heredibus. Quod ut verius credatur, diligentiusque ab omnibus observetur, manibus propriis roborantes, anulo nostro insigniri iussimus.

Signa Serenissimorum

HUGO & LOTHARIUS

Hugonis & Lotharii Regum.

Crodulfus Diaconus & Regius Capellanus Regio iussu recognovi.

Locus Sigilli cerei.

Data IV. Nonas Martii, Anno Dominicae Incarnationis DCCCCXLV. Regni vero Domni Hugonis XIX. Lotharii XIV. Indictione III.

Actum Papiae feliciter. Amen.

Facta est supra mentio Comitum Tarvisinorum. Ex iis originem ducit illustris & generosa propago Comitum de Collalto, inter quos praecipue splendet Antonius Rambaldus Collalti Comes, nunc intimus Consiliarius Augustissimi Caesaris CA-

A | ROLI VI. Ex ejusdem Comitum Tabulario desumptum Diploma producere nunc juvat, ad illustres ejus majores spectans, quod singulari erga me amori debeo Abbatis Henrici de Collalto.

Otto III. Germaniae & Italiae Rex Rambaldo Comiti Tarvisino nova donat, & vetera confirmat, Anno 994.

IN nomine Sancto & individue Trinitatis. Otto divina favente clementia Rex. Si fidelium nostrorum omnium digne perpendentes servitia, fidelitatem eorum acque recompensaverimus emolumentis, fideiorem eos nobis per omnia esse impofterum nemo quis ambigit. Unde universis nostris fidelibus, presentibus scilicet & futuris notum facimus, quomodo nos interventu Willigili Maguntine Sedis Archiepiscopi charissimi, ac ceterorum fidelium nostrorum, per hujus nostri Precepti paginam Raymbaldo nostro honorabili donavimus Massaricias Regales quinque in Vico Nervista, juxta fluvium Plavim. In Vico autem, qui Moschalinus dicitur, Massaricios duos, juxta fluvium Glauram. Quod si in eadem Villa tantum non invenitur Regii juris, ut adimplere ipsos duos Massaricios non possimus, ubi plus secum praefatam Villam reponatur nostri juris, per hanc nostram concessionem tribuimus. In Vico autem, qui vocatur Silva Ellerofsa, aut ubi propius habemus, Massaricios quatuor. Iterum in Vico, qui Videllacus vocatur, Mansum Regalem unum. Et idem in Vico, qui Casacurva vocatur, quam Wangerius edificavit, seu ubi propius nostri juris invenit, duos Mansos. In Villa vero, que Salla vocatur, duos Mansos similiter. Insuper etiam

B quicquid Regii juris infra muros Trivigianae Civitatis invenitur, huic donationi largimur. Extra eandem Civitatem Mansum unum in Auroliaco: Mansum unum in Burgoliaco: Mansum unum in Villa Sala. Ad haec etiam dedimus ei Mansum Regalem inter Mestre & Pautetiano & Brentulo; & in Silva Gajo non longe Edrino Mansum unum cum silva & pascuis; & in Villa Sancti Andradi non longe Paulano Mansum unum; in fine Surmatie Mansum unum: & hoc scitote, quod ad nostrum bobum (*) pertinet, XC. jugera; & si ibi non inveniuntur, ubi propius habemus, adimpleatur. Qui simul viginti quatuor Regales Mansi in prenomiatis locis re-jacentes, sediminibus, campis &c. Insuper etiam forestum de Montecello, quod ad Curtem Luvadinam pertinere videtur; & si quid plus in eodem foresto, quam quod ad eandem Curtem pertineat, nec non & universas alias Terras, quas supradictus Comes, aut Genitor ipsius a quibuscumque Imperatoribus vel Regibus precepturie nomine habuerunt, sub hac eadem confirmatione donamus ac percipimus, cum universis venationibus & piscationibus, seu quibuscumque aliis appendiciis, que dici possunt, que juste & legaliter de nostro jure impertiri possumus, que omnia in

(*) Du-Changius in Glossario Med. & Infim. Latinitatis pag. 802. (pag. 1175. edition. Ven. MDCCXXXVIII.) *Huba, Hoba, Hova, Hobunna, &c. Modus agri cum habitatione coloni.*

in Comitatu Tervisiano rejacere videntur. Insuper etiam dedimus de nostro Regia jure in suum jus nostri ju-

avis servum unum..... nomine, ut quod sibi libuerit de predicto servo faciat. Si quis autem quod minime credimus &c.

Signum Domni Ottonis



gloriosissimi Regis.

Heribertus Cancellarius vice Petri Cumani Episcopi & Archicancellarii recognovi.

Datum XIX. Kalendas Decembris, Anno Dominice Incarnationis DCCCCXCIV. Indictione VII. Anno autem Tertii Ottonis Regnantis X.

Actum in Duello, feliciter. Amen.

Quod etiam considerandum est, etiam si ex possessione Comitatus Tarvisii exciderint ejusmodi Comites, attamen perrexerunt Augusti imperitari eisdem Investituram ipsius Comitatus, uti constabit ex altera Charta in eodem Archivo adservata. Miraberis sane, qui post Pacem Constantiae Anno MCLXXXIII. stabilitam, in qua Tarvisinae Civitati, non secus ac aliis Lombardiae Civitatibus, Libertas à Friderico I. Augusto, ejusque filio Henrico Rege concessa est, adhuc idem Henricus

Rambaldo Comiti Tarvisinae Urbis regimen, sive Comitis Tarvisini dignitatem confirmet. Id fortasse factum, quia, ut innui in Dissertat. VI. de Marchionib. etiam post arreptam à Civitatibus Italicis libertatem, eisque confirmatam ab Imperatoribus, nihilo tamen secius Marchiones & Comites dejecti non desierant Investituram petere ac impetrare jurium antiquorum ab Imperatoribus. Perfectum utique non est Diploma, quod nunc sum editurus; quale tamen mihi traditum fuit, Lector etiam accipiet.

Investitura Comitatus Tarvisii data ab Henrico VI. Romanorum Rege Rambaldo Comiti, Anno 1191.

Henricus divina favente clementia Romanorum Rex & semper Augustus. Regia consuevit liberalitas fidelium obsequia clementer respicere, eisque, qui per fidei sinceritatem & praeclarum meritum obsequia magis se nobis acceptos reddiderunt, munificentiae dexteram extendere, donisque amplioribus honorare. Eapropter ad notitiam universorum Imperii fidelium, tam futurorum, quam presentium volumus perveni-

re, quod nos attendentes fidelitatem & honestatem Comitis Rambaldi de Tarvisio, recepimus ipsum in familiaritatem nostram fidelitate nobis jurata, & ipsum investivimus de Comitatu Tarvisii, sicut Comes Schenella Pater ejus, & Comes Manfredus Patruus ipsius, Comitatum illum integre ab Insuperio tenere consueverunt. Hanc itaque concessionem ei damus & confirmamus, ita ut si qua alia concessio alicui personae

nae cuiuscumque sexus contra jus praedicti Comitum Rambaldi à nostra Serenitate facta inveniat, irrita habeatur. Nos enim non intelleximus, nec recognoscimus de iure Comitatus praedicti alicui personae, nisi ipsi Rambaldo, quicquam nos concessisse. Ut igitur haec nostra concessio firma perpetuo maneat & inconculsa, praesentem inde paginam conscribi, & Sigilli nostri impressione iussimus communiri. Statuentes, & Edicto Regio sancientes, ut nulla omnino persona alta vel humilis, Ecclesiastica vel Secularis contra eam venire vel ausu temerario eam praesumat infringere. Quod qui fecerit, viginti libras auri pro poena componat, medietatem Camerae nostrae inferendam, reliquam partem injuriam passis persolvendam.

Datum in nemore juxta Cornazzanum, Anno Domini MCXCI. Indictione IX. Septimo Idus Aprilis.

Quamobrem qui post Seculum Christi Decimum Comites dicebantur, in ea dignitate parentibus & agnatis succedebant: quod olim minime stabile fuit. In Vita Sancti Nili Abbatis Calabri, edita Tom. VI. Veter. Scriptor. à PP. Martene & Durando, commemoratur *Regulus quidam, quem Comitem vocant in regionibus illis*. Verum dimissis tandem Comitibus, nunc restat, ut aliquid adferamus de Vicecomitibus, quorum pariter est perantiqua institutio, & magno olim in honore habita fuit Dignitas. An isti à Vicariis saepe apud Veteres memoratis diversi plane fuerint, disputari posset. Nam quod in omnibus fere Officiis accidit contingebat etiam Comitibus Civitatum Rectoribus, nempe ut & ipsi ab usu muneris sui interdum feriari cogerentur, sive ob aegritudinem corporis, sive propter bellorum necessitatem, aut quod ad Imperatorum

Regumque Palatium evocarentur, aut ob alias causas: quo tempore, nisi eorum vices quisquam alius sustinisset, Urbium tutelae ac Populorum regimini male consultum fuisset. Quare mos inventus, ut & ipsis Comitibus Vicarius daretur, appellatus propterea *Vicecomes*: qui non solum praepedito Comite publicis rebus praeslet, vigilique curam vacaret, sed etiam, ut conjecturae ferunt, peculiari quapiam ordinariae ditionis portione frueretur. Vel ipsis temporibus Sancti Gregorii Magni Papae occurrit mentio *Viccomitum*, quos deinde Italica Lingua appellare consuevit *Visconti*. Commemans enim Sanctus Pontifex in Epistola 18. Lib. 8. Indict. I. conditionis Benedictin. Agnello Episcopo Terracinae, ut quosdam supersticiosos mores à suo grege araveat, haec subdit: *Scriptimus autem & Mauro Vicecomiti, ut Fraternalitati vestrae in hac re debeat adhibere solatia &c.* Quibus ex verbis aliquid Judicariae potestatis vel Seculo illo commissum *Viccomitibus* elucere videtur. Ita in corpore Legum Langobardicarum Lib. 2. Tit. 30. Lege 2. edition. Lindembrogii & Goldasti, Carolus Magnus Imperator edicit, ne Servi venundentur, nisi coram Episcopo, aut Comite, aut *Vicecomite*, aut aliis Reipublicae Ministris. *De mancipiis*, inquit, *quae venduntur, ut in praesentia Episcopi, vel Comitis sint vendita, aut Archidiaconi, & Centenarii, aut Vicedomini, aut Vicejudicis, vel Vicecomitis, aut ante banuum nota testimonia.* Baluzius Tom. I. pag. 861. Capitular. Reg. Francor. idem referens decretum, *Viccomitis* vocabulum omittit, & legit *Vicedomini, aut Judicis Comitis*. Verum & in Codice MSto Bibliothecae Estensis, cujus ope Leges Langobardicas à me quoque editas Part. II.

Tom.

Tom. I. Rer. Italicar. emendavi, *Vicecomitis* vox occurrit. Et sane veri valde videtur simile, non praetermissam ibi *Vicecomitum* mentionem, qui Centenariis ac Judicibus ordinariis praeibant. Porro hujus e muneris est aperta commemoratio in Capitulari Caroli Calvi Francorum Regis ad Annum DCCCLXIV. Illic enim *Vicecomites* Monetae praeficiuntur. Ita se habet Lex illa apud Baluzium Tom. II. pag. 179. *Habeat unusquisque Comes, in cuius Comitatu Monetam esse jussimus, Vicecomitem suum, qui cum duobus aliis hominibus &c.* Accedat nunc testis locupletissimus Agobardus Archiepiscopus Lugdunensis, qui Ludovici Pii Augusti aetate floruit. Is in Tractatu de Intolen. Judaeor. in haec verba scribit: *Venientes Judaei dederunt mihi Indiculum ex nomine vestro, & alterum ei, qui Pagum Lugdunensem Vice Comitis regit &c.* Ubi animadvertendum, voce *Pagus* nequaquam significari Castellum quodpiam aut Villam, sed quidem Regionem universam, hoc est tam Civitatem quam Comitatum Lugdunensem, sive totam ditionem non minus *Comitis*, quam ei subnexi *Vicecomitis*. Sed longe antiquiorem *Vicecomitum* mentionem rursus nobis offeret Vita Sancti Mauri Abbatis, scripta, ut fertur, à Fausto ejus aequali apud Mabillonium in Actis Sanctor. Ordin. Sancti Benedicti Seculo primo, pag. 291. ubi haec verba: *Praedictus denique vir Florus, quum*

A in omni Regno Theodeberti Regis summam obtineret potestatem, ac Vice Comitis in Andecavensi eo tempore fungeretur Pago. An iis temporibus plures forent unius Comitis *Vicecomites*, & an Castellis seu Pagis praecessent Ministri, titulo *Vicecomitis* usi, exploratum fatis non habeo. Certum quidem est, *Vicarias* complures in agro Civitatum fuisse constitutas. Baluzius Tom. 2. Capitular. pag. 1464. Chartam Anno DCCCLV. exaratam profert, in qua locus commemoratur situs in *Pago Parisiaco* (sive in Comitatu aut Districtu Parisiorum) in *Vicaria Buciacinse, in Villa Dubro*. Certum pariter futurum est, *Vicecomitibus*, quod sub Comite Urbem quampiam regerent, appellationem hanc datam fuisse. Et quidem opportune obtulit se mihi egregium monumentum, quod archetypum vidi inter Chartas antiquissimi Veronensis Monasterii Sancti Zenonis. Placitum nempe in ea Urbe habuit Anno Christi DCCCLXXX. *Adelardus Servus servorum Dei, idemque Veronensis Episcopus, & Missus Caroli Crassi tunc Italiae Regis: cui etiam interfuit Audakari Vicecomes Civitatis Veronensis in vice Walisfrit Comitis*. Tabulas accipe, atque ibi *Nothekarium virum illustrem* obvium habens, cum iis Monachis contendentem, liceat tibi suspicari, ex ipso prodiisse *Nothekarium*, qui subsequente Seculo Decimo Veronensem Cathedralam tenuit.

Judicatum Adelardi Veronensis Episcopi & Missi Caroli Crassi Regis in Palatio Veronensi, super lite vertente inter Monasterium Sancti Zenonis & Nothekarium illustrem Virum, Anno 880.

IN nomine Domini nostri Jesu Christi. *E*ronensis Ecclesiae & Missus Domni Karoli victoriosissimi Regis, confidentibus una cum eo Audakari Vicecomes Civi-

Civitatis Veronenſis in vice Walifrit Comitis, & Marſicus, Judices Sacri Palatii, Natalis, & Martinus, ſeu Adalbertus, Peresbertus, Giſelbertus, & Odelbertus, Fredibertus &c. nec non & Leo, Landebertus de Vico Sico, Frombertus &c. Graſulfus Notarii, & aliis pluribus, in Caminata majore in Palatio Regum, per juſſionem memorati ſacerrimi Epifcopi. Conqueſtus eſt Teuderulfus Advocatus Monafterii beati Confeſſoris Chriſti Zenonis ſuper Notekarium Virum Illuſtrem, eo quod paburaffit Monte, qui vocatur Valle Struſe, cum ſuis animalibus promiſcui ſexus, & ſecaſſet illis herbas cum ſuis liberis hominibus ac ſervis contra Legem; quia Pipinus quondam precellentiſſimus Rex ipſum Montem pro anime ſue remedio cum aliis rebus in predictum Sancti Zenonis Cenobium contuliſſet atque delegaſſet. Ad hec Notbekarius iisdem Judicibus, ſi verum eſſet, quod Teuderulfus conquirebatur, reſpondit: De illo Monte, unde mihi pro ſe querit,..... inſtrumenta Cartarum, & ideo ibi porcionem poſſideri. Tunc judicaverunt predicti Judices, ut daret Notbekarius vadimonium de aducendis conſortibus & Cartis ad Placitum; & poſuit fidejuſſore..... Iterum in altero Placito in preſentia preſati Domni reverentiſſimi Epifcopi Adelardi, & prenominatorum Judicum, requiſivit Teuderulfus Advocatus Monafterii Sancti Zenonis ab eodem Notbekario, dicens: De-diſti nobis vadimonium pro aducendis conſortibus & Cartis de Monte, qui dicitur Valle Struſa. Ecce in Placito aſtans volo, ut mihi oſtendas. Tunc oſtendit Notbekarius Cartulam vendicionis, que necdum unius anni ſpacium expleverat, in qua continebatur inter cetera, quod quidam Odelbertus filius quondam Ragimpaldi.....

Tom. I.

(*) Iſt Anno Chriſti DCCCLXXX.

A vendidiſſet eidem Notbekario ſuam porcionem Silve in integrum, quam ipſe habere viſus fuit de quondam genitore ſuo in Monte, qui dicitur Valle Struſa, quomodo genitor ipſius poſſeſſus fuiſſet: & ipſe Odelbertus..... ipſi Notbekario die preſenti & ora vendere viſus fuiſſet tam capilo, paſcuo, decima, & penſionem cum omnia & in omnibus ipſi Notbekario vendidiſſet atque tradiſſet, & accepiffet pro ipſa vendicione à jam dicto Notbekario ſolidos decem &c. Scripta autem atque completa erat ab Angelberto Scriba publico, Menſe Marcio, Anno Primo ejuſdem Domini precellentiſſimi Regis Karoli, Indiſtione Terjadiſtima (*). Perlecta eadem Carta, Teuderulfus Advocatus predicti Monafterii dixit: Carta hec, quam oſtendiſti, nihil noſtre partis adverſa eſt, atque impedit; quia ecce pre manibus abeo Cartam manifeſtacionis & ſponſionis atque promiſſionis, quam Genitor tuus pro ipſo Monte in eodem Monafterio fecit. Tunc predicti Judices eandem Cartam legere fecerunt: in qua videlicet Carta continebatur inter cetera, qualiter Plagimbertus pater ipſius Notbekario cum Leone quondam Abbate predicti Monafterii Sancti Zenonis altercacionem de Monte Valle Struſa abuerat. Et Leo Abbas una cum Suniberto Advocato ſuo teſtibus adprobare voluerant, quod ipſe Mons Valle Struſa, qui prius fuerat Pipini glorioliſſimi Regis, & ipſe eundem Montem cum aliis rebus Monafterio beati Zenonis contulerat. Ob hoc igitur concediderat ſe Plagibertus, quod ipſe Mons proprietas eſſet Sancti Zenonis &c. Et ipſa Carta repromiſſionis firmata erat per manu ipſius Plagiberti, & roborata à teſtibus idoneis rogatis ab ipſo: ſcripta autem atque completa..... tradiderat ipſa Cartula per ma-

A a a

a a a

num Rodulfi Notarii publici, Anno ditorum Imperatorum Hludowici Nonodecimo, & Klotharii ejus filio Octavo, Indictione Decima (*). Qua Cartula perlecta, tunc interrogaverunt suprascripti Judices Notbekarium, si contenderet aliquid contra ipsam Cartam &c. Qui Notbekarius dixit & professus est: Cartula ipsa, quam à parte Monasterii Sancti Zenonis ostendistis, bona & vera est &c. Cum ipse Notbekarius taliter professus fuisset, tunc judicatum est à presatis Judicibus, quod pars predicti Monasterii Sancti Zenonis eundem Montem Valle Strusa in integrum aberet, & ipse Notbekarius exinde esse contentus & tacitus. Et finita est inter eos ipsa contencio. Quapropter ex jussione Domni Sanctissimi Adelardi Episcopi & prenominatorum Judicum scripsi ego Graulfus Notarius hanc noticiam, dictantibus eisdem Judicibus pro futura posteritatis memoria, seu firma stabilitate venerabilis loci, Anno salutifere ac perenniter adorande Incarnationis Domini nostri Jesu Christi DCCCLXXX. Principatus autem Domni Serenissimi Karoli Regis hic in Italia Anno Secundo, die Vicefimo octavo Mensis Decembris, Indictione Quartadecima feliciter.

Adelardus servus servorum Dei, Sanctae Veronensis Ecclesiae Episcopus ac Missus subscripsi.

Natalis Judex Domni Regis interfui.

Martinus Judex Domni Regis interfui.

Ego Adelbertus Scavinus ibi fui.

Ego Gisalarius Scavinus ibi fui, &c.

Signum manus Framberto, qui interfuit, & manum suam posuit &c.

In Dissertation. XLI. de Nominib. & Agnominib. ostendam, nutare Pagii sententiam contendentis, die Na-

A tali Domini Anni DCCCLXXX. peractam fuisse Romae coronationem Caroli Crassi Augusti. Mem sententiam & ista Charta confirmat. En ut Anno DCCCLXXX. die XXVIII. Mensis Decembris, Indictione XIV. is Rex tantummodo appellatur, atque Annus Secundus Regni ejus decurrit, nulla Imperii commemoratione facta. Neque putes Annum hunc à Nativitate Domini exordium cepisse. Nam Indictio XIV. revera indicat Annum 880. quum Septembri Mense in cursu eadem coeperit esse. Praeterea, ut alia Vicecomitum vestigia colligamus, membranam vidi in Mediolanensis Ambrosiani Coenobii Archivo scriptam Anno Hludowici Imperatoris Vigesimo..... C. Indictione III. hoc est, quantum quidem arbitrator, Anno Christi DCCCLXX. nisi referenda sit ad primos menses Anni DCCCXL. quo Ludovicus Pius Augustus è vivis excessit. Noticiam firmitatis Charta illa exhibet, in qua Amalricus Vicecomes Civitatis Mediolanensis, filius quondam Walderici, qui fuit Vicecomes ipsius Civitatis, per pampanum viris &..... (nihil aliud oculi mei mihi exhibuerunt nisi concell. fortasse cultellum) seo festugum nodatum, atque vase terre &c. Ergo is Salicae seu Francicae nationis fuit. Sub finem quoque Saeculi Christianae salutis Noni occurrit mihi Ingelbertus Vicecomes Parmensis in Diplomate Lamberti Imperatoris. Ejus archetypum in suo Chartophylacio adservant Cathedralis Regiensis Ecclesiae Canonici. Quo rariora sunt ejusmodi monumenta ad Seculares viros spectantia, eo libentius hoc proferam.

(*) Hoc est Anno DCCCXXXII.

Lantbertus Imperator Corticellam in Comitatu Regiensi positam donat Ingelberto Vicecomiti Parmensi, Anno 895.

IN nomine Sancte & Individue Trinitatis. Lambertus divina favente clementia Imperator Augustus. Si nostrorum fidelium petitionibus aures pietatis nostrae accommodamus, eorumque vota ducimus ad perfectum, presentes atque futuros nostrae fidelitati reddimus promptiores. Ideoque omnium fidelium Sanctae Dei Ecclesiae tam nostrorum presentium, quam futurorum noverit solertia, quia Domina & Genitrix nostra Ageltruda gloriosissima Imperatrix Augusta pariter cum Liutaldo fidelissimo Vasso nostro nostram Cesaream flagitavit clementiam, quatinus pro divino intuitu nostraeque mercede animae, & stabilimento Imperii nostri, cuidam fidei nostro Vasso scilicet Radaldi Illustrissimi Comitis atque summi Consiliarii nostri, Ingelberto nomine, scilicet Vicecomiti Parmensi, quandam Corticellam juris Imperii nostri hactenus pertinentem de Comitatu Regiensi, sitam in loco, qui dicitur Ripa Alta, cum decem sortibus, servis quoque & ancillis, seu ceteris diversis possessionibus tam mobilibus, quam immobilibus ad eandem Corticellam juste & legaliter pertinentibus seu aspicientibus in integrum jure proprietario per hoc nostrae Severnitatis Praeceptum concedere dignaremur. Nos quoque ob amorem Omnipotentis Dei & intercessionem tantae Genitricis ac Dominae nostrae, eiusque continuum famulatum, hoc nostrae pietatis Praeceptum fieri jussimus, per quod eidem Ingelberto fidei nostro, suisque heredibus ac proheredibus in aeternum predictam Corticellam positam in jamfato loco vocato Ripa Alta, cum omnibus pertinentiis

A & adjacentiis suis in integrum, ubicumque sunt positae tam in Comitatu Regiensi quamque Parmensi, aliisque vocabulis, scilicet cum jam dictis decem sortibus, castis, edificiis, mansionibus, terris, cultis & incultis, campis, vineis, pratis, pascuis, silvis, staliis, virgariis, ripis, rupinis, arboribus pomiferis & impomiferis, aquis aquarumque decursibus, seu molendinis tam in montibus, quam in planiciebus, omnia & ex omnibus in integrum, & quicquid dici vel nominari potest, ad eandem Corticellam legaliter pertinere debere de nostro jure & potestate funditus concedimus & perdonamus, ut idem Ingelbertus fidelis noster, ejusque heredes ac proheredes ab hac die in aeternum jure proprietario potestatem habeant eandem Corticellam sicut superius legitur, per hoc nostrum Imperiale Praeceptum tenendi, possidendi, donandi, vendendi, commutandi, seu pro animabus suis judicandi, vel quicquid voluerint faciendi, remota totius personae & publicae potestatis inquietudine. Quicumque igitur temerator hoc nostrae donationis seu traditionis Imperiale Praeceptum aliquando infringere temptaverit, sciat se compositurum auri obrizi Libras triginta, medietatem Palatio nostro, & medietatem saepe dicto Ingelberto Vicecomiti, ejusque heredibus ac proheredibus, aut cui easdem res ordinaverint possidendas. Et ut ab omnibus verius credatur, diligentiusque per omnia tempora observetur, manu propria subter confirmavimus, & de anulo nostro jussimus insigniri.

Signum Domini



Lantberti Serenissimi Imperatoris Augusti.

Heimericus Notarius ad vicem Helbunci Archicancellarii recognovi.

Locus Sigilli cerei deperdit.

Data Anno Incarnationis Domini DCCCXCV. Domni quoque Lantberti piissimi Imperatoris V. Octavo Idus Decembris, Indictione XIII.

Actum Regiae Civitatis, in Dei nomine feliciter. Amen.

Radaldi nomen, qui in hac Imperiali largitione inscribitur, *Illustrissimus Comes atque summus Cancellarius noster*, alio in loco Operis hujus recurret, ubi titulo *Marchionis* insignitum deprehendemus. Tu interim, perlecto hoc Diplomate, tecum cogitata, quis Supremus Princeps tunc foret Regiensis ac Parmensis Urbis, & an ejusmodi Urbes intra fines Exarchatus Ravennatis tunc concluderentur. Quod autem minime praetereundum, mihi describenti plane visum est authenticum sive originale hujusmodi Diploma. Et nihilominus dissimulare in praesentia nolo, suboriri heic posse non levem in re Chronologica ac Diplomatica controversiam. Supra in Dissertat. VI. de *Marchionib.* productum à me fuit alterum Diploma Anno DCCCXCII. à Guidone & Lamberto Augustis datum. Atqui Monogramma Lamberti illic non omnino convenit cum Monogrammate Diplomatis, quod nunc evulgavi. Est-ne hac de causa alterutrum falsi arcescendum? Minime gentium, si quid mea valet sententia; sed putandum potius aut gemino Monogrammate utrum fuisse Lambertum, aut sublato

A è vivis Guidone Augusto patre suo, immutatum nonnihil fuisse ab eo in usurpatâ illuc usque subscribendi formâ. Praeterea apographo, non autem archetypo sum usus in describendo priori Diplomate; neque mirum foret, si Librarius caespitasset in Monogrammate pingendo. Rursus heic animadvertas *Indictionem XIII.* conjunctam cum *die VIII. Idus Decembris Anni DCCCXCV.* Rarum id alicui videatur, quum à Kalendis Septembribus, aut ferius, eodem tamen mense, nova Indictio adhiberi consuesceret, uti ex innumeris exemplis constat; Decembri autem Anni DCCCXCV. Indictio XIV. in usu futura erat. Verum complura etiam exempla suppetunt continuatae Indictionis à Kalendis Januarii usque ad finem Anni, ita ut nihil opus sit heic verba profundere. Denique ex Diplomate nunc edito videtur Lambertus ad Imperiale solium Anno DCCCXCI. ante diem VI. Decembris ascendisse, quum contra Pagius vir magni nominis in Critica Baroniana contendat, Anno tantum sequenti DCCCXCII. eundem renuntiatum fuisse Augustum. Heic sane vereor, ne aliquis error subfit, & pro

& pro Anno V. Imperii scribendum fit Anno VI. Mihi enim Pagii hac de re sententia proculdubio videtur praeferenda. Animadvertite Diploma alterum in prae laudata Dissertatione VI. de *Marchion.* à me productum, ex quo Pagii opinio confirmari potest. Et ad ipsam quidem quaestionem pertinent Chartae duae, quarum unam servat Archivum Cathedralis Mutinensis, datam Anno VII. Imperii Lambertii, *Pridie Kalendas Octobris, Indictione II.* hoc est Anno DCCCXCVIII. alteram verò legebam Arretii in Tabulario Canoniorum ejus Urbis, scriptam Anno VII. *Tertio Nonas Septembris Indictione II.* hoc est eodem Anno DCCCXCVIII. Tria quoque videri monumenta, ad hunc ipsum Annum spectantia in ditissimo Archivo Archiepiscopii Lucensis, scripta *Julio mense, Indictione I.* Anno VII. idest eodem Anno DCCCXCVIII. Sed quid tria dixi? Sunt ibi & alia eodem Anno data, & his notis signata: Anno VI. *Imperii Domini nostri Lambertii gratia Dei Imperatoris Augusti, XVII. Kalendas Majas, Indictione I.* hoc est Anno DCCCXCVIII. Sunt & alia data eodem Aprili: sunt & exarata Martio mense cum Anno Sexto. Ad haec ibi occurrit permutatio praediorum facta à Petro Lucensi Episcopo Anno VII. *Imperii Lambertii, Quinto Idus Majas, Indictione I.* videlicet saepe dicto Anno DCCCXCVIII. ita ut sub finem Aprilis Anni DCCCXCII. Imperiali coronâ donatus videatur Lambertus. Consule etiam Dissert. LXXIII. de *Monaster. in benefic. dat.*

Interea, tricis istis dimissis, quae tolli tantummodo possint ab homine sub oculos habente, quotiescumque opus est, singula haec, atque alia monumenta, ad *Viccomites* redeamus. Spectasse ad *Comites* eligere sibi suum

A *Viccomitem*, recte infert eruditissimus Baluzius ex Epistola Agobardi ad Matfredum, ubi sermo fit de Bertmundo Comite Lugdunensi, *qui bene satis habeat ordinatum de justitiis Comitatum suum; eo quod talem Virum Pro Se constituerit ad haec peragenda, qui non solum propter amorem & timorem Senioris sui id strenue gerat &c.* Porro quoties eveniebat, ut Comes abesset; tunc praecipue munus *Viccomitis* erat, Placitis sive Judiciis publicis praeesse, ac ministrare justitiam. Apud Ducangium in Glossario Latinit. ad vocem *Viccomes* Placitum memoratur habitum Viennae in Gallia Anno DCCC LXIII. ubi haec verba: *Veniens Witefredus Ecclesiae Sancti Mauricii Advocatus publice in Viennam Civitatem in presentia Domni Ardoini ejusdem Ecclesiae venerabilis Archiepiscopi, & Erluini Vicecomitis Missi Illustris Bosonis Comitum, vel Judicum, qui ibi aderant.* Verum quum *Missus* hic fuerit, non ordinaria, sed delegata censenda est illius auctoritas. Videtur autem jus iis tantummodo fuisse ad decernendas lites levis momenti: idque fortassis haurias ex Lege 69. Caroli Magni inter Langobardicas, quae ita se habet: *Ut ante Vicarios nulla criminalis actio diffiniatur, nisi tantum leviores Causae, quae facile possunt judicari.* Sunt quae suadeant, sub nomine *Vicariorum* designari *Viccomites Rurales*: quod tamen affirmare pro certo non ausim, quamquam occurrat & in aliis Legibus mentio *Vicariorum* sub eadem semper significatione. Procedente deinde tempore variis mutationibus obnoxia fuit auctoritas ac dignitas *Viccomitum*. Nam sublatis è medio *Comitibus* in quampluribus Italiae Urbibus, ibi quoque evanuit *Viccomitum* munus ac nomen. Contra sive quod adhuc pergerent non pauci è *Comitibus Ruribus*

bus suam tueri potentiam, & constituere *Vicecomites Pagenfes* in Castellis & Pagis, sive quod veteres *Vicecomites Pagum* aut Castellum aliquod veluti suae dignitatis patrimonium titulo stabili (forsitan etiam Feudi) possiderent: idcirco, amotis etiam Comitibus, audimus *Vicecomitum* nomen in veterum monumentis. Dimidium *Vicecomitatus de Valle Tellina* Anno MVI. Henricus inter Reges Sanctus Eberardo Comensi Episcopo dono dedit. Praeterea alicubi *Vicecomites* Dignitatem suam ac Titulum ad filios ac posteros ex concessione Regum, aliorumve Seniorum, transmisere, quippe eorum locorum investituram per Feudum donati, ac si *Comites* forent. Propterea in Chronico Gaufridi Prioris Vosiensis, atque in aliis Aquitanicis Historiis à Labbeo in Nova Bibliothec. Tom. 2. pag. 230. & seqq. occurrunt *Vicecomes de Segur*: *Vicecomes de Albuffon*: *Vicecomes de omborn*, cum aliis ejus orae quamplurimis. Et praecipue illic in aestimatione non vulgari fuerunt *Vicecomites de Turre*, nunc *di Turenna* appellati, & *de Ventadur*, & *Lemoricensis*, ut alios praeteream, qui post Saeculum à Christo nato Decimum inter Galliarum Principes numerabantur, hoc uno Titulo insigniti. Immo nostris etiam temporibus in illustribus quibusdam Galliae & magnae Britanniae Familiis honorificum hoc nomen & munus perdurat.

Ad Italiam quod attinet, jamdiu evanuit *Vicecomitum* officium. Eos olim Langobardia novit, ac multo in honore habuit. Donizonem audi Lib. I. Cap. 13. Vitae Mathildis, qui veluti rem memoriâ dignam narrat, *Albertum Vicecomitem* descendenti in Italiam Henrico inter Augustos secundo Anno MXLVI. obtulisse, seu dono dedisse centum equos & ducentos aures:

A
Tunc Comes Albertus Vice, dives ma-
aime, Servus
Praedictique Ducis, habitator & ip-
sus Urbis,
Cornipedes centum _____
_____ simul obtulit ultro.

Raptus in admirationem Henricus in haec verba erupit:

B
Quis Vir habet Servos, quales Bonifacius? —

C
Quum ex his Donizonis verbis liqueat, Albertum hunc *Servum* fuisse Bonifacii Marchionis & Ducis, qui tunc Mantuae imperabat, consequi videtur, ipsum fuisse ejusdem Bonifacii Vassallum, aut Ministrum, sive Curialem, & pro ipso *Vicecomitem* ejusdem Civitatis. Quod verò, uti jam praefati sumus, Titulum hunc nonnulli suos ad posteros, veniam à Regibus, sive Imperatoribus factâ, transmittere coeperint, sensim in Familiae Cognomen ejusmodi appellatio cessit. Placentiae spectatissima olim fuit *Vicecomitum* propago, ex qua fluxit Beatus Gregorius X. Papa, Arretii Anno MCCLXXXVI. justorum morte surreptus; eamque diversam plane à *Vicecomitum Mediolanensium* Familia fuisse, ostendendum sibi suscepit Petrus Maria Campius in Histor. Placentin. atque in Vita ejusdem Pontificis. *Mediolanensibus* autem *Vicecomitibus*, quorum potentiam Saeculo praesertim Quartodecimo tot Italiae Urbes sensere, unde obvenerit hic Titulus (Cognomen postea genti factus) definire velle arduum negotium foret. Fortassis olim Vicarii fuerint Comitibus Imperialis Mediolanensis in Urbe, aut in Verbano Lacu Pagum aliquem gubernarint, cujus esset Comes Archiepiscopus Mediolanensis. Georgius Merula, Tristanus Calchus. Paullus Jovius,

Jovius, aliique rerum Mediolanensium Scriptores memorant ad Annum MXXXVII. quemdam *Eriprandum Vicecomitem* Mediolani, uti & *Ottonem* pariter *Mediolanensem Vicecomitem*, qui Anno MXCIX. in expugnatione Hierosolymae Stemma Anguiferum sua fortitudine sibi quaesivit. Horum quoque virorum mentionem habes apud Gualvaneum Flammam in Manipulo Florum, Tomo XI. *Rer. Italicar.* Immo ejusdem *Eriprandi Vicecomitis* meminit Landolphus etiam Senior in sua *Historia*, quam consulere potes in eadem *Rer. Italicar.* Tomo IV. Ibi is appellatur *Miles Millenarius*, è *Regali prosapia oriundus*. Verùm quis vadem se statuatur, spectasse hunc *Eriprandum* ad *Vicecomitum* Insubriae postea Ducum Familiam? *Ottonem* etiam illum, ac *Stemmatis* originem à fabulis prorsus immunem ego praestare nolim. Quod usu venit in tot aliis rerum humanarum conversionibus, facile acciderit, ut aucta *Vicecomitum* *Mediolanensium* potentia sub *Ortone Vicecomite* Archiepiscopo *Mediolanensi* circiter Annum MCCLXIII. & subsequenti Seculo mirum in modum propagata, speciosae alicui fabellae ansam dederit erumpendi, per quam non mi-

nus antiquitas & origo late regnantis Familiae, quàm illius Insignia illustrarentur, neglectâ severiore Veritatis trutinâ. Ceterum vel Anno MCLV. imperante Friderico Aenobardo Augusto occurrit nobis, teste Ottone Morena in *Historia Laudensi* ad eum Annum, *Hugo Vicecomes*, qui una cum *Mediolanensibus* ad opera ferendam *Derthonae* obsessae progressus est. Sed minime constat, cujus loci *Vicecomes* is foret, cujusve Familiae. Ceterum, ut hoc etiam innuam, in quibusdam Italiae locis, immo & extra Italiam, diu obtinuit mos appellandi *Vicecomites* quorundam Castellorum Judices, quos nunc *Potestates* vocamus, eà, ut puto, de causa, quod ejusmodi Castella Domini possiderent titulo *Comitis*, nihilque illa ditio penderet ab imperio sive districtu Civitatis alicujus. *Petronianum* Castrum spectabat olim ad *Episcopos Viterbienses*, qui & *Tuscanenses* appellabantur à *Civitate Tuscana*, cui, longe antequam *Viterbium* nasceretur, aut caput attolleret, sui erant *Episcopi*. Qui Castrum pro *Episcopo* regebat, *Vicecomitis* titulo distinguebatur, uti fidem faciet Charta è Codice *Cencii Camerarii* deprompta.

De quadam Silva in territorio Reatino posita, locata ad viginti annos à Johanne Cardinali Episcopo Viterbiensi & Tuscanensi, Anno 1198.

IN nomine Domini nostri Jesu Christi Dei aeterni. Anno ejusdem MCXCVIII. temporibus Domini Innocentii III. Papae, mense Augusto, die XIV. invivante, Indictione I. Quoniam rerum gestarum memoria plerumque lapsu temporis perire dignoscitur, ideoque nostri Antecessores antiqui conventiones & pacta voluerint scripta mentibus solemniter retinere: unde ego Johannes tituli San-

cti Clementis Cardinalis, Viterbiensis Tuscanensis Episcopus, concedo tibi Ricardo, tuisque Nepotibus, videlicet Machabaco & Johanni, unam Silvam, quae rejacet à loco, qui dicitur Reatino, & habet fines & accessiones, à primo latere Silvam Poli Rainucini, à secundo Caput de Redera, à tertio Castanetum Befanii & Petri Miculi Fuscus, à quarto... loco. Et concedo vobis

bis prædictam Silvam, secundum quod Vicecomes Petronianus vobis pede signabit, ad custodiendum & allevandum arbores usque ad viginti annos, tali inter nos existente pacto, quod usque ad viginti annos bene custodietis Silvam, & arbores allevabitis pro posse, & nullas arbores diminuetis, nec per venditionem, nec per alium modum, exceptis scopis, nobis, & carpinis, quae liceat vobis habere, & quod vobis facere placuerit. Praeterea ego Ricardus promitto per me & per nepotes meos tibi Domino Johanni titulo Sancti Clementis Cardinali, de lignis, quae in Silva fuerint, vobis dare, si necesse fuerit, & similiter hominibus de Petroniano circulos, si in Silva fuerint, & alia ligna, quae necesse fuerint, praefatis hominibus pro suis utilitatibus, videlicet pro Porta, vel pro Ponte, vel pro munitione Castrum ad praeceptum Vicecomitis, qui pro tempore fuerit in Castro. Vicesimo Anno transacto ligna, quae fuerint in Silva, pro medietate sint communia, ut medietatem habeatis potestatem habendi, tenendi, & judicandi, primo Domino Silvae interpellato, si comparere voluerit. Et si comparere voluerit, dabimus decem Solidis minus quam alteri personae. Et si noluerit, faciatis exinde quicquid volueritis. Terra autem sine molestia ad Dominum Cardinalem in pace revertatur. Et si ego dictus Johannes titulo S. Clementis contra supradicta fecero, poenam centum Librarum vobis componere promitto. Et si ego Ricardus per me & meos nepotes omnia supradicta attendere

A noluerit, vobis vestrisque successoribus poenam centum Librarum Denariorum Senatus componere promitto. Et si de Silva fuerit accessata, vobis promitto dare medietatem, & promitto singulis annis Guardianos Silvae facere jurare Silvam allevare, & arbores custodire, & jus vestrum reddere, ut superius legitur. Et ut supradicta omnia omni tempore magis sint valitura, nos quidem Camagerectus, & Achobembaldi, & Tineosus, sumus fidejussores, quilibet in centum Libris in solidum tibi Domino Cardinali, ut quum Ricardus ad tempus Militiae devenerit, eum facere jurare ad Sancta Dei Evangelia omnia supradicta bona fide observare. Insuper ego dictus Cardinalis promitto usque ad dictum tempus ab omni homine jure defendere.

C Factum est hoc in Palatio memorati Cardinalis: unde ex parte Domini Cardinalis, Carsidonius, & Massararius, Paulus de Bona Petruccii, Johannes de Quilimanni, Angelus de Cittadino, Frovius, Ranucius, sunt vocati testes. Ex parte Ricardi Azo, Cheribaldi, Camageretus, Tineosus, Catalectus, Gimodus sunt vocati testes.

D Ego Magister Albertus Judex & Notarius, haec omnia ita scripsi, post traditam compleri & dedi.

E Adtexo alteram ejusdem moris testem Chartam, olim ex Archivo Monasterii Estensis ad Carceres descriptam, ubi memoratum videas Fulconem de Lendenaria Vicecomitem Atonis Marchionis Estensis.

Donatio facta Monasterio Sanctae Mariae ad Carceres sito in agro Estensi ab Azone VII. Marchione Estensi cum consensu Adelicis, sive Adelasiae Matris suae, Anno 1235.

Die Jovis XI. intrante Octubrio, in Dolone Estensi, in camera picta Domini Azoni Estensis Marchionis, in presentia Pelegrini de Caurola, Adeldardini filii naturalis quondam Domini Fulconi Graffi de Lendenaria, tunc Vicecomitis illius Marchionis, Johannis Massarii de Guirizone Estensis, Vindemiae de Gazolo villici Dominae Adelicis Comitissae Estensis, & aliorum rogatorum testium. Ibiq; dictus Dominus Azo Estensis Marchio, praesente & consentiente ipsa Domina Adelice sua Matre, & ejus verbo, pro remedio animarum suarum & suorum praedecessorum investivit Presbiterum Johannem Sancte Marie de Carceribus vice & nomine illius Ecclesie, de quatuor Campis & medio, qui jacent in Vattellae; de una parte Dominus Marchio, de omni-

A bus aliis partibus jura ipsius Ecclesiae; & inde eum nomine donationis inter vivos, ut amplius revocare non possit, investivit, & promisit ei defendere & guarentare ab omni persona, casu, ratione. Et dedit ei parabolam intrandi in tenutam, dando ei ipsum Vendemiam, qui mittat ipsum Presbiterum in tenutam de ista terra.

B Milleesimo Ducentesimo Trigesimo Quinto, Indictione VIII.

Ego Crescentius de Contrata Crescentinorum, Imperialis Aulae Notarius interfui, & rogatus scripsi.

C Alterum addo Instrumentum, cujus ad me exemplum misit nobilis vir Comes Brandolinus de Brandolinis, Patricius Foroliviensis, ex pergamena apud se adservata descriptum.

Concordia inter Henricum Priorem Sancti Salvatoris de Ficherolo, & Eccelinum Vicecomitem Azonis VII. Marchionis Estensis & Anconitani, Anno 1252.

IN nomine Dei eterni. Anno à Nativitate Domini nostri Jesu Christi M. CCLII. Indictione X. die V. exeunte Septembri, in Comitatu Ficaroli, in loco qui dicitur Cruces Sancti Salvatoris, in Curia Salarie, presentibus Domino Justiliano Judice de Ferraria, Domino Antonio & Aldrevandino atque Zanibono de Zanibonis de Ficarolo, Domino Johanne Artusii, Zanerino & Dominico atque Widone fratribus de Guidbertis de Ficarolo, & stant in Villa Leonis, testibus rogatis, & aliis. Dominus Henricus Prior Dei gratia Ec-

Tom. I.

D clesie Sancti Salvatoris de Comitatu Ficaroli, nomine & vice dicti loci, presentibus & consentientibus Dompno Amatore Canonico Sancti Fridiani de Luca, & Dompno Zenobono ejusdem Domus Sancti Salvatoris, taliter in concordia fuerunt cum Domino Ecelino Vicecomite Domini Azonis Estensis & Anconitani Marchionis, quod dictus Dominus Prior pro dicta Ecclesia Sancti Salvatoris debet habere medietatem pro indiviso totius Cadalti, & omnium ejus possessionum, que est posita in Policino Ficaroli, in Curia Salarie,

E B b b

libe.

liberam & expeditam ad suam voluntatem atque dominicatum, & aliam medietatem pro indiviso dictus Dominus Marchio Estensis Arzo debet habere & tenere pro sua. Et de dicta medietate idem Dominus Marchio utatur & fruatur & apprehendat possessionem de ipsa medietate, sua auctoritate, de qua erat contencio inter eos. Eo salvo, quod si aliquis hostenderet jus habere in dictis seu in predictis, quod ostendat ipsi Domino Vicecomiti vice & nomine ipsius Domini Marchionis at hostendum de jure suo. Et ita in tali concordia fuerunt, & in convencionem de dicta parte Curie Salavie, omnibus salvis, que poterant ostendi in dictis partibus. Eodem Millesimo & Ducentesimo, & predicta Indictione, die eodem, in loco qui dicitur Catalus de Curia Salavie, presentibus Domino Justiliano Judice de Alexiis, & Domino Antonio & Alvrandino de Zambonis, Domino Johanne Artusii, & aliis multis, predictus Dominus Vicecomes nomine & vice Domini Aronis Estensis Marchionis pro ipso Domino Marchione intravit possessionem animo possidendi de cetero de medietate pro indiviso totius Cadalti, & omnium ejus possessionum, posita in Curia Salavie, & ejus pertinentiis, secundum quod fuit in concordio cum dicto Domino Priore & ejus Fratribus, pro ut in Charta suprascripta continetur de concordia inter eos habita: Accipiens de terra, & de ejus possessione in manibus suis de predicta medietate Cadalti de Curia Salavie, apprehendens dictam possessionem animo & corpore pro jam dicto Domino Marchione.

Ego Nicolaus Estensis filius olim Bonibominis Notarius de..... Imperialis Aule Notarius, ut in embriviaturis quondam patris mei suprascripti inveni, mihi per Dominum Rambertinum de Thebaldis Judicem & Assessorem Domini

A Mathioli Gall..... Potestatis Ferrarie, concessis; has Chartas suprascriptas scripsi & corroboravi atque relevavi, nihil de meis addens vel minuens, quod sensum vel sententiam mutet in aliquo propter literam vel silabam, currente Millesimo Ducentesimo Quinquagesimo Quinto, Indictione XIII. de mense Marcii.

B Erant autem certi olim reditus constituti Comitibus, multique incerti ad eos deferebantur. Ut uno exemplo utar ex Lege CXXVII. Langobard. Caroli Magni, Part. II. Tomi I. Rer. Italicar. sub lucere videtur, tertiam saltem partem *Friedarum*, sive multarum pro criminibus debitarum, spectasse ad Comitem. Id sane ex subsequenti Lege CXXXVIII. constat factum de *Heribannis*, hoc est de poenis pecuniariis, quae à contemnentibus ire ad exercitum pendebantur. *Heribannum*, inquit *Carolus Magnus*, Comes exactare non praesumat; nisi *Missus* noster prius *Heribannum* ad partem nostram recipiat, & ei (id est Comiti) suam tertiam partem exinde per *jussionem* nostram donet. In Lege quoque *Salica* Titul. LII. vel LIII. tertiam partem in *Frido* (hoc est de *Multa*) *Gravio* (id est *Comes*) ad se *recolligere* dicitur. Sed & ex reliquis *causarum* *Multis* tertiam partem percipiebat Comes, dum tamen ipse eam *causam* egisset. Haec statuit *Pippinus Italiae Rex* Lege XX. *Langobardor. De Compositionibus*, quae ad *Palatium nostrum* pertinent, si *Comites* ipsas causas commoverint ad *requirendum*, illi tertiam partem ad eorum percipiant opus: duas vero ad *Palatium*. *Praedia* quoque certa in usum *Comitis* constituta erant. Apud *Campium* Tom. I. *Histor. Eccles. Placent.* pag. 489. in *Diplomate Lotharii Italiae Regis* Anno DCCCCXLVIII. inter fines cujusdam terrae

recen-

recentetur ab Occidente possessio Comitatus Laudensis. Et quidem diu quoque in Hungaria idem mos perduravit, ut Comites tertiam partem de tributis & vectigalibus consequerentur. Otto Frisingensis de Gestis Frideric. I. Lib. prim. Cap. 31. Hungariae Regnum divisum esse scribit in septuaginta Comitatus, & de omni justitia ad Fiscum Regium duas lucris partes cedere, tertiam tantum Comiti remanere. Hoc apud eos jus Comitatus appellabatur. Erant & alia jura, quibus fruebantur Comites. In Statutis Veronensibus Anno MCCXXXVIII. scriptis, atque à doctissimo Campagnola Amico meo editis, Cap. CXCIII. in quodam Decreto excipiuntur illi, qui habent Gastaldias ab Imperio, vel à Comite. Vide etiam quae in Difertat. superiori de Marchionib. dixi, laudans Diploma Friderici I. Augusti confirmantis Bonifacio Comiti San-

A ſti Bonifacii Comitatum Veronensem cum suis juribus ac proventibus. In altero Diplomate eadem jura contulit idem Fridericus Sauro Comiti Sancti Bonifacii Anno MCLXXVIII. Denique hoc monendum puto, suos quoque Vicecomitibus fuisse publicos proventus: idque constat ex Diplomate Conradi I. Augusti, quo Ingoni Episcopo Mutinensi multa largitur, & prae reliquis, omnia, quae vocata sunt Publica, Fiscalia, Comitatalia, aut Vicecomitalia. Ex Archivo Capituli Canonorum Mutinensium, ubi adservatur autographum, illud evulgavit Sillingardus in Catalogo Episcoporum Mutinensium tum Ughellius Tom. 2. Italiae Sacrae. Sed quia neuter integrum monumentum descripsit, accipiant iterum Lectores, quae in membrana sincerius ac plenius legitur.

Conradi I. Augusti Praeceptum, quo Ingoni Episcopo Mutinensi Comitatum ejusdem Urbis & agri cum suis juribus largitur, Anno 1038.

IN nomine Sancte & individue Trinitatis. Chvonradus superna disponente clementia Imperator. Si..... retributionis..... ditatur, quisquis locis Deo dicatis sua concesserit, aut inmerito prosperabitur, qui conlata ut sincere à cultoribus Ecclesiarum Dei sua auctoritate corroboraverit. Quapropter omnium Sancte Dei Ecclesie, nostrorumque presentium scilicet ac futurorum noverit solertia, quatenus Wido Sancte Taurinensis Ecclesie Episcopus, nosterque fidelis, nostram adiit celsitudinem flagitans, uti pro Dei amore, animeque nostrae remedio omnia Sancte Mutinensis Ecclesie in honore Sancti Geminiani Confessoris Christi dicatae, cui Dei auctoritate Ingo venerabilis E-

D piscopus deseruit, à predecessoribus nostris tam Regibus quam Imperatoribus, atque Religiosis viris conlata, nostram Imperiali censuram confirmare & corroborare dignemur. Cujus aigne petitioni assensum prebentes, ejusdemque beatissimi Geminiani Episcopi & Christi Confessoris implorandam assidue opem considerantes, hoc Praeceptum fieri jussimus: per quod tam cultis quam incultis seu inpreinfertis locis omne Comitatu ejusdem Civitatis cum omnibus mobilibus & immobilibus ad se pertinentibus. Et concedimus quicquid ad nostrum jus pertinere videtur, terris scilicet, & omnem distributum, atque domos publicas, murumque ipsius Civitatis cum Fisco, & Teloneo

integro, seu cum omni jure civili intus
 & extra per circuitum usque in omnibus
 finibus suis. Coherentiae vero hujus Co-
 mitatus sunt. Prima usque in finem.....
 Secunda usque in Bolonia. Tertia etiam
 usque..... tua. Quarta scilicet ad ini-
 tium Comitatus Lucensis. Cortes etiam
 ipsius Comitatus & terretoria, Castella,
 Villas, Mansos, necnon utriusque sexus
 familias, seruos & ancillas, herimannos,
 & herimannas, domos quoque, possessio-
 nes, piscationes, foresti, pasua monti-
 bus seu planiciebus, aquationes, aqua-
 rumque cursus seu decursus, paludes, cun-
 cta habita & tenta atque possessa ad par-
 tem ipsius..... salis à predicto Ingoni
 Episcopo. vel à quolibet predecessore ejus;
 atque omnia aliquo inscriptionis titulo seu
 investiturâ actinus donata, collata, at-
 que tradita predictae sanctae Mutinensis
 Ecclesiae à quibuscumque hominibus vel
 potestatibus, donamus, concedimus, con-
 firmamus, modisque omnibus corroboramus,
 una cum campis, vineis, pratis,
 pascuis, jerbis, silvis, frascariis, busca-
 riis, montibus, collibus, vallibus, pla-
 nitiebus, ripis, rupinis, aquis, aqua-
 rumque decursibus, molendinis, piscatio-
 nibus omnia cum omnibus rebus, quae
 dici vel nominari possunt, ad predictam
 Episcopii Sedem in integrum pertinenti-
 bus. Et per hoc nostrae confirmationis Pre-
 ceptum de nostro & Regni jure & do-
 minio in prefate Sanctae Mutinensis Ec-
 clesiae jus & dominium omnino transfu-
 dimus, ac delegamus predictum distri-
 ctum prefati Comitatus & Teloneum,
 seu mercatum, cum omni functione Re-
 gali, seu domos, muros, terrasque, &
 utriusque sexus seruos & ancillas, &
 omnia, quae vocata sunt publica, Fisca-
 lia, vel Comitalia, aut Vice Comi-
 talia, quae posita esse videntur & con-
 structa in predicto Comitatu Mutinensi
 tam intus quam extra per circuitum us-
 que in predictis finibus. Ea videlicet

A ratione, quatinus Dominus Ingo venera-
 bilis Episcopus, qui eidem Ecclesiae pre-
 sidere videtur, suiique successores, pote-
 statem illic habeant per se aut per suos
 Missos judicandi, distringendi, Placi-
 tum.....tenendi, vel quicquid eorum
 utilitas decreverit, faciendi ad augmen-
 tum & honorem predictae Mutinensis Ec-
 clesiae, & ita faciendi, omnique modo
 B judicandi & distringendi, veluti in no-
 stram aut Marchionum vel Comitum suis-
 set praesentiam, ab hinc remota omni
 nostra, nostrorumque successorum, omnium-
 que hominum contradictione, minoratio-
 ne aut molestatione. Igitur quicumque
 infra praedictam Urbem, vel supradi-
 ctum Comitatum, vel in ejus Provin-
 cia in integrum, seu in prefatis Corti-
 bus & Castellis, habitator extiterit, aut
 C castellaverit, nec non Vassalli ejusdem
 Comitatus non in praesentia alienorum
 Comitum, & Marchionum vel Misso-
 rum nostrorum, eorum lites aliter age-
 re, vel ullo modo diffinire liceat, nisi
 ante Ingonem reverentissimum Praesulem,
 suosque successores, seu eorumque Lega-
 tos decreverimus, sicut supra concessum
 D habemus. Et quidquid ante eorum prae-
 sentiam finitum atque judicatum fuerit,
 perpetua stabilitate permaneat. Preci-
 pientes itaque jubemus, ut deinceps nul-
 lus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes,
 Sculdascio, Gastaldius, aut ullus Rei-
 publice Procurator; seu alia quolibet
 magna parvaque persona nostrorum Re-
 gnorum predictam sanctam Dei sedem,
 E ejusque Vicarios disvestire, molestare,
 aut inquietare, mansionaticam facere,
 teloneum, districtum, Placitum, aut al-
 liam quamlibet functionem exigere, seu
 de praedictis rebus facere violentiam au-
 deat. Si quis igitur hoc nostrae corro-
 borationis Preceptum infringere, aut quo-
 dam temerario ausu temptaverit aut at-
 tenuare, sciat se compositurum auri opti-
 mi Libras ducentum, centum medietate

tem Kameræ nostræ, & medietatem | Atiusque ab omnibus observetur, manu
 prætaxato Episcopo, suisque successoribus. | propria roborantis anuli nostri impressio-
 Quod ut verius credatur, diligen- | ne insigniri iussimus.

Signum Domni Chuonradi



invictissimi Imperatoris.

Kadelous Cancellarius vice Domni Herimanni Archicancellarii recognovit.

Locus Sigilli cerei.

Datum XVII. Kalendas Aprilis, Anno Dominicæ Incarnationis MXXXVIII. In-
 dictione VII. Anno autem Domni Chuonradi Regni XIV. Imperii XII.

Actum Colonia, feliciter.


Comitum auctoritas, uti jam mo-
 nuimus, in regendis Urbibus Lombardi-
 cis eodem Seculo Undecimo decre-
 scere coepit, ita ut tandem Comites tan-
 tum rurales in hisce regionibus reli-
 qui fuerint. Urbes enim sensim attol-
 lentes caput, (sive per Privilegia Au-
 gustorum, sive per vim) munus &
 jura Comitum Saecularium, aut Epi-
 scoporum, eadem titulo Comitum gu-
 bernantium, attriverunt, sese in li-
 bertatem denique vendicantes. Uti
 dicam in Differtat. XLV. de assumta
 a Civitat. Italic. libertate non id ubi-
 que factum simul, eodemque tempo-
 re. Nam sub finem ipsius Undecimi
 Seculi, etsi jam nonnullæ Urbes Co-
 mitum imperio se subtraxissent, aliæ
 tamen in eorundem obsequio stabiles
 permanebant. Cujus rei multa possem
 afferre documenta, sed paucis rem expe-
 diam. Bergomatibus Anno MLXXIX.
 suus adhuc erat Comes. Accipe quid
 habeat Charta ex Cremonensium Ca-
 nonicorum Archivo deprompta, eodem
 que Anno scripta, Mense Aprili, In-
 dictione II. Haec ibi: Dum in Dei no-

B mine, Comitatu Pergomense, in loco Ga-
 biano, non multum longe ab atrio Ec-
 clesiae, in judicio resideret Gisbertus
 Comes istius Comitatus, justitiam facien-
 dam ac deliberandam: residentibus cum
 eo Walcausus Judex, & Arnulfus atque
 Lanfrancus Judices, seu Redulfus Legis
 Doctor, & Albertus Marchio, seu Al-
 bericus de Casale &c. Ibi que in eorum
 C presentia & judicio veniens Dominus Ar-
 nulfus sancte Cremonensis Ecclesie Anti-
 stes &c. Accipe & alteram Chartam
 in ejusdem Capituli Cremonensis Ta-
 bulario adservatam, & scriptam An-
 no ab Incarnatione Domini nostri Jesu
 Christi MLXVI. Septimo Kalendas No-
 vembriis, Indictione V. Haec inde ex-
 cerpsi: Dum in Dei nomine in Comi-
 D tatu Bergomense, in via publica, in
 loco Grumello, in judicio residebat Do-
 minus Harialdus Comes ipsius Comitatu
 Bergomense, ad justitiam faciendam ac
 deliberandam &c. Ibi eorum veniens pre-
 sentia Dominus Hubaldus Dei gratia E-
 piscopus Episcopia sancte Cremonensis Ec-
 clesie &c. In fine autem haec subscri-
 ptio legitur: Signum manus suprascri-
 pti

pti Domni Havialdi Comite, qui hoc signum Crucis fecit. Si heic agitur, ut veri simile est, de Grumello Vico, nunc Cremonensis agri, à Sexto duobus tantum passuum millibus distante, & paucis ab ipsa Urbe Cremona: jam vides, admodum attritum temporibus iis fuisse Comitatum Civitatis Cremonensis: quod & alibi monui, ac praecipue in Dissert. XXII. de Legibus; quum Episcopis Cremonensibus concessus fuerit Comitatus &

A districtus intra Civitatem & extra per quinque milliariorum spatia, ut elucet ex variis illius Ecclesiae Diplomatis heic editis. Reliquam antiqui Comitatus Cremonensis partem dispersiti fuisse videntur Imperatores, atque unam tradidisse Comiti Bergomati, alteram Brixiano. Propterea tam longe olim excurrebat Comitatus Brixianus, uti jam monui in Antiquit. Elteni. Cap. VII.

FINIS TOMI PRIMI.



E L E N C H U S

T O M I P R I M I.

DISSERTATIO PRIMA.

DE *Exteris Gentibus, quae post declinationem Romani Imperii Italiam afflixerunt, aut sibi subjecerunt.* Pag. 1.

Anonymi Barenfis Monachi *Chronicon de Rebus in Barenfi Provincia gestis; additis Notis Clarissimi Viri Nicolai Aloysia.* 37.

Andreae Presbyteri *Itali Scriptoris Seculi Noni, Chronicon Breve haftenus ineditum ab Anno DLXVIII. seu ab adventu Langobardorum in Italiam, usque ad mortem Ludovici II. Imperatoris, hoc est ad Annum DCCCLXXIV., & paullo ultra: e Musaeo, & cum Notis Hermanni Philomusi.* 53.

DISSERTATIO SECUNDA.

De Regno Italiae, ejusque Finibus. 77.

DISSERTATIO TERTIA.

De Imperatorum Romanorum, ac Regum Italicorum electione. 117.

DISSERTATIO QUARTA.

De Officiis Domus Regiae. 185.

DISSERTATIO QUINTA.

De Ducibus, ac Principibus antiquis Italiae. 253.

Chronici Amalphantani nunquam antea editi Fragmenta ab A. no Chr. CCC. XXXIX., usque ad Annum MCCXCIV. 349.

Breve Chronicon Monasterii Sanctae Sophiae, Auctore Anonymo de Rebus gestis in Ducatu Beneventano ab Anno Christi DCCLXXXVIII., usque ad Annum MCXIII., additis Notis Clariss. Viri Nicolai Aloysiae. 425.

DISSERTATIO SEXTA.

De Marchionibus Italiae.

449.

DISSERTATIO SEPTIMA.


De Comitibus Palatii.


593.

DISSERTATIO OCTAVA.

De Comitibus, & Vicecomitibus.

669.





20 5 19 17

